QUAESTIONUM CRITICARUM

DE

DIALECTO HERODOTEA

LIBRI QUATTUOR.

SCRIPSIT

FERD. IUL. CAES. BREDOVIUS,
BEROLINENSIS,
PHILOS. DOCTOR ET AA. LL. MAGISTER.

LIPSIAE
SUMTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXLVI.

AVUNCULO AC MAGISTRO SUO

EDUARDO BRESEMERO

GYMNASII QUOD BEROLINI FLORET FRIDERICO-GUILIELMINI

PROFESSORI

HUNC LIBRUM

DEDICAVIT

AUCTOR.

INDEX.

LIBER PRIMUS.

LIBER SECUNDUS.

LIBER TERTIUS.

LIBER QUARTUS.

QUAESTIONES CRITICAE

DE

DIALECTO HERODOTEA.

LIBER PRIMUS.

Quo tempore Papa Nicolaus, hujus nominis quintus, omnes, quae quidem tunc in Italia innotuerant, Graecorum litteras in sermonem latinum per doctissimos illius temporis viros converti voluit, ut hoc scilicet modo scientia et cognitio Graecarum litterarum, quod studium non ita multo ante inceperat in Italia florere, magis magisque augeretur, eo tempore Laurentius ille Vallensis Herodoti Historias latinis verbis reddidit. Neque tamen, quantumvis magna bene eleganterque dicendi copia valuerit ille lectores allicere ac retinere, totum opus eadem diligentiae et animi attentionis constantia persecutus est*); sed, quamquam satis certis argumentis illum si non ipsum codicem S vel V, tamen unum his simillimum ante oculos habuisse concludi potest, eam tamen ipsam versionem plurimis in locis loco graeci libri nobis habendam esse, planum est; ad quam, quum de rebus ad dialectum pertinentibus quaestio instituitur, raro tantum atque caute respici posse, nemo non videt; saepissime vero et fere semper quum de rebus historicis quaeritur, vel geographicis, mythologicis similibusque, ad quas ipsas facilius atque commodius cognoscendas facta sit illa versio. Necdum enim admodum ad grammaticam graecam perdiscendam, nedum ad dialectos penitus cognoscendas, adjecerat animum illa aetas, quippe quae nihil jam amplius esse gloriaretur cur Graecorum litteris invideretur, ex quo omnia paene eorum scripta in latinum versa legerentur**). Erant quidem illo tempore apud Italos nonnulla grammatica scripta, ut libri Const. Lascaris, Gazae, Chrysolorae, aliorum, non tamen ad ipsam grammaticam graecam perdiscendam facta, sed quibus ad legendas intelligendasque eas res, quae graecis litteris continentur, via patefieret.

Quantum tamen absit, ut meritas laudes, quibus tunc illi viri eorumque grammatici libri extollebantur, quibus in componendis multa

---

*) Cf. Gruneri Comment. de Herodoto ab interprett. non satis caute tractato p. 1 sq. et quem laudavit Hyetium, de claris interprett. p. 218, atque praeterea Praef. Wessel. ad Herod.

**) Cf. Heeren, Gesch. d. Stud. der classisch. Litt. II. p. 78 et 285 sq.

ex vetustioribus graecis grammaticis hausta in usum suum converterant, deminui velim, vel id documento esse potest, quod eorum nonnullos, imprimis Lascaris et Gazae, ad historicam graecae grammaticae cognitionem maxime necessarios, dignos esse censeo, quorum etiam nostro tempore novae parentur editiones. Nam etiam nostra aetate, quamquam in ipsa grammatica pervestiganda eximii viri multam jam posuerunt operam, magnus hujus rei judex, Gf. Hermannus, maximo in errore contendit eos versari, qui vel fundamenta esse jacta graecae grammaticae credant (cf. Dissert. de ellip. et pleonasm. in graec. ling. Opuscul. I. p. 244.).

Aldus vero Manutius et ii, ex quibus Academia ejus constabat *), multis exemplaribus castigatas (ut ipse Aldus ait in praefatione ad Calpurnium) Herodoti Musas anno 1502 in lucem emiserunt; qui viri doctissimi et strenuissimi vel sic nobis satisfecisse censendi sunt, si editionem suam a tam foedis et innumeris vitiis, quae incredibilis inscitia et inertia librariorum seculo XIII. potissimum et XIV. (cf. Heer. l. l. I. p. 303 sq.) commiserant, ut liberam redderent, studuerunt. Artem enim criticam neque historicam neque grammaticam tunc docti viri multum aut feliciter exercuerunt; neque valebant quidem eam tractare **). Sed quum illi Aldinae editionis, plerumque cum Codd. Pariss. consentientis, editores vidissent, Herodotum sermone usum esse Jonico, cujus dialecti praeter ipsas Herodoti historias et qui sub Herodoti nomine fertur librum de vita Homeri, Homerica carmina potissimum in Italia tunc innotuerant, non satis accurate distinxerunt inter Jonismos Herodoteos et Homericos, quin immo aliquoties etiam contra Mss. auctoritatem novas Ionicas formas nostro scriptori obtrusisse videntur ***). Sic eandem fere varietatem expresserunt, quam in libris Mss. obtinere notum est. Quae res quum quadam ex parte prima in editione, primo in periculo faciendo, scriptorem cujusvis generis vitiis corruptissimum emendatiorem reddendi, excusari possit, idem tamen vitium omnibus usque ad hunc diem editionibus plus minus adhaerere cuivis accuratius eas inspicienti facile patebit. Et profecto, si nunc Thucydides ille adolescens ex nostris exemplaribus cujusdam Herodotei operis partis recitationem audiret, si revera tunc audivit (cf. Heyse, de Herod. Vita et Itinerib. p. 23 sqq.), non gaudio, credo, nec laetitia, sed dolore ei lacrimae manarent.

Nolo repetere quae jam diu alii de singulis editionibus recte, ut puto, judicarunt (cf. Praefatt. Wesseling. et Schweigh.), de singulis virtutibus Stephanicarum editionum; de meritis, stupida Medicei libri veneratione et iniquis vituperationibus Gronovii; de anxie-

---

*) Cf. Heeren libr. I. II. p. 96, 294 sq.

**) Cf. Heeren libr. I. II. p. 307, 295.

***) Cf. Schweighaeuseri Not. ad I. 26 De simili quadam licentia, quam Aldus in vulgaribus formis in Theocriteum textum inducendis sibi indulsit, confer Muehlmanni leges dialecti, qua Graecor. poetae bucolici usi sunt (Lips. 1838) p. 6 et 57.

tate Wesselingii in restituendis Herodoto rectis scripturis, de nimia Ionismorum cupiditate Borheckii, de diligentia, critica virtute, singulari in formis quibusdam emendandis intelligentia Schaeferi, de inconstantia, vitiosa doctrina Schweighaeuseri, de aliis aliorum editorum virtutibus ac vitiis, sed unum tantum, quod omnibus editionibus commune mihi esse videtur, aperiam. Omnes enim plus minus eos fines utriusque Jonismi, Atticismi, Dorismi servare nesciisse censeo, intra quos attentissime eos, qui novae recensionis curam in se suscipiunt, sese tenere necessarium est, sed similem inconstantiae et varietatis imaginem expressisse, ac nostris in Mss. expressam deprehendimus. Manu enim scripti libri omnes modo in Homericas formas nimis inclinant, modo in Jonicas, modo in Doricas, modo in Atticas, et ita quidem, ut plerumque unum idemque vocabulum, vel totum quorumdam vocabulorum genus omnibus hisce in formis scriptum exhibeant. Saepissime quidem ab aliis posterioribus scriptoribus totae sententiae ex Herodoti libris ea oratione expressae leguntur, qua inconstantia illius scripturae confirmari posse videatur. Sed illi excitati vel exscripti loci tum demum valent ad formam quandam Herodoteam confirmandam, quum ipsius formae causa excitantur, neque, id quod saepius est factum, rerum, quae illis verbis continentur; qua in re semper fere in suum dicendi usum posteriores converterunt orationem Herodoteam *); aut, etiamsi ipsis Herodoti verbis loqui voluissent, partim vitiosis jam tunc exemplaribus usi sunt, partim etiam eorum scriptis id accidisse statuendum est, quod et Herodoti, ut et in illis libris Herodoteae formae oblitterarentur. Quare interdum ne ei quidem loco, ubi forma quaedam ut Herodotea expresse affertur, si eam certis argumentis vitiosam esse demonstrari potest, fides est habenda. Cujusmodi loci quum alii afferri possunt, tum is, qui est apud Gregor. Cor. d. dial. Jon. §. VII.: *τοῖς ὑποτακτικοῖς ἄρθροις, τοῖς ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένοις προστιθέασι τὸ τ οἱ Ἴωνες, ὥς παρ' Ἡροδότῳ* (III. 55) „*αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην δήμου τούτου τοῦ ἦν, ἀντὶ τοῦ οὗ ἦν. καὶ ἀλλαχοῦ, τοῖς ἐντέλλετο, ἀντὶ τοῦ οἷς.* Sed istam scripturam ignorant nostri libri, qui vulgo et recte quidem praebent: *δήμου γὰρ τούτου ἦν*, exceptis Codd. S. V., qui *δήμου τ' αὐτοῦ ἦν* habent.

Si vero nihilominus apud posteriores Herodoteae formae servatae sunt, huic rei multum esse tribuendum, in aperto est. Verum Hermogenes ille, magnus judex, ipse dicit, *διαλέκτῳ ποικίλῃ* usum

*) Cujus rei perutilis legitur comparatio apud Maittairium (de dial. gr. ed. Sturz) p. 178 sqq., ubi oratio a Xerxe apud Persas habita (VII, 8) cum eadem a Dionysio Halic. (II. p. 189) in Atticismum conversa composita est. — Et jam Theopompum Chium, qui Herodoti historias in duorum librorum epitomen contraxit, fortasse a nonnullis illam postea saepius quam ipsi Herodoti libri in usum adhibitam, suum dicendi genus hac in re usurpasse, satis superque verba quaedam testantur a veteribus quibusdam grammaticis hac ex epitome servata; vide Frommel. de Theop. Chio in Creuz. Melett. III. p. 137 sqq.

esse Herodotum; ejusque judicio aliquis facile ita abutatur, ut contendat, Hermogenem eo malae condicioni nostrorum Mss., nostrarumque editionum patrocinari; quare haud abs re esse putavi, totum huc Hermogenis locum transscripsisse (περὶ ἰδεῶν II. c. 13, p. 513 ed. Casp. Laurent., p. 399 ed. Walz.): Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος, παρ' οὗ δὴ μάλιστα ὠφέληται ὁ Ἡρόδοτος, καθαρὸς μέν ἐστι καὶ σαφής, ἐν δέ τισι καὶ ἡδὺς οὐ μετρίως· τῇ διαλέκτῳ δὲ ἀκράτῳ Ἰάδι καὶ οὐ μεμιγμένῃ χρησάμενος, οὐδὲ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ποικίλῃ, ἧττόν ἐστιν ἕνεκά γε τῆς λέξεως ποιητικός. καὶ ἡ ἐπιμέλεια δὲ αὐτῷ οὐ τοιαύτη, οὐδὲ ὅμοιος ὁ κόσμος ὁ περὶ αὐτήν. διὸ καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐλαττοῦται πολλῷ τοῦ Ἡροδότου, ἀλλὰ πάνυ πολλῷ. Hermogenes quum igitur tantum absit, ut vituperet illam Herodoti ποικιλίαν, ut multo praestare eam merae Jadi Hecataei contendat, minime nostram nostrorum Mss. scripturam atque varietatem ista sententia confirmasse censendus est, sed aliam intellexisse varietatem, quam ipse alio loco (II. c. 4, p. 405 sq.) indicavit. Ibi enim quum de dulci dicendi genere disputasset, et imprimis Herodoti dulcedinem laudibus extulisset, ita pergit: ἐκεῖθεν δὲ μάλιστα διαρκῆ ἔσχε (Ἡρόδοτος) τὴν γλυκύτητα, ὅτι καὶ αὐτὴν εὐθὺς τὴν διάλεκτον ποιητικῶς προείλετο εἰπεῖν. ἡ γὰρ Ἰὰς οὖσα ποιητικὴ φύσει ἐστὶν ἡδεῖα. εἰ δὲ καὶ ἄλλων διαλέκτων ἐχρήσατό (Ἡρόδοτος) τισι λέξεσιν, οὐδὲν τοῦτο. ἐπεὶ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι τῶν ποιητῶν ἐχρήσαντο μὲν καὶ ἄλλαις τισὶ λέξεσιν ἑτέρων διαλέκτων, τὸ πλεῖστον μὴν ἰάζουσι. (De poetica dictione vide II. c. 11, p. 509.) Bachm. Anecd. II. p. 367: ὃς (Ἱπποκράτης) ἀκράτῳ τῇ Ἰάδι χρῆται· ὁ γὰρ Ἡρόδοτος συμμίσγει αὐτὴν τῇ ποιητικῇ. Eadem in Excerptis e Cod. Paris. p. 679 (post Greg. Cor. ed. Schaef.) leguntur: ὁ γὰρ Ἡρόδοτος συμμίσγει αὐτὴν τῇ ποιητικῇ. Herodotus igitur non omnibus in vocabulis nova Jonica dialecto est usus, sed nonnullis in vocibus Homericam, omninoque poeticam, in nonnullis Atticam admisit, sed non ita admisit, ut unum idemque vocabulum modo secundum Jonicam, modo Homericam, modo Atticam dialectum formaret; quam sermonis formam grammatici graeci communem potius nominassent dialectum (cf. Gf. Herm. diss. de dial. Pindari, Opusc. I. p. 246 sq. et Praef. Greg. Cor. d. dial. graecis), sed ita, ut unumquodque vocabulum constanter, nisi certae ipsius linguae leges contradicerent, unam tantum eamque proprie Herodoteam praeberet speciem. Quare mihi non omni ex parte comparatio illa ab Hermogene instituta apta esse videtur; Homerus enim et Hesiodus, epici poetae, non constanter hac vel illa verborum forma usi sunt, sed metri legibus multa cum licentia obsecuti multam formarum in uno eodemque verbo verborumque genere varietatem sine ullo inconstantiae crimine admiserunt. Neque tamen idem Herodoto, prosa oratione uso, licuit. Verum, si Hermogenes illos artificiosa orationis forma insignes auctores in una comparatione conjungit, id, credo, sic accipiendum est, ut Herodotus, quamvis multa verba non proprie ad recentem Iadem pertinentia elegerit, ea tamen eodem modo

artificiose, id est constanter, ad leges recentis Jados sibi formasse putandus sit, quomodo poetae illi artificiose, id est sui metri necessitati convenienter, verba sua variis in formis adhibuerint. Fundamentum igitur Herodoteae orationis est recens Jas, quae quum multa cum Homerico sermone, multa cum vetere Attica dialecto haberet communia, eo facilius etiam alia quaedam ex hac affinitate recipere et ad suas leges formare potuit *) Qua in convenientia atque concinnitate maxime cernitur Herodotei operis artificium; loquitur enim Herodotus in componendis rerum monumentis Jonico ore, neque hoc vocabula modo hac modo illa forma profert, sed servat etiam in peregrinis pronuntiandis verbis constantiam quandam, ab ipsa natura profectam. Unde et varietas formarum dijudicanda est; et praeterea in Herodoteo opere considerando id tenendum mihi esse videtur, artificiose illum suam sibi elegisse orationem. Ut vero multa verba verborumque conformationes poetis tantum concessas evitavit, ita et omnia eum ex interiore tantum Atticorum aliusque stirpis usu repetenda repudiasse, per se puto patebit. Neque igitur mirum, si saepius verba formaeque quaedam a veteribus grammaticis partim poetis partim aliis tributa, etiam apud nostrum inveniuntur; neque mirum, si saepius quae illi nomine *κοινῶς* vel *Ἑλληνικῶς* appellare soliti sunt, ea ipsa in nostri oratione cernuntur; quo et pertinet procul dubio Suidae glossa *Ἰαστί*, *Ἑλληνιστί*. Hujus autem artificii aliud etiam in graecis litteris exemplum invenimus, Luciani illud scriptum de dea Syria, modum tantum excedens, ceteroquin manifesto Herodoteam artem aemulans. Herodotus enim ut historias ipsas a se narratas artificiose composuit (cf. Dionys. Hal. ep. ad Pomp. III, 11. Longin. de sublimit. XIII, 7) affabrisque Homerico modo narrationum nexibus totum opus colligavit, ita dictionem quoque suam sibi propriam, ut modo monuimus, concinnavit. Neque enim ars esset, si omne fere vocabulum modo hac modo illa forma usurpasset, sed negligentia, inconstantia, qualis est librariorum.

Ipse autem sua natura atque indole partim ad epicam artem, partim, quod ipsum opus suum satis superque ostendit, ad historiam componendam inclinabat, partim ad id litterarum fastigium, in quod illo tempore Athenis imprimis tragoedia evecta erat. Neque distracta his rebus natura ejus aut discors facta; sed summa ei inerat concordia atque constantia, miraque quasi concinnitas ut omnium cogitationum et sensuum, sic etiam orationis. Panyasi, vate Halicarnasseo eodemque nobili illo poeta epico, qui carminibus suis Heraclea et Jonicis exstinctam jam epicam poesin resuscitasse dicitur, et in quo eandem disponendi rationem laudarunt veteres critici (cf. Quintil. X, 1, 54), qua Herodotum excellere nunc ipsi videmus, illo Panyasi usum esse Herodotum patruele, notum est (cf. Suid. s. v. *Πανύασις* et Heyse l. l. p. 12 sqq.).

*) Photius Ctesiae Persic. §. 64. (Baehr. Ctes. Reliqq. p. 20): *κέχρηται (Κτησίας) δὲ τῇ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ, εἰ μὴ δι' ὅλου καθάπερ Ἡρόδοτος, ἀλλὰ κατ' ἐνίας τινὰς λέξεις.*

Praeterea Choerilus Samius auditor Herodoti et deliciae fuisse dicitur, ab eodemque ad bellum Persicum epico carmine canendum excitatus esse perhibetur (Naeck. Choeril. p. 19 sqq. 24. 28.). Deinde etiam cum Sophocle nostrum summam contraxisse familiaritatem non solum epigramma quoddam apud Plutarchum obvium (vide Plut., an seni gerend. resp. c. 3. Heyse l. l. p. 66 sqq. C. Fr. Hermanni epistolam ad Baehrium in Baehrii edit. Herod. Vol. II. Excurs. VI.) clare docet, sed etiam ex communibus utrique nonnullis sententiis recte similis quaedam ingenii condicio concludi posse mihi videtur. Nam quod hinc Clemens Alexandrinus (Strom. VI. p. 625 Sylb.) furti Herodotum arguit, non multum huic exprobrationi tribuendum esse, neminem fugit, quum illum notum sit semper fere alterum eorum scriptorum, inter quos aliquid commune intercesserit, plagiarii ignominia notasse, eaque ex causa jam dudum fidem apud doctos viros decoxisse (cf. et Pflugk. de Theopompo Chio p. 36.). Sed non Sophoclis solum in notitiam et familiaritatem Herodotum illo tempore, quo Athenis fuit, venisse verisimile est, verum etiam aliorum tunc clarissimorum virorum, imprimis tragoedorum. Quorum ex familiaritate et commercio haud alienum esse videtur statuere istas crebro apud Herodotum obvias dictiones fluxisse, quae propius ad dramaticum tragicorum dicendi genus accedant, quas docte collegit Stadelmannus (dissertt. de Herodoto ejusque dialecto, 1830 et 1832). Eodémque modo omnia, quae cum Homero Herodotus communia habet, colligi illustrarique possunt (vide Boettiger de Herod. Historia ad epici carminis indolem propius accedente, Vimariae 1792, p. 3. Wyttenb. Praef. ad Selecta princip. Graeciae histor.). Sic restant, quae proprie ad novam Jonicam dialectum pertinent. Magna vero hic est lis orta inter doctos viros, qualis sit illa nova Jonica dialectus Herodotea, utrum illa logographorum dialectus atque ea, qua Jones Cariam colentes usi sint, an Samia quaedam. Et Giesius quidem, vir doctissimus, contra Thierschii (grammat. gr. p. 9 sq.) aliorumque sententiam, Herodotum logographorum dialecto usum esse dicentium, contendit *), Samia dialecto eum usum esse, primum, quia Hermogenes l. l. Herodoti dictionem ab Hecataei diversam fuisse diceret, tum, quia Hippocratem, qui et ipse ἀκράτῳ Ἰάδι usus esse diceretur, et cujus dialectum notum esset non levibus in rebus ab Herodoteo usu recedere, atque Democritum Jonismum logographorum adhibuisse pro certo esset. Sed Giesius Lydico Jonismo praetulit Samium ideo, quod diversitas Herodotei Jonismi et Homerici non ea esset, quae ex longo temporum intervallo, aut ex differentia prosae et poeticae dictionis explicari posset; tum, quod etiam Suidas narraret: ἐν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον, atque Dionysius Halic. laudaret Herodotum τῆς Ἰάδος ἄριστον κανόνα, — quibus verbis Dionysium significare voluisse Samium Jonismum,

*) In libro quodam ceterum bonae frugis pleno, qui inscribitur: Ueber den Aeolischen Dialect (1837), Cap. V, p. 152 sqq.

quem Giesius demonstrare suscepit omnium minime fuisse mixtam. Quibus in sententiis a Giesio propositis multa mihi parum circumspecte parumque accurate disputata inesse videntur. Primum enim non intellexisse ille mihi videtur, Hermogenem l. l. differentiam istam inter Hecataeum et Herodotum intercedentem minime in diversitate quadam novae Jonicae dialecti posuisse, disjunctis locis orta, sed in ornato et poetico artificioseque composito dicendi genere; qua in re ea, quae proprie ad novam Jonicam dialectum pertinent, haud opus esse dissimilia Hecataei ceterorumque logographorum statuere sponte patet. Sed plerumque nescimus suam ipsorum logographorum orationem, quum antiquis jam temporibus id iis accidisse constet (cf. Dionys. Hal. de Thucyd. jud. 23, 2.), quod omnibus Jonicis ac nescio an omnibus alio sermone quam Attico aut communi usis scriptoribus accidisse videtur, ut a posterioribus in tritiorem cuique dicendi usum verterentur aut omnium maxime a librariis depravarentur. Singula vero Jonica verba singulaeque dictiones ab aliis ex logographorum scriptis allata, et testimonia grammaticorum, ut Apollonii de Pronom. p. 118 B de Pherecyde; de Pherecydis, Hecataei et Herodoti dictione Eustathii *), quamvis minime ab Herodoteo usu prorsus alienum dicendi genus probantia, non tamen ita sunt comparata, ut certam quandam imaginem totius rationis Jonismi logographorum animo concipiamus atque informemus. Ad locum autem Suidae (s. v. Ἡρόδοτος, cf. et Heyse l. l., p. 9) quod attinet, Herodotum Sami, quam in insulam propter Lygdamin, Halicarnassi tyrannum, fugisset, se exercuisse Jonica in dialecto, et ibidem historias suas composuisse, hic locus vel ob id, quod continuo additum est, Herodotum ibidem statim historias suas composuisse, cuivis suspectus esse debet. Negari quidem non potest, Samum adiisse Herodotum, ut ceteras insulas oramque maritimam Asiae minoris, ibique dialectum Samiorum, ut ceterorum Jonum, accuratius cognovisse, quippe qui tam diligenter et curiose quattuor illas Jonicae dialecti locales differentias earumque fines memoriae tradiderit (cf. I, 142), sed ideo non continuo est statuendum, Samia eum vel Lydia vel quavis alia dialecto usum esse in componendis rerum monumentis, quia in eorum terra parumper sit versatus et incolarum linguam cognoverit. Neque etiam consentaneum esse videtur, dialectum Samiorum, qui soli ab aliis Jonibus sejuncti suam linguae proprietatem haberent **), Herodotum adhibuisse in opere suo haud solis Samiis destinato; neque ullam aliam locali diversitate

*) Eustath. ad Hom. Jl. I. p. 9=7. cf. et Pherecyd. Fragm. ed. Sturz. p. 74, et Hellanici, p. 25, 44, 143. De λέξει εἰρομένῃ sive διῃρημένῃ (Demetrius de Elocut. §. 11. et 12) istorum veterum scriptorum cf. Aristot. Rhett. III. 9 initio, Demetr. l. l. Ceterum vide Creuz. fragment. histor. p. 17 sqq., 139 sq. Quint. IX. 4, 16 sqq., X 1, 73.

**) Cf. Etymol. Mag. s. v. Δεύνυσος et p. 259, 30. Hesych I. p. 496 ἀποφλᾶσαι· ῥογχᾶσαι Κρῆτες καὶ Σάμιοι. Vide et Fisch. ad Vell. I. p. 54. Jaeger, Disput. Herod. p. 7 sq.

ortam differentiam, quales sunt illae ab eo ipso memoratae dialecti Jonicae varietates, sed potius communem quandam priorum scriptis jam conformatam litterariam quasi dialectum Jonicam, quae pro indole et natura cujusvis scriptoris, pro argumento, quod sibi quisque tractandum sumpsit, aliam induebat faciem. Quare haud ita inter se repugnant testimonia, Hippocratem et Democritum, ἀκράτῳ Ἰάδι usos, saepe diversos fuisse ab Herodoti consuetudine, quam Dionysius Hal. (Ep. ad Pomp. III, 16) optimam Jonicae dialecti normam esse scripsit. Quamquam hanc laudem ad eam quaestionem, quam nos instituimus, non prorsus necessario spectare cuivis illum Dionysii locum accuratius inspicienti facile patebit, quum ibi ille in universum de sinceritate verborum et puritate orationis egerit, eaque de causa Herodotum cum Thucydide comparaverit; quo etiam Philemonis grammatici verba (apud Porphyr. Quaest. Hom. c. 8) referenda esse videntur: Ἡρόδοτον ἀκριβῆ τε ὄντα περὶ τὰ ὀνόματα, καὶ πάνυ ἐπιεικῶς φροντιστικόν. Sed conferas Gregor. Cor. p. 5 (ed. Schaef.) Creuz. Art. Hist. p. 191, et Photii Cod. IX. p. 59, ubi ἰωνικῆς διαλέκτου κανών appellatur Herodotus.

Hippocrates enim medicus aeque ac logographi sine ea arte et artificio, sine poetico colore, qualem apud Herodotum deprehendimus, Jonica dialecto usi sunt partim simplici partim formarum quarumdam degenerum exuberante, quamquam Hippocratem Attica quaedam admiscuisse notum est (cf. Gies. l. l. p. 152 sqq.). Herodotus vero artificiose, ut jam supra monui, suam sibi propriam dictionem composuit; sed tamen ea ex causa pro norma habetur Jonicae dialecti, quia simplicissime ea, quae natura huic dialecto sunt insita, explicuit, et in summa simplicitate nitet cultissima oratione et ubertate, atque medium quiddam tenuit inter asperam quandam tenuitatem nuditatemque, et nimium artificii studium et quasi luxuriam aliorum in adhibenda Jonica lingua; quum enim Jonismum, qualis est aliorum et in Hippocratis scriptis, quae quidem multis in partibus recentiores produnt auctores et adhuc exspectant suum criticum, contemplamur, saepe videmus luxuriam quandam atque deflexionem a nativis simplicissimisque formis ad alias, ubi vocales quasdam illegitimas juxta aliam vocalem vel diphthongum ideo perperam inseruerunt, quod eorum aures hac in dialecto adhibenda semel assuefactae erant ad sonum dissolutarum diphthongorum duplicamque vocalium, quarum prima quum vulgo e rei natura littera ε esset, ea etiam ante alias vocales et diphthongos non dissolvendas sine causa est intrusa. Quo autem tempore haec dialecti Jonicae vitia grassari inceperint, et quam late quoque tempore pateant, quamquam difficile esse videtur accurate definire, tamen ut Herodotum ab iis abstinuisse contendo, sic quadam ex parte vere iis jam infecta esse Hippocratis scripta, quippe quae ἄκρατον Ἰάδα expresserint, haud nego. Et ut omnino Jonica dialectus in veterem et novam distribui solet, sic et haec recens in species quasdam, procedente tempore natas, dividenda esse mihi videtur. Sed medium

illud ab antiquis criticis omni in genere praedicabatur optimum; quare ex tribus illis, qui principes habentur, tragicis neque Aeschylo neque Euripidi sed Sophocli palma est delata.

Atqui cum rebus illis Herodoteo Jonismo propriis mollities quaedam, Jonicae genti Asiam minorem, imprimis Lydiam incolenti nativa et maxima paullo ante Persica bella, conjuncta est, quamquam saepe haec Jonica dialectus consentit cum quibusdam novae Doricae dialecti, qualem apud Theocritum invenimus, verborum conformationibus; unde facile conjici possit, hanc communem quam supra litterariam diximus dialectum propius Caricae accessisse quam Samiae; quo accedit etiam affinitas quaedam Herodoteae et Hippocrateae dialecti cum vetere Atticismo.

Si Herodotus igitur prae ceteris pro norma recentis Jonicae dialecti est habendus, in nostris autem Mss. vix vestigium ullum hujus normae est relictum, ne in iis quidem, qui exarati sunt ante seculum XIII., quo praecipue negligentiam, inscitiam atque inertiam librariorum late vagari incepisse scimus (cf. Heeren l. l. I. p. 303 sqq.), ut Codd. M. F. P. a. (cf. Praeff. Wess. et Schweigh. et Wess. Diss. Herodot.), consentaneum est, illas Codd. Herodoteorum depravationes usque ab antiquissimis temporibus repetendas esse. Neque vero desunt nobis hujus rei certissima veterum scriptorum testimonia atque indicia. Atque jam Aristoteles suo in exemplari initium Herodotei operis aliter ac nos legisse videtur, quum id in Rhett. III. 9 init. sic exhibeat: Ἡροδότου Θουρίου ἥδε ἐστὶν ἀπόδειξις, — cujus appellationis Θουρίου nostris in Mss. ne vestigium quidem nunc invenias. Sed etiam Plut. de Exilio c. 13 eandem scripturae varietatem commemoravit; τὸ δὲ „Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως ἀπόδειξις ἥδε" πολλοὶ μεταγράφουσι „Ἡροδότου Θουρίου."

Praeterea Philemon grammaticus, qui referente Porphyrio (Quaest. Hom. c. VIII. p. 18 sqq. [Argentorati anno 1539] *)), Herodoteam orationem recensuit, multis suo jam tempore **) Codd. Herodoteos vitiis foedatos esse affirmat, ipsique negligentiam librariorum in stabilienda quadam scriptura fraudi fuisse, infra p. 65 sq. videbimus. Et quantum ex corruptis et mutilatis grammatici cujusdam verbis in Hortis Adonidis videri licet, Herodianus grammaticus pro vulgatis Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου I. 1. scriptum legisse videtur τὴν Ἰναχοῦν. Etiam apud Stephanum Byzantium nomina quaedam propria, ut Herodotea, inveniri, quae non nisi depravatae alicujus verbi scripturae et mutato accentui originem deberent, jam docti interpretes ad I. 125 monuerunt; cui loco addas et conferas alium etiam quendam I. 176 Aldinae editionis et quae ex ea auctoritate pendent, editionum Ba-

*) Hoc caput, de condicione ac depravatione illis jam temporibus haud rara Mss. librorum, imprimis rerum scriptorum et poetarum, memorabiles continens res, totum huc transscripsissem, nisi veritus essem plures ne implerem paginas rebus fortasse omnibus jam satis notis.

**) De hujus Philemonis grammatici aetate aliorumque ejusdem nominis vide Osann, Prolegom. ad Philem. gr. Frag. p. VI. sqq.

silentium, in quibus pro nominibus appellativis ἱστιέων et ἱστίαι, nunc recte vulgatis, Ἱστιαίων et Ἱστίαι legitur. Et grammatici quidem veteres aliquoties formas quasdam afferunt ut Herodoteas*), quae ex nostris quidem exemplaribus prorsus evanuerunt, aut fortasse nunquam in iis conspectae sunt, quum fieri potuerit, ut grammaticus quidam ex analogia tantum quoddam vocabulum Jonice fictum, ut illud βάθρακος, nostro quodam modo obtruderet, ut in suo grammatico libro id proponeret, non ipso in textu Herodoteo. Etiam Eustathius sive antiquior quidam, cujus ille secutus est auctoritatem, observavit, Herodoti libros nonnullis in exemplaribus minus accurate esse descriptos, ad Hom. Od. p. 1441, 10=89, 40: ἀμορφέστατος γυνὴ παρ' Ἡροδότῳ ἐν ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις. — cf. et ad Jl. p. 411=311. Nec tamen ipsum ubique meliora exemplaria elegisse aut adhibuisse, satis docent complures loci, ubi depravatiorem Codd. scripturam adhibuit, veluti ad Hom. Jl. p. 70, 20 δηλέοντο ex Herod. V. 83 pro aliorum Codd. scriptura ἐδηλέοντο et alibi. Etiam ex memoriae lapsu sive aliorum similium nominum confusione quidam falso tribuerunt nostro quaedam, quae ad alios pertinent scriptores; qua de re vide Wessel. Dissert. Herod. III. p. 20 sq. IV. 48 sq. 27 sqq. Osann. Philem. Reliqq. p. 360. Schweigh. lex. Herodot. s. v. ἀναστομοῦν et Interppr. ad Greg. Cor. d. dial. Jon. §. 16. Interprett. Hesychii s. v. πισσοκωνίας. — Neque absonum esse videtur statuere, illos invidiosos homines, qui laudibus veritatique Herodoti obtrectare studuerunt, quum ii ipsi eorumque sectatores negligentius scripta ejus tractarent, multa iis inflixisse vulnera. Neque vero nostro solum negligentia librariorum veterum nocuit, sed multis aliis etiam scriptoribus, quum partim scripturae varietates ex iis ab ipsis antiquis auctoribus memoriae traditae sint (cf. Quint. IX. 4, 74 de prava emendatione hexametri exordii T. Livii; vide et Foesium Oec. Hipp. s. v. ὀργάσασθαι, et God. Herm. de praeceptis quibusd. Atticistar. Opusc. I. p. 268 et 282), partim curae a quibusdam emendandis scriptoribus impensae memorentur, unde necessario concluditur, eos jam antiquo tempore nonnullis quidem in exemplaribus depravatos lectos fuisse **). Quum enim primis post Christ. nat. seculis, ut postea Petrarcae temporibus (cf. Heeren l. l. I. p. 281), quam maximam librorum multitudinem non in studium sed in spectaculum et ostentationis causa congerendi ac coacervandi mos evaluisset, isque desidiosissimum quemque invasisset (cf. Senecam de tranq. c. 9 et Lipsium l. l.), tum neque quam

*) De βάθρακος vide Anecd. Bekk. I. p. 86, 18 Interpp. ad Herod. IV. 131, quo in loco et Herodotea exemplaria et Athen. VIII. p. 334 A βάτραχον exhibent. Praeterea grammaticorum locos a Maitt. p. 125 sq. (ed. Sturz) laudatos.

**) Cf. Suet. Dom. c. 20. Just. Lipsii de Bibliothecis syntagma c. 7 et 8 (in Just. Lips. Opp. Omnia T. III. p. 1152 sqq.). Et de incendiis inter causas depravationis et interitus veterum librorum referendis vide Heeren l. l. I. p. 43 sq. 87, 219 sq.

emendatissimos scriptorum libros possidere, neque quam peritissimos librarios in familia habere curae hominibus fuisse, facile, credo, cuique patebit. Librarii enim multum erant exercendi, comparandique ii, qui emendate recteque legerent scriberentque; quod quidem saepe neglectum esse, multae veterum auctorum querelae demonstrant. Sic jam Strabo (XIII. p. 609 C. Casaub.) quum de multitudine mendorum in Aristotelis scriptis obviorum exposuisset, haec subjunxit: *καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἔνθαδε* (scil. Romae) *καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.* Quibus cum verbis et conferas Galeni locum de dignosc. et cur. an. morb. c. 9 et Heeren l. l.

Quare haud mirum esse videtur, si antiquis jam temporibus Herodoti nostri exemplaria vitiis foedata fuisse traduntur, haud mirum, si nostri manuscripti errorum mendarumque cujusvis generis pleni conspiciuntur, praesertim quum verum sit illud Bastii (comment. palaeogr. p. 815 post Greg. Cor. ed. Schaef.) dictum, textus scriptorum veterum hoc vitiosiores factos esse, quo saepius librarii eos transscriberent, donec vestigia genuinae scripturae vel levissima tollerentur. Et quam saepe et certatim et antiquis et recentioribus temporibus nostrum propter gravitatem rerum atque varietatem, ob singularem dicendi artem tractarint atque descripserint, nemini, credo, dubium esse potest; quum praeterea satis sit notum, quanti ab Alexandrinis criticis Herodotus aestimatus sit, et quantopere delectus ille principum in quoque genere scriptorum ab iis institutus omnium seculorum studia et librariorum manus direxerit *).

In disponendis autem et recensendis singulis Mss. vitiis, quae eo diligentius nunc considerabo, quo magis accurata intelligentia et cognitione errorum firmius viam muneri ad eos emendandos corrigendosque mihi persuasum habeo, ducem sequar luculentam illam distributionem a Gf. Hermanno in praef. ad Trinummi Plautinae editionem p. IV. propositam, ubi hic vir summus quattuor omnino esse ait corruptionis in antiquis scriptoribus genera, lucunas, interpolationes, depravationem scripturae, ordinis denique verborum et versuum turbationem.

Et lacunae quidem in Herodoteis Mss. partim ita sunt comparatae, ut aliis integrioribus libris ea expleri possint, quae in aliis sunt omissa **), partim ita, ut, orationis nexu interrupto, maneat adhuc textus laceratus ac mutilatus, neque facile, nisi novi inventi

*) Vide Ruhnk. Histor. crit. Oratt. Graec. p. 94. Quintilianum X. 1, 54 et 59 collat. Fr. A. Wolf. Prolegomenis p. 190. Aliter judicavit Bernhardy, vir clarissimus, in Synt. Graec. p. 31 Not. 55. et Hist. Graec. litt. I. p. 136.

**) Hujusmodi loci, maxime libro primo obvii, sunt I. 12, 14, 17, 33, 39, 45, 46, 54, 55, 56—69, 73—75, 77—79, 92—93, 94, 95, 96, 98, 103—106, 105, 106, 110, 124, 126, 129, 131—136, 137, 152, 181—184, 199. Ceterum vide Wessel. Praef., et Schweigh. et Gaisf. ad quemque locum.

Mss. novam attulerint medelam, resarcir possint; quamquam cuique his in damnis sarciendis ingenium exercere licebit.

Est autem talis lacuna I. 167: τῶν δὲ διαφθαρεισέων νεῶν τοὺς ἄνδρας οἵ τε Καρχηδόνιοι καὶ οἱ Τυρσηνοὶ.......... ἔλαχόν τε αὐτῶν πολλῷ πλείους, καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν. Verbum finitum, quod dicitur, ad Καρχηδόνιοι et Τυρσηνοὶ pertinens, ἐζώγρησαν vel simile quid excidisse patet; sed praeterea etiam subjectum verbi ἔλαχον, οἱ δὲ Ἀγυλλαῖοι; qui Agyllaei sorte accepisse longe plurimos captivos hostes dicuntur. Quare quum nondum qui fuerint illi Agyllaei certiores nos facti simus, Herodotus e more suo de his quaedam narrasse, et dixisse, Tyrrhenos de captivis sortitos esse, simulque addidisse, quomodo Carchedonii captivos suos tractavissent, necessario putandus est.

Et simili modo textus est interruptus V. 52: ἐκ δὲ ταύτης τῆς Ἀρμενίης ἐςβάλλοντι ἐς τὴν Ματιηνὴν γῆν σταθμοὶ εἰσι τέσσερες........... ἐκ δὲ ταύτης ἐς τὴν Κισσίην χώρην μεταβαίνοντι ἕνδεκα σταθμοί. In eandem hanc lacunam explendi rationem incideram, quam jam de la Barre, apud Gallos doctum virum, sibi ineundam esse duxisse nunc vidi (cf. Acad. des Inscript. T. VIII. p. 343 et Baehrii Not. ad nostrum locum). Is enim post vocem τέσσερες supplevit καὶ τριήκοντα, παρασάγγαι δὲ ἑπτὰ καὶ τριήκοντα καὶ ἑκατόν. Qua quidem ratione Matienorum fines multo longius quam ii vulgo creduntur promoveantur, neque tamen ultra modum, ut Larcherus reprehendit. Quum enim ex descriptione Herodoti Halyos fluvii accolae fuerint Matieni (I. 72), ex eorumque finibus Gyndes et Araxes flumina profluant (I. 189, 202) et continuo a Cissiis circa Susa urbem habitantibus excipiantur (V. 49 et Dionys. Perieg. vs. 100 sqq.); neque ad alius populi fines quam Matienorum verba illa statim post lacunam posita ἐκ δὲ ταύτης referri possunt, nec numeri isti pro tanto terrarum tractu nimis magni mihi esse videntur, quum similis itineris longitudo per Cappadociam porrigentis duodetriginta mansiones et centum quattuor parasangas implevisse tradatur.

Tertius locus est VII. 76: Θρήϊκων δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ἦρχε Βασσάκης ὁ Ἀρταβάνου............. ἀσπίδας δὲ ὠμοβοΐνας εἶχον σμικράς. Quaeritur hic, cujus gentis ab Herodoto haud obscure denotatae nomen exciderit; neque valde repugno, si qui Chalybum gentem hoc loco intelligendam esse statuant, quum et ordo, quo Herod. I. 28 populos a Croeso subactos enumeravit, et quae a Rittero in Geogr. II. p. 793 et a Bernhardyo ad Dionys. Perieg. p. 736 sqq., viris summis, disputata sunt, hanc sententiam mihi confirmare videantur. De his Chalylibus vide praeterea Xenoph. Anab. IV. 7, 15, V. 5, 17 cum Interppr., Blomfield. ad Aeschyl. Prometh. vs. 725, 734, 740, ad Sept. ctr. Theb. vs. 725., Apollon. Rhod. Argon. II. vs. 1001 sqq. Schol. et Interppr. ad Hom. Jl. II. 856. V. 39.

Praeterea et ejus nomen, qui his Chalybibus imperabat, aliquis merito desideraverit. Sed et alii veteres grammatici et Eustathius (ad Dionys. Per. vs. 793. Ἡρόδοτος δὲ λέγει, Θρᾷκας διαβάντας

εἰς Ἀσίαν κληθῆναι Βιθυνούς, καὶ εἶναι παρ' αὐτοῖς χρηστήριον Ἄρεος) hunc Herodoteum locum laudantes nullam observarunt hic lacunam.

Alia etiam in eodem libro septimo c. 154 exstat lacuna: ἔχοντος δὲ Ἱπποκράτεος τὴν τυραννίδα, ὁ Γέλων ἐὼν Τηλίνεω τοῦ ἱροφάντεω ἀπόγονος, πολλῶν μετ' ἄλλων καὶ Αἰνησιδήμου τοῦ Παταΐκου, ὃς ἦν δορυφόρος Ἱπποκράτεος............. μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον δι' ἀρετὴν ἀπεδέχθη πάσης τῆς ἵππου εἶναι ἵππαρχος. Exciderunt verba, causam rationemque, quae Gelonem inter et Hippocratem atque alios intercesserant, indicantia, quomodo Gelon prae ceteris virtute excelluisset, quos honores prius esset adeptus, quam ei imperii summa totius equitatus deferretur. Non quidem ignoro, fuisse doctos homines, qui, pronomine relativo ὅς deleto, nullum hic verbum excidisse contenderunt (cf. Baehrii Not. ad h. l. T. III. p. 674), sed quid, quaeso, habent isti, quo verba illa μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον referant? Neque etiam mihi persuaderi potest, Herodotum paene pueriliter sic dixisse: ἔχοντος δὲ Ἱπποκράτεος τὴν τυραννίδα ὁ Γέλων ἦν δορυφόρος Ἱπποκράτεος· μετὰ δὲ οὐ πολλὸν κ. τ. λ. Quae quum ita sint, necessario sententiae illae modo propositae inter Ἱπποκράτεος et μετὰ οὐ πολλόν excidisse putandae sunt.

Sed aliam etiam eodem in libro septimo inesse lacunam, omnes adhuc, qui Herodoteis libris vel edendis vel interpretandis operam dederunt, fugit.

Uno enim tenore VII. 236 vulgo sic eduntur haec verba: εἰ δ' ἐπὶ τῇσι παρεούσῃσι τύχῃσι, τῶν νέες νεναυηγήκασι τετρακόσιαι, ἄλλας ἐκ τοῦ στρατοπέδου τριηκοσίας ἀποπέμψεις περιπλώειν Πελοπόννησον, ἀξιόμαχοί τοι γίνονται οἱ ἀντίπαλοι. Sed luce clarius mihi esse videtur, τύχῃσι inter et τῶν quaedam excidisse, ad illud τῶν referenda; neque Valckenarii sententiae adstipulor, qui quum illud τῶν ex male repetita vocis subsequentis (νέες) littera ν ortum putaret, τῷ (cui) reponendum esse censuit. Sed praeterquam quod illud τῷ, si recipiendum esset, plane alieno loco positum esset, Herodotus enim ipse, opinor, tum sic potius dixisset: εἰ δὲ σύ, τῷ νέες κ. τ. λ., etiam totus sententiarum nexus nos vetat ipsis vocabulis pronomina personalia exprimere. Quae quum ita sint, equidem τῶν vel genitivum possessivum vel genitivum partitivum esse duco ejus summae vel ejus rei hominumque, quorum in lacuna illa mentio erat injecta.

Medium autem locum inter lacunas et interpolationum genera occupent ii loci, in nonnullis Mss. obvii, ubi narrationes quaedam, ab Herodoto ipso copiosius expositae, quam brevissime summatim scribendo indicatae sunt; ita, ut in universum rerum magis quam peculiaris nostri scriptoris orationis ejusque conformationis ratio sit habita; quod vitium non magis est veterum scriptorum Herodotea in usum suum convertentium vel illustrantium (cf. Eustath. ad D. P. vs. 652 ibique Bernh., Suid. s. v. ἀλογία, et alios alibi) quam

plerorumque recentiorum editorum, quum praeter alios etiamnunc Gaisfordius (in praef. ad Herod. p. 37) quaestiones quasdam grammaticas, ut de scripturae diversitate μοίρην et μοῖραν, τούτων et τουτέων, de ν finali ante vocalem inceptivam, et aliis haud negligendis rebus, ut minutias contemtim praetermiserit. Quum vero illae in pauca collatae narrationes ab aliis libris integerrimae qualesque ab ipsa Herodoti manu scriptae sunt censendae, exhibeantur, haud magnam hoc in genere nos fecisse jacturam per se patet. Tales loci sunt (quorum ad quemque videas Schweigh. et Gaisf.) I. (46). 53. 94. 96 sqq. 91. 121. 131. 135. 138 sqq. II. 40.

Transeo nunc ad interpolationes, et primum quidem ad eas, quibus totae sententiae nostro scriptori male sunt obtrusae. Et VI. 98 quidem verba illa δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν usque ad verba Ἕλληνες καλέοιεν vel ideo, puto, suspicionem, pro insiticiis ea habenda esse, movere debent, quod alieno prorsus loco sunt posita. Quis enim post commemoratum illud oraculum in fine capitis exspectavit explicationem eorum nominum, quorum mentio per hoc caput est facta? Neque, credo, explicatio ipsa de vi ac potestate horum nominum, ut omittam eorum scripturam, huic loco accommodata est, quum nullam in prioribus verbis inesse videam rationem, qua Herodotus, ut hic talem explicationem adderet, commotus sit; denique quis, quaeso, sibi persuaserit, ab Herodoto, Graeco homine, non ita multo post Persica bella florente, haec verba profecta esse: ὧδε ἂν ὀρθῶς κατὰ γλῶσσαν τὴν σφετέρην Ἕλληνες καλέοιεν, quae magis glossatorem sequioris aetatis redolent (cf. Etymol. Mag. p. 376, 51. s. v. Ἑρξίας. Interppr. ad Steph. Byz. s. v. Ἀρταῖα et ad Hesych. s. v. Ἀρταῖοι), quam Herodoti nativam simplicitatem declarant. Quare ista aut plane ex Herodotea oratione ejicienda esse censeo, aut saltem, id quod jam fecerunt nonnulli editores, uncinis ab reliqua oratione segreganda. Caveas autem ne alias huic similes dictiones ipso ab Herodoto saepius usurpatas cum illis verbis confundas. Ne cui forte scrupulum injiciat ea res, quod Herodoteam consuetudinem ejusque Jonismos, ut οὔνομα, ἀρήϊος, καλέοιεν, tam accurate aemulatus sit interpolator; quod ei necessario faciendum erat, sive ingenii exercendi causa, sive, si lectoribus fraudi esse voluit, ut fraudem quam occultissimam redderet. Quae ratio et de altero male inculcato loco (VI. 122) a verbis Καλλίεω δὲ τούτου usque ad verba ἔδωκε τούτῳ τῷ ἀνδρί valet. Nam initium statim hujus capitis Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον πολλαχοῦ μνήμην ἐστὶ πάντα τινὰ ἔχειν, ipso orationis colore arguit, quam cupide arripuerit interpolator occasionem de Callia ea exponendi, quae jam dudum in animo habebat expromere. Praeterea, ut omittam, quae jam alios his in verbis offenderunt, nimis pressa est tota ejus oratio, tamque perfunctorie rem agit, ut Herodoteae affabilitati et exponendi copiae prorsus contrarius sit. Neque vero etiam omnibus in libris Mss. hic locus, orationis nexui minime accommodatus, invenitur; abest enim a Mediceo, Florentino et tribus aliis Codd.

Transgredior jam ad alium locnm, qui est II. 116. Quod capitulum aeque ac sequens tot tantisque difficultatibus premi, Struvius dixit (Spec. I. p. 43 coll. p. 34), et manum interpolatricem non uno in loco expertum esse, ut alii tempori hanc disquisitionem sibi reservandam esse censeret. Sed morte prius est abreptus, quam propositum peregit. Ut vero ille verba *ἐς ὃ* hoc ex capite recte ejecerat ad orationis tenorem restituendum, sic alia etiam verba ut aliena eliminanda esse censeo. Herodoto enim etiam Homerus famam illam accepisse visus est, Alexandrum cum rapta Helena non continuo, ut Cypriorum carminum auctor caneret (cf. Eust. Jl. 503 = 643), Trojam venisse, sed adversis ventis a cursu depulsum, ad Proteum Aegypti regem delatum esse; sed neglexisse eam ideo, quia non perinde ad carminis formam decora fuisset atque ista, qua revera esset usus. Haud tamen nescium ejus fuisse Homerum, postquam tribus, ut nunc nostris quidem in exemplaribus legitur, ex Homeri carminibus citatis locis demonstravit, suo more pergit: *ἐν τούτοισι τοῖσι ἔπεσι δηλοῖ, ὅτι ἠπίστατο τὴν ἐς Αἴγυπτον Ἀλεξάνδρου πλάνην.* Quae quidem verba ad primum tantum Homeri (Jl. VI. 289) locum pertinent, minime etiam ad duos posteriores ex Odyssea (IV. 227 et 351) sumtos, in quibus non Alexandri errorum cum Helena mentio injiciatur, sed Menelai et Helenae. Etiam proxime sequentia verba *ὁμουρέει γὰρ κ. τ. λ.* ad Jliadis tantum locum recte referri possunt, quum in eo tantum de Sidoniis sit sermo. Praeterea illi ex Odyssea male inserti loci plane repugnant his ipsius Herodoti verbis eodem capite positis *καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ ἀνεπόδισε*) ἑωυτόν*, et illis in capite proxime sequente obviis *καὶ τόδε τὸ χωρίον**) οὐκ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα δῆλον, ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι κ. τ. λ.* et *ἐν δὲ Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν.* Quae omnia verba clare demonstrant, de uno tantum eoque Iliadis loco cogitari posse, quia Cypria carmina res ante Achillis iram gestas continent. Neque vero me praeteriit, hoc totum ca-

---

*) Ut enim Herod. V. 92, 6 dixit *ἀναποδίζων τὸν κήρυκα*, idemtidem eadem interrogans (cf. Interppr. Suid. s. v. *ἀναποδίζειν*, Pollux. II, 196. Anecd. Bekk. I. 83, 2 *ἀναποδίζων, ἀντὶ τοῦ τὰ πρότερα ἐρωτῶν.* Phavor. p. 108 [ed. Dind.] *ἀναποδίζειν τὸ ἐξετάζειν καὶ ὡσανεὶ συγκρούειν. Ἡρωδιανὸς ἀνερετῶν τε καὶ ἀναποδίζων τὸν κήρυκα*, ubi vide ne pro *Ἡρωδιανὸς* sollemni ex confusione reponendum sit *Ἡρόδοτος*, quamquam apud nostrum l. l. *ἐπειρωτῶν τε καὶ ἀναποδίζων τὸν κήρυκα* legitur), sic nostro loco *οὐδαμῇ ἄλλῃ ἀνεπόδισε ἑωυτόν* significant, non iterum se ipsum interrogavit, id est non iterum ad memoriam suam revocavit, quod ipse bene cognovit, neque simile quiddam eo spectans adhibuit, i. e. *παρεποίησε* (quo de verbo conferre juvabit Jacobs vermischte Schriften T. V. p. 582). Sed notio, quam Pape (lex. gr. s. v.) nuperrime verbo *ἀναποδίζειν*, tamquam ex Herodoteo loco II. 116 derivandam supposuit, sententiam mutandi, irritam reddendi, ineptissima mihi esse videtur, ac plane pugnat et cum vero ipsius loci sensu, et cum testimoniis istis veterum grammaticorum.

**) De hoc vocis *χωρίον* significatu jam antiquiore tempore obvio vide Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 859.

put (117) a quibusdam doctis viris spurium esse habitum; quae quidem suspicio, jam ab aliis remota (vide Interppr. ad. h. loc., — et de discrepantia argumenti Cypriorum carminum inter Herodotum et Proclum cf. Henrichsen, de carminibus Cypriis p. 7, 27 et imprimis p. 50 sqq. Heyne ad Jl. VI. 290 p. 254 sq. T. V.), non majoris est momenti, quam Valckenarii opinio, verba illa (c. 116) ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ delenda esse; quae Fr. A. Wolfius (Prolegg. p. 108) egregie pluribus exemplis allatis confirmavit. Si igitur istos posteriores duos locos ad interpolatorem quendam retuleris auctorem, eaque de causa ex Herodoteo contextu ejeceris, aut saltem, quod Schaeferus jam fecit, uncis incluseris, perpetuum aptissimumque orationis nexum nostro restitues.

Nitzschius vero (ad Odyss. T. I, p. 255 Not.), qui quidem hos ex Odyssea petitos locos apud nostrum retinuit, Herodotum statuit immemorem Homericae narrationis (Od. III. 288 sqq.) opinatum esse sponte et consulto Menelaum navigasse in Aegyptum. Neque tamen quidquam hoc ad nostram sententiam redarguendam facit; nam etiamsi illud tibi concedam, immemorem illius loci fuisse Herodotum; nonne tamen ipse in sequentibus hoc respexisset, vel, ut alia jam supra exposita taceam, in prioribus indicasset? Scholiastes quidem in hypothesi ad Euripidis Helenam dixit, Herodotum, etiam Homerum navigationem Helenae in Aegyptum cognovisse, probaturum, eo usum esse documento, quod Homerus in Odyssea Helenam fecisset Telemacho praebentem medicamentum, aegritudinis oblivionem afferens, quod ei Polydamna Thonis uxor dedisset. Sed si reverâ hic scholiastes ipse Herodotum inspexit, negligenter hoc fecit, quum praeterquam quod non addidit, quocum et qua navigatione Helena in Aegyptum venisset, ipso primario loco (Jl. VI. 289) omisso et illo ex Od. IV. 351, alterum tantum ex Od. IV. 227 attulerit; atque hoc nihil aliud declarat, quam, id quod non jam mireris, illo jam tempore male insertos fuisse locos istos ex Odyssea petitos. Sed ipsius Herodoti atque omnino illius temporis opinioni, etiam in Euripidis fabula, quae Helena inscribitur, obviae repugnant illi ex Odyssea sumti loci, quos nullo modo afferri posse patet, si Helena creditur nunquam venisse ad Trojanos, sed εἴδωλον Graecos decepisse; vide Plat. Phaedr. 243 A. cum Interppr. de Republ. IX. 586 C. Aristides Orat. II. p. 359 (Jebb.) Eustath. ad Hom. Jl. γ' p. 301 = 397 et alibi. —

De perversa opinione, ex qua libellus iste, βίος Ὁμήρου inscriptus, etiam ab antiquioribus grammaticis (cf. Suid. s. v. Ὅμηρος...... Ἡρόδοτος ὁ ἱστορικὸς ἔγραψε βίον Ὁμήρου) nostro male adscriptus sit, haud opus esse videtur hoc loco exponere, quum nunc quidem in eodem errore credam versari facile neminem.

Sunt quidem alii etiam ab aliis doctis viris addubitati loci, de quibus jam interpretes suis in locis exposuerunt, qualis est locus sIV. 32. F. A. Wolfio (Prolegg. p. 157) suspectus; sed omnes illos tine idoneis causis credo in suspicionem adductos esse, quum saepe

oratio et adnotationes ipsius Herodoti facile interpolationis suspicionem praebere potuerint. Quo et pertinet id, quod Ptolemaeus Heph. III. p. 314 (Gale) quodam ex scriptore retulit, exordium libri primi non ipso ab Herodoto profectum esse, sed a Plesirrhoo Thessalo, Hymnorum scriptore, ab Herodoto adamato bonorumque haerede instituto: *τὴν γὰρ κατὰ φύσιν εἶναι τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἀρχήν· Περσέων οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους γενέσθαι φασὶ τῆς διαφορῆς.* Quod quam temere maleque sit disputatum satis superque docuit Dahlmannus Herod. p. 231. Etiam satis veteres auctores hoc Herodotei operis initium sine ullo suspicionis indicio commemoraverunt, veluti Aristot. Rhett. loco jam supra p. 11 laudato, Plut. de Exilio c. 13. Lucian., quomodo hist. conscrib. c. 54 (§. 90 ed. Fr. A. Wolf.) Aristides Orat. II. p. 381. ed. Jebb.

Aliud jam interpolationis genus sunt scholia et glossemata, quae eo frequentius in textum nostri scriptoris pro genuinis verbis irrepsisse exspectanda sunt, quo magis eum proprie glossematico dicendi genere usum esse constat *), et quo crebrius lexicographi veteres dictiones earumque explicationes ex Herodoteorum Mss. marginibus vel ex commentariis in suos libros transscripsisse deprehenduntur. Atque Apollonium grammaticum peculiarem librum inscriptum *ἐξηγήσεις γλωσσῶν Ἡροδότου* composuisse, haud temere credimus Etymologo, qui eum indicat et exscribit sub voci. *κωφὸς* et *σοφιστής* (cf. praeterea Praef. Wesselingii). Neque nunc quidem deest talis glossarum Herodotearum collectio ex oris codicum excerptarum, quarum numerus multis aliis praecipue e cod. P. repetendis necdum in eam relatis augeri potest. Neque minoris esse pretii has glossas quam quae apud Suidam aliosque veteres lexicographos leguntur, vel ex eo patet, quod, ut modo dixi, isti hoc ex fonte saepius hauserunt, ideoque saepius eaedem glossae et hic et illic iisdem verbis scriptae cernuntur.

I. 128 *ἀνέγνωσαν· ἀνέπεισαν* Schol. in P. (unde Suidae aberratio s. v. *μετεῖναι*) 179 *ἀναισιμώθη* Gloss. in P. *ἐχοΐσθη, ἐξεφορήθη, ἀνετέθη, πλινθευθεῖσα. ἐν ἄλλοις ἡ λέξις σημαίνει ἠνύσθη καὶ ἐδαπανήθη.* 193 *κηλωνηΐοισι* Schol. in P. *γερανίοις, ἐκ τοῦ κηλοῦ.* II. 25 *ἐλεεινῆς* Gloss. in P. *θερμῆς.* 37 *πατέονται* Gloss. in P. et d. *γεύονται.* 11 *ῥηχίη. ῥιχίη* F. et in margine *ῥιχίη αὐχμός.* 42 *ἐνδύντα τὸ νάκος. δέρμα* gloss. in P. 65 *μελεδωνοί* gloss. in P. *φροντισταί.* 93 *ἀνακάπτουσι,* gloss. in P. *κατεσθίουσι.* 106 *σκευήν* (*κατασκευήν* S. V. d.) *ὁπλισμόν* gloss. in P. 107 *περινῆσαι,* gloss. in P. *σωρεῦσαι.* 108 *τισάμενος,* gloss. in P. *τιμωρησάμενος.* 121, 2 *οὐκ ἀνιέναι,* gloss. in P. *ἐνδιδοῦναι.* 121, 4 *ἀπαμμένους,* gloss. in P. *κρεμαμένους.* 122 *συγκυβεύειν,* schol. in P. *συνταυλίζειν* sive *συνταβλίζειν.* 123 *περιήλυσιν,* gloss. in P. *ἔφοδον, πόρειαν.* 125 *συρμαίην,* gloss. in P. et M. *εἶδος πλακοῦν-*

*) Quo de genere vide Coelii Rhodigini lectt. antiqq. XIII. c. 4, de glossographis etc. ibidem p. 572 sq. (editionis 1599).

τος καθαρτικοῦ. — ἐπιλεγόμενος, gloss. in P. ἀναγινωσκόμενος. 130 ξύλινοι κολοσσοί, ἀγάλματα gloss. in P. 132 βοῦς ζωή, σῶσα (ζῶσα) gloss. in P. 133 ὅκως νὺξ γίνοιτο, gloss. in P. ὅποτε. ἐνηβητήρια, εὐωχητήρια gloss. in P. et Suid. s. v. 136 κατονοσθῇ, καταμέμφοιο gloss. in P. 145 λογιζόμενοι, ψηφιζόμενοι gloss. in P. 162 καὶ τῷ οὔκως ἀεκούσιον ἐγίνετο τὸ ποιεύμενον, gloss. in P. τῷ Ἀμάσιδι. — ἀπεματάϊσε, schol. in P. ἐματαιολόγησε, ἐμώρανεν. — περιθύμως ἔχοντα gloss. in P. πάνυ ὀργίλως. 165 ἀνέωνται (ἀνέονται) gloss. in P. ἀνίενται. 168 πέντε μνέαι, schol. in P. ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν — ἑκαστέρω ἢ τὸ τοῦ Ἀπρίεω, ἢ P. cum gloss. ὅπου. 171 δείκηλα gloss. in P. εἴδωλα, ὁμοιώματα. VII. 188 πρόκροσσαι, ἄλλη ἐπ' ἄλλῃ. Schol. in P. cum Eustath. et Suid. s. v. — 23 τοὺς ἀνωτάτω. ἀνωτάτους b. inter lineas. IX. 70 ἀλυκτάζον. ἀλυκτάζειν, δυσφορεῖν, ἀγανακτεῖν P. margo. Quae scholia et glossemata ut loco suo non sunt mota, ita pleraque alia librariorum incuria atque inscitia ex superscriptis vel adscriptis et marginibus statim in textum recepta sunt; quibus in locis quum librarius alter altero magis a voluntaria mutatione sibi temperarit, plerumque multae sunt lectionum varietates, ut facile ipsa quidem interpolatio agnosci possit, neque tamen semper primo obtutu, quid genuinum, quid glossema vel scholion sit, quum non solum rariores aut obscuriores voces notioribus saepiusque usurpatis illustrari solitas esse, sed etiam notis vocabulis alia aeque vel etiam minus nota substitui notum sit. Multa hujus generis exempla in schedis meis collecta habeo; quae quidem neque omnia huc transscribere in animo est, neque transcripta hoc consilio protuli, ut ubique emendationem aliquam a me profectam lectoribus doctissimis approbarem, sed ut nobis omnino accuratius codd. Mss. Herodoteorum natura atque indole considerata, tutiorem muniremus viam ad corrigendos errores. Quod monitum etiam de iis, quae de tertio et quarto corruptionis genere dicentur, valere velim.

Varietates igitur lectionum e glossematis ac scholiis natae, hae sunt: I. 24 σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ vulgat. στολῇ e. 11 ἀπολλύναι vulgat. ἀποκτεῖναι e. Ald. 7 οὐνομάζουσι vulg. καλέουσι Ald. S. 11 ἡσυχίην εἶχε vulg. ἦγε R. A. c. 23 διδάξαντα vulg. δείξαντα Cod. e. 21 πάντα συγκομίσας M. R. F. a. c. ἅπαντα συναγαγὼν S. P. Ald. 46 πρὶν μεγάλους γενέσθαι vulg. μεγάλως αὐξηθῆναι R. Steph. marg. αὐξηθῆναι c. 62 πορεύεσθαι ἐπὶ τὸ ἄστυ M. R. F. a. b. c. d. στρατεύεσθαι Ald. e. (Vide et Variett. Lect. III. 25. V. 14. VII. 19. I. 87. IX. 17. 25. 30.) 70 ἀπελοίατο M. R. F. Eton. a. c. ἀπεληΐσαντο S. 85 εὐεστοῖ K. F. a. εὐθηνίᾳ Ald. S. b. c. d. e. 86 οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποισι vulg. οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων R. c. 87 ἐδωρήθη vulg. κεχορήγηται R. 89 ἐπιμελὲς vulg. ἐπιμελῶς K. 77 οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιὼν vulg. o. ε. ἔτι μένειν d. 118 ἐν ἐλαφρῷ vulg. ἐλαφρῶς S. 136 μηδεμίαν ἄσην προσβάλῃ K. F. a. c. μηδεμίαν βλάβην d. μηδεμίαν βλάβην ἀηδῆ S. V. b. μηδεμίαν ἄσην ἀηδῆ Ald. et Steph. 180 τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν

ἐχούσας vulg. et Mss. ἀγούσας vett. 185 παρατείνουσα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ vulg. παρακλίνασα S. V. b. d. 193 ἀρδόμενον M. R. K. F. a. b. c. d. ἀρδευόμενον S. et edd. vett. 212 ἄπιθι vulg. ἄπελθε R. 215 ἄρδις vulg. φαρέτρας S. V. b. d. II. 2 βέκος τι καλέουσι vulg. λέγουσι f. 37 πατέονται M. P. K. F. a. c. δατέονται S. b. Ald. 66 πατέονται vulgat. cum S. V. R. Paris. δατέονται M. P. K. F. a. — 28 ἐς βυσσόν vulg. βυθόν P. K. S. vide et Var.. Lect. ad III. 23 et Schol. Aristoph. Ran. 183. — 42 τὸν νόμον σφι τεθῆναι vulg. δοθῆναι d. 86 διηθήσαντες vulg. θεραπεύσαντες b. d. 104 τεκμήριον M. P. K. F. a. μαρτύριον S. b. c. d. et al. 125 ἀναισιμώθη vulg. ἐδαπανήθη b. 126 μνημήϊον M. P. K. V. S. μνημόσυνον Ald. c. 143 ἀπέδεξαν κολοσσούς vulg. ἀπηρίθμησαν αὐτούς S. V. Vall. 167 οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κρῖναι vulg. εἰπεῖν d. 170 ἐργασμένη εὖ κύκλῳ vulg. ἁρμοσμένη S. 173 πληθώρης ἀγορῆς S. V. πληθούσης F. Parisin. (III. 41 πληρώσας vulg. πλήσας d.) 181 ἔξω τετραμμένον vulg. ἱδρυμένον S. V. Vall. et Schaef.

III. 14 τὸ δὲ τοῦ ἑταίρου πάθος Cod. F. et vulg. πένθος M. P. K. F. S. V. a. b. c. d. 74 ὑποδεκομένου S. V. Vall. Eton. ὑποσχομένου F. a. edd. vett. 127 τοὺς δοκιμωτάτους F. et alii. λογιμωτάτους S. V. a. c. (cf. et III. 34. 102. 127. 129. 78. — IX. 17 δοκιμώτατος vulg. δυνατώτατος M. P. K. F.) IV. 10 ἔχοντα φιάλην vulg. φέροντα P. 30 ἐδίζητο S. V. a. e. ἐζήτησε K. P. F. b. (cf. et IV. 12. 22. 62. 95. 132. 186).

V. 15 συχνὰς γυναῖκας P. F. b. πολλὰς S. vulg. cf. et V. 16. — 50 ὥρμητο λέγειν vulg. ἔμελλε S. VI. 50 ἀναγνωσθέντα vulg. ἀναπεισθέντα f. 52 τὸν γεραίτερον vulg. πρεσβύτερον M. P. K. F. b. 89 δωτίνην S. V. δωρεήν F. b. Ald. alii.

VII. 11 ἱκανῶς vulg. δυνατῶς S. V. cf. Hesych. ἱκανῶς, δυνατῶς. — 12 ἀλίζειν στρατόν vulg. στρατιήν F. b. 84 μετεξέτεροι αὐτῶν vulg. μετεξέτεροι ἔνιοι S. Alii solum ἔνιοι. 89 καὶ τύκους μεγάλους (M. et S. τύχους). In Ald. et duob. Paris. καὶ τύχους ὄρυξ λιθοξοϊκὸν ἐργαλεῖον μεγάλους, quam glossam delendam esse bene monuit Camerarius ad Aristot. Eth. VI. 12 p. 304. — 217 δεδήλωται vulg. εἴρηται P. K. F. b. VIII. 8 ψευδέσι ἴκελα vulg. ὅμοια c. Steph., marg. 65 τῇ Μητρὶ vulg. τῇ Δημητρί S. V. 143 ἐλευθερίης γλιχόμενοι P. K. F. b. ἐλευθερίην σκεπτόμενοι S. reliqui. — IV. 62 pro ἄπεδον aliquot libri ἐπίπεδον, cf. Hesych. I, p. 431 ἄπεδον, ὅμαλον, ἰσόπεδον, ἐπίπεδον. — IX. 17 σφόδρα recte vulg. cum M. P. K. F. S. V. Paris. μεγάλως edd. vett. immerito, ut quidem puto, a Valck. et Wessel. probatum. Has igitur et permultas alias lectionum varietates, quarum in collatione eas, quae quoque in loco a me pro genuinis sunt habitae, semper priore in loco posui, si quis diligentius consideraverit, facile grammaticorum, ludimagistrorum eorumque discipulorum operam scriptori nostro strenue navatam intelliget, quorum adnotationes verborumque permutationes primum inter versus vel ad marginem scriptae tandem, genuinis vocibus expulsis, in ipsam Herodoteam orationem immigra-

runt. Ad quas scholasticas disciplinas eae potissimum discrepantes lectiones referendae esse videntur, ubi tempora, modi, personae, casus aliaque similia, quae ingenii exercendi causa fieri solebant (cf. Quint. I, 9 et alibi), inter se permutata conspiciuntur. Haec autem res multas habet cautiones, ne quod quacunque alia incuria acciderit, id ad illas causas referendum esse putemus.

Et structura quidem per participium et per tempus finitum saepe confusa reperitur (cf. Bernh. ad Dionys. P. p. 961): I. 41 ὀνειδίζω M. S. F. a. c. ὀνειδίζων b. d. e. et vulgo. 53 ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὰ ἀπεπέμφθησαν οἱ Λυδοὶ vulg. ἀπίκοντο et ἐπέμφθησαν οἱ κήρυκες S. V. 80 καὶ εἶδον αὐτάς vulg. ἰδόντες S. V. edd. vett. 110 ταῦτα εἶπε καὶ αὐτίκα ἔπεμπε S. M. V. K. F. a. b. c. d. ταῦτα εἴπας αὐτίκα ἔπεμπε Ald. 192 μέτρον ἐὸν Περσικὸν χωρέει M. P. K. F. R. a. c. μέτρον ἐστὶ Περσικόν, χωρέον Ald. S. b. d. cf. et I. 195. I. 32 παρέχουσα vulg. παρέχει d. —

Tempus finitum et infinitivus: I. 131 ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν F. a. b. c. Ald. alii. δοκέει S., cf. et Var. Lect. ad I. 152. II. 4. 53. 56. 77. IV. 167. — I. 45 Κροῖσος ἔθαψε — τὸν ἑωυτοῦ παῖδα vulg. θάψαι τὸν ἑωυτοῦ S. V. 85 παρημελήκεε vulg. παρημεληκέναι F. cum παρημέλεε. VII. 226 ὡς — ἀποκρύπτουσι vulg. ἀποκρύπτειν f. Schaef.

Infinitivus et participium: I. 2 ὑποκρίνασθαι vulg. ὑποκριναμένους F. 3 πέμψαντας vulg. πέμψειν S. V. 77 παρακαλέσας vulg. παρακαλέσαι Ald. e. III. 63 τὸν — εἶπαι πρὸς ὑμέας vulg. εἴποντα ἐρέειν πρὸς ὑμέας S. — De varietate πολυπρηγμονεῖν inter et πολυπρηγμονῶν III. 15 (VII. 159 ἴσθι ἀρξόμενος) vide Werf. Act. Philol. Monac. T. I, p. 106.

Praesens tempus historicum et imperfectum vel aoristus: I. 86 ἐπικρατῆσαι . ἐπικρατέειν R. c. 120 ὁ δὲ ἀμείβεται . ἀμείβετο F. S. a. et alibi saepius. 186 χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν . διαβῆναι F. 196 ἵστατο ὅμιλος vulg. ἵσταται F. ἀπαγεγέσθαι vulg. ἀπάγεσθαι P. F. a. VI. 1 τελευτᾷ vulg. ἐτελεύτα S. P. V. VII. 10 γνώμην ἀποδείκνυσθαι vulg. ἀποδέξασθαι d. — I. 18 ἐςβάλλων F. a. ἐςβαλών S. 45 τούτων ἀκούσας S. P. alii. ἀκούων M. F. 94 μένειν αὐτοῦ λαγχανούσῃ vulg. ἐπιμένειν λαχούσῃ R. II. 40 καταχέοντες vulg. καταχέαντες S. I. 12 νυκτὸς γινομένης vulg. γενομένης S. F. c. —

I. 111 εἰ μὴ ποιήσαιμι vulg. ποιοῖμι cod. c. — II. 121, 2 ἀποτάμνειν vulg. ἀποταμεῖν P. F. 121, 3 μηχανᾶσθαι vulg. μηχανήσασθαι S. V.

Praesens et perfectum: I. 44 εὑρήκοι M. P. S. V. εὑρίσκοι Ald. c. d. e. 83 ἐνεστεώτων πρηγμάτων M. R. F. K. a. c. ἐνισταμένων S. b. d. e. II. 19 τὰ λελεγμένα M. K. F. λεγόμενα S. V. P. Paris. Ald.; cf. et c. 21.

Aoristus et perfectum: I. 84 ἤλωσαν ᾧδε R. M. F. a. c.

ἠλώκεσαν S. V. b. d. e. Ald. II. 152 ὁπλισθέντας vulg. ὁπλισμένους R.

Praesens et futurum: I. 126 βουλομένοισι — ἐστι τάδε M. F. R. a. c. ἔσται S. alii.

Plusquamperfectum et imperfectum: I. 113 ἐτέθαπτο R. M. K. F. a. c. ἐθάπτετο S. alii.

Aoristus et imperfectum: Prooem. ἐπολέμησαν vulg. ἐπολέμουν a. c. alii. I. 186 ἀνοικοδόμησε. ᾠκοδόμεε d. 191 ἐποίησε. ἐποίεε F. III. 21 οὔτ' ἂν ἐπεθύμησε. ἐπεθύμεε S. V. Schaef.

Et imperfectum et aoristus: I. 17 ἐπολιόρκεε M. F. Suid. s. v. Γύγης. Alii cum S. ἐπολιόρκησε. 47 ἀπέπεμπε. ἀπέπεμψε F. 116 ἐσήμαινε. ἐσήμηνε c. 126 ἔθυε καὶ παρεσκεύαζε S. a. b. c. d. ἔθυσε M. K. F. II. 152 ἐπενόεε. ἐπενόησε S. V. 124 ἐτείχεε. ἐτείχισε S. V. vide Wessel. ad. h. loc.

Imperfectum in σκον et imperf. vulg. vel aoristus: II. 174 ἀποφεύγεσκε b. c. ἀπέφευγε M. P. K. F. a. d., cf. et Var. Lect. ad VII. 5 et 119.

Altera cum altera ejusdem aoristi forma: VI. 139 κλίνην στρώσαντες vulg. στορέσαντες S. V., cf. Suid. ἐστόρεσεν· ἔστρωσεν· ἐστορέσθη· ἐστρώθη, ὡμαλίσθη. — IX. 69 omnes κατεστόρεσαν (Phavor. s. v. [ed. Dind.] στορέσαι πρωτότυπον τοῦ στρῶσαι. — VII. 54 στορνύντες vulg. στορεννύντες Ald. marg., cf. Interppr. Strab. XIV. p. 646.).

Indicativus praesentis cum conjunctivo cum ἄν, in constructione cum pronomine relativo: I. 197 ὁκοῖον ἔχει ὁ κάμνων S. P. ὁκοῖον ἂν ἔχῃ c. b., cf. et Var. Lect. ad I. 1 et 32 fine.

Constructio per εἰ et ἤν: I. 124 ἢν βούλῃ. εἰ βούλει S. b. d., cf. Werf. Act. Philol. Mon. I, p. 160.

Indicativus et optativus: I. 47 ἐθέσπισε M. F. a. c. θεσπίσοι Ald. e. — ὅτι ποιέειν τυγχάνοι M. F. alii, τυγχάνει Ald. c. Vide et Var. Lect. ad I. 50. 59. 89. 100. 118. 172. 186. — I. 108 τρόπῳ ὅτεῳ αὐτὸν βούλεαι vulg. βούλοιο R, — 111 προθύμως μεταπέμψαιτο M. μετεπέμψατο S. K. F. b. c. d. 119 εἴρετο, εἰ γινώσκοι, ὅτευ θηρίου κρέα βεβρώκοι vulg. γινώσκει b. βεβρώκει Ald. c., cf. et I. 79. 122 et alibi saepius.

Conjunctivus et optativus: I. 24 ὡς ἂν ταφῆς τύχῃ vulg. τύχοι d. 11 ὅκως καλέοι vulg. καλέῃ e. 89 ὃς ἂν πλεῖστα κατάσχῃ vulg. κατάσχοι b. d. 119 ἀρεστὸν εἶναι πᾶν τὸ ἂν ἔρδῃ. ἔρδοι R. d. edd. ἔρδοι b. — Sed Graecos ipsos postremorum seculorum parum recte legitimum hujus conjunctivi et optativi discrimen tenuisse, docuit Fr. A. Wolfius (Prolegg. p. 35), quare haud mirum, si aliis etiam permultis in locis haec permutatio in Herodoteis exemplaribus conspicitur. Vide Interprett. ad I. 53 et Werf. Act. Phil. Mon. T. III, Fasc. II, p. 230 sqq.

Activum cum medio confusum est: I. 66 τὰς ἐφέρον-

το αὐτοί vulg. *ἔφερον* b. d. e. 101 *συνέστρεψε μοῦνον. συνεστρέψατο* S. II. 94 *συγκομίζονται. συγκομίζουσι* S. V. I. 204 *ὅκη ἰθύσειε στρατεύεσθαι* vulg. *στρατεύειν* S., quae activi verbi forma praeferenda esse videatur, nisi quis id putet interpretamentum esse ex locis I. 77. VI. 7. 108. IX. 86, in quibus Herodotus activum *στρατεύειν* adhibuit.

I. 11 *κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα* (sic vulgo, alii cum S. *βουλευσάμενον*) *δεῖ ἀπόλλυσθαι* sic vulgo cum M. R. F. a. c. — III. 84 *τοῦδε δὲ εἵνεκεν ἐβούλευσαν,* — *ὅτι ἐβούλευσε πρῶτος τὸ πρῆγμα,* ubi *ἐβούλευσαν* plures quidem libri, sed *ἐβουλεύσαντο* S. V. Wess. Valck. (quos vide ad h. loc. et ad I. 73) — *Τάδε δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐβούλευσαν* sine enotata varietate. — *περὶ δὲ τῆς βασιληΐης ἐβούλευσαν τοιάδε* vulg. *ἐβουλεύσαντο* S. V. Wessel. Discrimen ac vim activi et medii verbi *βουλεύειν* et *βουλεύεσθαι* clarissime, credo, elucere ex compositis *ἐπιβουλεύειν* et *συμβουλεύειν, συμβουλεύεσθαι* et *μεταβουλεύεσθαι.* Ut enim Herodotus postremo loco positum *μεταβουλεύεσθαι* nunquam activa forma usurpavit (quamquam Hom. Od. V. 286 *μετεβούλευσαν* legitur) et semper *συμβουλεύεσθαι* notione deliberandi, sic constanter *ἐπιβουλεύειν* et *συμβουλεύειν* notione suadendi alicui aliquid dixit *). Hanc ad normam omnino etiam verbum simplex mihi exigendum esse videtur. Sed quamquam activi verbi *βουλεύειν* formis (imprimis aoristi) apud Herodotum notio auctoritatis, statuendi aliquid subesse solet, sine expressa deliberandi secum vel cum aliis significatione, ut hinc I. 11 *βουλεύσαντα* solum sit verum aeque, ac III. 84 *ὅτι ἐβούλευσε πρῶτος τὸ πρῆγμα.* V. 106 *βασιλεῦ κοῖον ἐφθέγξαο ἔπος, ἐμὲ βουλεῦσαι πρῆγμα;* (saepius enim simplicis verbi activum *βουλεύειν* proxime accedit ad notionem compositi *ἐπιβουλεύειν,* malam in partem plerumque accipiendi; sed vide exempla ista in Nota indicata), tamen *βουλεύειν* saepius non solum in senatu sedere denotat, sed etiam deliberationem habere de aliqua re, deliberare secum vel cum aliis **), ut V. 57. I. 120 *Κύρου δὲ πέρι βουλεύων, ἐκάλεε. κ. τ. λ.* IX. 106. III. 61 *πρὸς ταῦτα βουλεύσας τάδε.* et vide III. 84. et I. 117 *ἐπεί τε παρέλαβον τὸ παιδίον, ἐβούλευον, σκοπῶν, ὅκως ποιήσω κ. τ. λ.* — quamquam hac in significatione et apud Herodotum et apud alios scriptores verbum medium frequentius est usurpatum, cf. I. 20. III. 119. 154. V. 111.

---

*) Vide VII, 12. VIII, 57.; I, 206. II, 107. VII, 235. 237. VIII, 102. IX, 113.; I, 53. 59. 71. 121. II, 107. 139. IV, 134. V, 39. 43. 126. VI, 100. 108 ter. 134. VII, 3. 51. 120. 135 bis. 141. 143. 173 ter. VIII, 81. 101 bis. 103. IX, 2. 10. 38. 39.; I, 24. 183. 209 bis. 210 bis. III, 119. 122 bis. 134. VI, 65. 137 bis. VIII, 132 bis.

**) Vide Bernhardy Synt. graec. p. 348. — Thomas Mag. p. 63 (Ritschel) *οὐ μόνον βουλεύομαι ἀλλὰ καὶ βουλεύω — καὶ βουλεύω ἀντὶ τοῦ βουλευτής εἰμι. ἐπιβουλεύω δὲ τὸ ἐπιβουλὴν ἀρτύω κατά τινος. καὶ αὖ ἐπιβουλεύω τὸ μετά τι βουλεύομαι.* Et p. 346. *συμβουλεύω ἐνεργητικῶς ἀντὶ τοῦ εἰς συμβουλὴν τῷδε καθίσταμαι. συμβουλεύομαι δὲ παθητικῶς ἀντὶ τοῦ συμβούλῳ χρῶμαι. Λιβάνιος ἐν μελέτῃ τῇ τοῦ φιλαργύρου· συμβουλεύομαι τοῖς ἐπιτηδείοις ἥντινα αὐτῷ τέχνην δοτέον.*

VI. 3. VII. 12. 13. VIII. 101. IX. 13 et 11. et imprimis III. 154 *ἄλλο ἐβουλεύετο, ὅκως αὐτός τε ἔσται ὁ ἑλών*. Et notionis deliberandi inter se et hac ex communi consultatione aliquid constituendi quum alia afferri possunt exempla tum haec I. 133 et Suid. h. ex loco s. v. *οἴνου πιεῖν*. VII. 219 et Suid. hoc ex loco s. v. *περίοδος*. Vide et I. 61. 73. 143. 164. II. 160. III. 74. 76. 80. et alibi.

Perfecti temporis forma hujus medii apud Herodotum invenitur III. 134 *ἐγὼ γὰρ βεβούλευμαι ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι*. Et passivum ad hanc medii notionem pertinens est IV. 120 *ποιεῦντας τὰ βεβουλευμένα* et 125. 128. V. 92, 3. VII. 10, 4. 157 *τῷ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ χρηστὴ* et VIII. 57. 100.

Simili modo *δρησμὸν βευλεύειν* et *βουλεύεσθαι* dicitur apud nostrum, de fuga cogitare et de fuga inter se deliberare, ut *ἀπόστασιν βουλεύεσθαι* V. 35, *περὶ ἀναστασίης βουλεύεσθαι* IX. 106. Exempla autem activi verbi habes V. 124. VIII. 97. 100. (coll. cum VI. 70), medii verbi VIII. 4. (coll. cum VII. 207) 18 et 75.

Praeterea numerus singularis et pluralis saepius permutati conspiciuntur: I. 17 *ἔργον* vulg. *ἔργα* S. pr. m. 21. *μηχανᾶται τοιάδε* M. R. duo Paris. *τοιόνδε* S. b. d. e., cf. c. 59. — I. 4 *δῆλα γὰρ δή* vulg. *δῆλον* F. Plutarch. II. p. 856. — 30 *αὐτῶν δὴ ὦν τούτων* M. R. V. S. F. Ven. a. b. c. d. *αὐτοῦ δὴ ὦν τούτου* Ald. e. 75 *ἐς τὰ χρηστήρια ἔπεμπε* vulg. *τὸ χρηστήριον* d. — 80 *κτείνειν πάντα τὸν ἐμποδών* vulg. *πάντας* S. — 82 *θρέψειν κόμην Ἀργείων μηδένα* vulg. *κόμας* et *Ἀργείους* e. — 112 *δεύτερα* vulg. *δεύτερον* S. b. d., cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Att. §. 63. — 118 *πρῶτα μέν* vul. *πρῶτον* b. d. 119 *τράπεζαι ἐπίπλεαι* vulg. *τράπεζα* b. — 141 *ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος* vulg. *τῶν ἐλπίδων* f. 143 *ὅρκιον ποιησάμενοι* M. K. F. a. *ὅρκια* c. alii. VII. 141 *ἱκετηρίην λαβοῦσι* Gsf. alii. *ἱκετηρίας* S. V. Schaef. Bekk. et recte quidem; nam paullo post *αἰδεσθεὶς τὰς ἱκετηρίας τάςδε*. Vide Interppr. Suid. s. v. *ἱκετεύω* et Lob. Parerg. p. 503. Schol. Aristoph. Plut. 383 *). — VIII. 27 *κήρυκα* vulg. *κήρυκας* S. et saepius alibi.

Numerus pluralis et dualis: I. 34 *δύο παῖδες* vulg. *δύο παῖδε* d.

Permutatio casuum: I. 8 *χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ* vulg. *Κανδαύλην* S. d. *Κανδαύλεα* e; sed vide locos a Schweigh. in lex. Herod. s. v. *χρεών* et *χρῆν* allatos. — 9 *κατὰ νώτου . κατὰ νῶτα* S., cf. Interprett. Thucyd. III. 108 *κατὰ νώτου προςπίπτουσι*, et Var. Lectt. Herod. I. 10. 75. V. 118. — I. 33 *Κάρτα δόξας ἀμαθής εἶναι, ὅς κ. τ. λ.* nunc male vulgat. cum cod. S., sed *ἀμαθέα* Ald. alii fere omnes; vide enim c. 63. 47. Alia huc non trahenda vide apud Popponem Thucyd. Vol. I, p. 117. — I. 73 *δοῦναι φέροντες* a. b. c. d. *φέροντας* Ald. M. F. e. VIII. 109 *εὖ γὰρ ἔχει* —

---

*) Adde Polyaen. IV, 3, 30 *μετὰ ἱκετηριῶν αὐτὸν ἐδέξαντο*. V, 17, 2 *ἱκετηρίας λαβών*. VIII, 25, 3 *ἱκετηρίας προΐσχουσι*.

καταμείναντας — *ἐπιμεληθῆναι* sic nunc rectius vulgatur pro olim edito *καταμείναντες*. I. 63 *ἀπιέναι ἕκαστος* Ald. alii et Mss. plerique (*ἑκάστου* a.), *ἕκαστον* Steph. Schaef. Bkk. — 185 *ἔλυτρον λίμνῃ* M. K. F. a. c. (ut mox 186) ceteri *λίμνης* cum S. — 216 *τῷ θύουσι ἵππους* vulg. *ἵπποισι* cod. S. — I. 86 *ἐς τρὶς οὐνομάσαι Σόλωνα* S. V., cf. et Suid. s. v. *ἀνηνέγκατο· ἐκ βάθους ἐβόησεν. Αἰλιανὸς περὶ Κροίσου. ὁ δὲ ἀνηνέγκατο ἄρα στενάξας, καὶ ἐς τρὶς ἐκάλεσε τὸν Σόλωνα*, cf. et Eustath. Hom. Od. *α'* p. 1404=38 et Nicolaum Damasc. in Creuz. Fragmentt. Hist. p. 209. Alii *οὐνομάσαι Σόλων* et M. K. II. 3 *ἤκουσα καὶ ἄλλα* vulg. *ἄλλων* d. (cf. et VIII. 9) 66 *ταῦτα δὲ γινόμενα* M. P. K. F. *τούτων δὲ γινομένων* Ald. b. c. S. I. 187 *ἦν σπανίσῃ χρημάτων* vulg. *χρήματα* V. S. b., cf. Interprett. Aristoph. Nub. 1288 *ἀλλ' εἰ σπανίζεις τἀργυρίου*. — Sed fortasse est qui etiam II. 10 vulgatis in verbis *τῶν οὐρέων ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων* pro inusitato accusativo *Μέμφιν πόλιν* genitivum *Μέμφιος πόλιος* reponendum esse putet, neque negari potest hoc in significatu et apud nostrum et apud alios *ὑπέρ* usitatius cum genitivo conjungi solitum esse (cf. Bernh. synt. gr. p. 244) et claris verbis alteram cum accusativo constructionem a veteribus grammaticis reprehendi (cf. Thom. Mag. p. 375: *τὴν ὑπὲρ πρόθεσιν τὴν ἐπάνω σχέσιν δηλοῦσαν πρὸς γενικὴν ἐκφέρουσιν Ἀττικοί, Ἕλληνες δὲ πρὸς αἰτιατικήν*); sed ut jam Xenoph. Anab. I, 1, 9 dixit: *τοῖς Θρᾳξὶ τοῖς ὑπὲρ Ἑλλήσποντον οἰκοῦσι*, sic etiam nostro facile concedamus hunc Hellenismum, praesertim si memineris quae jam supra p. 7 sq. disputata sunt et id quod saepius graeci auctores cujusvis temporis verba *εἶναι, φαίνεσθαι* similia cum *εἴς τι* conjunxerunt.

Prima et tertia persona permutatae sunt: III. 14 *ὡς ἄλλων πυνθάνεται* M. P. K. V. S. Vall. *πυνθάνομαι* R. F. c. d. Ald.

Permutatio generum: VI. 8 *πασέων δὲ τουτέων* vulg. *πάντων δὲ τούτων* M. K. F. b.

Particulae negantes *οὐ* et *μή*: I. 189 *τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας* M. K. F. c. a. *μὴ βρεχούσας* S. III. 73 *ὦτα οὐκ ἔχοντος* vulg. *μὴ ἔχ.* d.

Particulae adversativae: I. 139 *τὸ Πέρσας μὲν αὐτοὺς λέληθε, ἡμέας μέντοι οὔ* M. F. K. a. *ἡμέας δὲ οὔ* c., et saepius alibi. — I. 71 *γευσάμενοι γάρ* vulg. *γευσάμενοι δέ* d. 79 *ἐλάσας γὰρ τὸν στρατόν* Steph. a. c. *ἐλάσας δέ* Ald. F. e. Sic et *γὰρ* et *μὲν* vide Variet. Lectt. ad II. 2 et Bernhardy Dionys. Perieg. p. 770.

Particulae *ὡς* et *ὅτι*: VI. 82 *ὅτι οὐκ αἱρέει* M. P. K. F. *ὡς οὐκ αἱρ.* Ald. c. S.

Oratio negativa et positiva: VII. 223 *λόγος οὐδείς* vulg. *λόγος πολύς* K.

Pronomina demonstrativa invicem permutantur: I. 96 *ἐποίεε τοιάδε. τάδε* F. — 101 *γένεα τοσάδε. τάδε* Ald. b. d. S. — I. 1 *τοῦτον τὸν χῶρον. τόνδε τὸν χῶρον* d. — 111 *τὸν ταῦτα*

ἐπιθέμενον M. K. F. a. c. τοιαῦτα S. b. d. — 138 ἅσσα δέ σφι ποιέειν οὐκ ἔξεστι M. K. R. F. a. c. ὁκόσα Πέρσῃσι S. b. d. — 131 νόμοισι τοῖςδε Gsf. P. K. F. Origines ctr. Celsum VII, p. 738. (τοισίδε Schaef. rectius) τοιοῖσι Ald. S. τοιοῖσδε a. (τοιοῖσιδε b. c. d. τοιοισίδε Bekk.)

Pronomina personalia inter se: VII. 8, 2: ἐξεγένετό οἱ τιμωρήσασθαι S. b. d. Schaef. αὐτῷ F. a. c. alii.

Adverbia et adjectiva: I. 186 ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλέων M. K. F. προτέρων S. a. b. c. — 84 ὁ πρότερον βασιλεὺς Σαρδίων M. K. F. πρότερος S. Parisini, alii, cf. Lob. ad Aj. 1168. V. 104 ἐθέλονταί σφι vulg. ἐθέλοντί σφι S. V. 110 ἐθελοντὴς ἀντετάσσετο vulg. ἐθελοντί S. V. VI. 25 τὰς μὲν ἐθελοντήν nunc vulg. cum K. F. M. b. (ἐθελοντιῇ S. ἐθελοντί a. c. d. Ald.) ἐθελοντάς b. teste Larchero, sed teste Georgiade habet hic codex in contextu ἐθελοντήν, in margine ἐθελοντί. — VII. 217 ἐθελονταὶ vulg. ἐθελοντί S. V. — Sed I. 5 ἐθελοντήν omnes et Eustath. Hom. p. 1428, 17. De ipsa adverbii forma ἐθελοντί ejusque apud posteriores rerum scriptores crebriore usu vide Lob. ad Phryn. p. 5 sq. Valck. ad Herod. VI. 25.

IV. 35 ἡ δὲ θήκη — ἐστὶ — ἀγχοτάτω τοῦ Κηΐων ἱστιητορίου vulg. ἀγχοτάτη S. V. ἀγχοτάτου c. Sed ἀγχοτάτω sine enotata varietate legitur II. 24. 169. IV. 73. VI. 102. III. 85. VII. 73. 74. 80. 89. 91. 176. VIII. 122. 135. — VII. 64 nunc cum codd. M. P. K. Paris. ἀγχότατα scribitur pro olim cum S. vulgato ἀγχοτάτω, cf. Buttm. gr. gr. §. 69. Not. 2. et §. 115 b. — VII. 23 ἐς τοὺς ἀνωτάτω vulgat., sed cod. b. inter lineas ἀνωτάτους. Sed ἀνωτέρω omnes I. 190. VIII. 130. 132. et ἀνώτατα II. 125 — Κατωτέρω VIII. 132. τὰ κατωτάτω II. 125 vulg., ubi quidem cod. S. κατώτατα, ut VIII. 23 κατώτατα ἑστεῶτες omnes exhibent. — προσώτατα II. 103 sine variet., sed IV. 43 pro scriptura codicis S. προσώτατα vulgatur προσωτάτω, ut προσωτέρω I. 105. II. 103. 175. III. 45 (τὸ προσωτέρω vulg., ubi cod. S. τῷ προσωτέρω) IV. 7. 16. V. 10. VI. 124. VIII. 111. 122. 132 προσωτέρω vulg. ποῤῥωτέρω S., qua de scripturae varietate vide Eustath. Hom. Od. p. 1582=288: τὸ δὲ ἑκαστέρω σημαίνει μὲν τὸ ποῤῥωτάτω. Hesychius: ἑκαστέρω, ποῤῥωτέρω.

I. 134 τοὺς ἑκαστάτω, bis idem IV. 33, ubi ἑκάστῳ F. b. — II. 169 ἑκαστέρω vulg., ubi ἑκατέρω Ald. S. V. ἑκατέρου F., qua de perversa scriptura quum alii monuerunt, tum Foes. Oec. Hipp. s. v. — III. 89 τὰ ἑκαστέρω ἔθνεα vulg. ἑκατέρω S. ἑκατέρῳ F. IX. 122 ἑκαστέρω vulg. ἑκατέρω S. F. d. — VII. 49, 2 ἑκαστέρω vulg. ἑκατέρω S. F. et Stob. 54, 31.

IV. 112 πλησιαιτέρω vulg. πληριωτέρω S. — VIII. 66 ἐσωτέρω vulg. (ἐνδοτέρω b. d.)

VII. 234 ἀπονητότατα vulg. ἀπονητοτάτω S. — De comparativorum forma adverbiali in ως exeunte ut apud alios scriptores interdum obvia, sic etiam a nostro usurpata, veluti θειοτέρως I. 122,

ἰσχυροτέρως III. 129, *εὐπετεστέρως* III. 143, vide Buttm. gr. gr. II. p. 345 sq. Matth. gr. gr. I. §. 262 p. 688 sqq.

Verba quaedam non prorsus necessaria, sed perspicuitatem adjuvantia saepius adduntur, vel alia aliis perspicuitatis causa substituuntur: I. 1 *τῇ δὲ ἄλλῃ χώρῃ*, sed *χώρῃ* omisit rectius cod. e., vide enim II. 116. III. 61. 109. IV. 192. VII. 32 et Schaef. ad Demosth. II. p. 165; quamquam Bernh. synt. gr. p. 186 Not. 64. illud insertum *χώρῃ* retinendum esse censuit. — I. 9 *ἀῤῥωδέων* nostra Herodotea exemplaria omnia; sed *τὴν ψυχὴν ἀῤῥωδέων* Etymol. Mag. 633, 43. Zon. p. 1472. — I. 6 *Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος* vulgat., sed Suid. hoc ex loco (s. v. *Κροῖσος*) *Λυδὸς μὲν ἦν τὸ γένος.* — 40 (initio) *ἀμείβεται Κροῖσος· ὦ παῖ κ. τ. λ. ὁ Κροῖσος* d. *ἀμείβεται Κροῖσος τοῖσδε* S. marg. e. et edd. vett. 75 *τοῦτον τὸν χρόνον* vulg. *κατὰ τοῦτον τὸν χρ.* S. — *ἔπεμπε, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας* vulg. *ἐπὶ Πέρσας εἰρωτέων* Ald. e. — 99 *μήτε ἐσιέναι μηδένα, δι' ἀγγέλων κ. τ. λ.* nunc vulg. cum M. K. F. a. c. *μηδένα συγχωρέειν* Ald. (cf. et IV. 11) — *ταῦτα δὲ περὶ ἑωυτὸν ἐσέμνυνε τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν μὴ κ. τ. λ.* nunc vulg. cum M. R. K. F. a. c., sed Ald. et alii exhibent: *ταῦτα δὲ περὶ ἑωυτὸν ποιέονται* (*ποιέωνται*) *ὅκως μὴ κ. τ. λ.* — 81 *προερέοντες συλλέγεσθαι. τὸ συλλέγεσθαι* S. V. — 67 *ἔπεμπον αὖτις ἐς θεόν* vulg., sed cod. M. habet *τὴν ἐς θεόν*, quem articulum quum elliptice positum esse statuunt (cf. Werf. Act. Mon. I. p. 75) non satis accurate, puto, discernunt inter hunc locum et eos, ubi ad *τὴν* nomina *δέσιν*, *κόσμησιν* sunt subintelligenda (Schweigh. lex. Herod. s. v. *θάνατος* et *τήν*), et plane aliena ad hunc locum afferunt. Nam *ὁδὸν* quod volunt hic supplendum esse, nunquam sic a nostro omittitur (vide exempla in Schweigh. lex. Herod. s. v. *ὁδός*), neque loci, ubi *ὁδός* ut necessarium additum est, cum isto comparari possunt. Quare *τήν*, ut ex interpolatione quadam ortum, melius omittendum esse duco. — III. 80 *ἄχθεται ἅτε θωπί* nunc vulg. cum S., sed *θωπείαν* P. K. M. F. b. d., quod ad verbum *θωπείαν* Ald. et Stob. (Gesn.) 48 p. 345 *ἡγούμενος* addiderunt. IX. 45 *ἵνα μὴ ἐπιπέσωσι ὑμῖν οἱ βάρβαροι μὴ προςδεκομένοισι* nunc vulg. cum S. V. Vall. Alii post *ὑμῖν* inserunt male *ἐξαίφνης*. — V. 111 *τὰ δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος* vulg. *πολέμια ἔργα* S. *πολέμια πάντα* P. — VIII. 41 vulgo eduntur *σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας*, sed dudum jam observatum est, ut in recensendis pluribus rebus veluti *παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ ἀνδράποδα* omissio articuli sollemnis sit, sic in illis formulis saepius alteri vocabulo addi articulum, alterum eo carere, ut apud nostrum VIII. 4 omnibus in libris leguntur *ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται.* Quare nostro loco cum duobus libris Mss. et Bekkero articulum ante *τέκνα* positum omitti malim. — I. 79 *ὅκως αὐτὸς ἐπικαταλάβοι* (*καταλάβοι* b.) a Gronovio aliisque editoribus ex codicum nonnullorum praescripto recte sunt abjecta; inserta enim erant, ut numerum orationis adjuvarent, at-

que paullo explicatius comparativam vim in particulis istis πρὶν ἢ positam elocutione quadam circumscriberent. — I. 111 οἶκος μὲν πᾶς Ἁρπάγου vulg. μὲν γὰρ ἅπας d. Sic etiam III. 108 γὰρ omittendum erat ὅσα μὲν (γὰρ) ψυχήν, cf. Bernhardy ad Dionys. Perieg. l. l. — Multam enim scholiastae saepissime ac librarii vanam posuerunt operam in interpolandis per particulas quasdam insertas scriptoribus, vanamque atque intempestivam ea re affectabant elegantiam. Et μέν quidem in nonnullis Mss. codicibus sic invectum est I. 10. 24. 107 et alibi; δέ I. 7. 27. 103. 104. 117; ὦν I. 82; τε I. 56. 102; καί I. 52. 61. 65. 74. 108; δή I. 110; ἄν I. 108; ἤ I. 137, cf. Interppr. ad V. 118. Articulus vero innumeris fere in locis, cf. I. 8. 9. 13. 24. 32. 38. 40. 57. 61. 75. etc. etc.

Praeterea ἀκόντια II. 71 omittendum erat in verbis ξυστὰ ποιέεσθαι (ἀκόντια), cf. I. 191. II. 33 et Bekk. Anecd. p. 284, 18 ξυστόν· δόρυ, ἀκόντιον καὶ τὸ λεῖον. — I. 90 τὸν ἐγὼ ἐτίμησα θεῶν μάλιστα vulg. θεῶν τῶν Ἑλλήνων cod. c. Et recte, ut puto, Bekkerus uncinis inclusit verba Ἑλλήνων τῶν VII. 145. χρύσεα VII. 190. ἐπί VIII. 84. καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες εἰλώτων IX. 10. ἐπί IV. 102. — Huc etiam referendus esse mihi videtur ille vexatus locus IV. 11 τὴν τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον κινδυνεύειν sic S. V. A. B. Quum enim δεόμενον nullo modo recte explicari posset, neque essent ferenda πρὸ πολλοῦ δεόμενα codicum M. K. F. b. d. πρὸς πολλοῦ γινόμενα P. πρὸ πολλοῦ δεόμενον Ald. al., alii aliam medelam adhibuerunt. Et Larcherus quidem (quem vide ad h. l.) δεόμενον plane delendum esse censuit; Valckenarius οὐδὲν δέον μένοντας scribi voluit; Buttm. δέοι μένοντας proposuit. Quas diversas doctorum virorum sententias inter se ita conciliari posse arbitror, ut δέον superscriptum additamentum perspicuitati inserviens ita se insinuasse in contextum statuam, ut ultima littera ν omissa cum voce μένοντας in unum coaluerit, cujus et ipsius postrema syllaba exciderit. Verba enim ἀπαλλάσσεσθαι et μένειν saepe sic sibi respondentia inveniuntur, vide I. 82. 94. VI. 22. VII. 174. 207. 210. 219. 222. VIII. 74. IX. 8. 11. 26. 55. Sed δέον sive δέοι hoc in orationis nexu abhorrere ab usu nostri scriptoris, quum alii jam a Schweigh. lex. Herodot. s. vv. δέω et πρῆγμα allati loci docent, tum VIII. 74 et IX. 26. Quare hanc genuinam esse censeo scripturam: μηδὲ πρὸς πολλοὺς μένοντας κινδυνεύειν.

Alius etiam neque is minus vexatus locus est I. 91 τῷ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου, οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε. His in vulgatis verbis jam Valck. recte perspexit illud εἶπε τὰ εἶπε non ferendum esse. Si enim eos locos, quorum ad similitudinem illud εἶπε τὰ εἶπε conformatum est, inter se comparaverimus, talem dictionem ibi tantum obtinere patebit, ubi eodem verbo quadam cum emphasi repetito pro sua ipsius rei appellatione nomen substantivum sive illud ex eadem qua verbum stirpe repetendum, sive ex alia, per pronomen quoddam majore cum vi

indicatur; sic I. 39 εἰ γάρ ὑπ' ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσειν με — χρῆν δέ σε ποιέειν τὰ ποιέεις. I. 206 παῦσαι σπεύδων τὰ σπεύδεις. II. 49 καὶ ἀπὸ τούτου μαθόντες ποιεῦσι τὰ ποιεῦσι Ἕλληνες. III. 16 βουλόμενος ποιῆσαι τὰ δὴ καὶ ἐποίησε. Cf. et II. 93; III. 156. V. 86. VII. 175. IV. 50. VI. 4. IV. 146. Quam loquendi formulam ad similem quandam Atticismi rationem propius accedere patet, cf. Eustath. Jl. Θ' p. 728=621. τὸ δὲ οἶνον οἰνίζοντο Ἀττικῶς εἴρηται κ. τ. λ. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Att. §. 1. Lob. de figura etymologica Paralipp. II. p. 501 sqq.

Sed neque, quod Bekkerus conjecit, τὰ ἐποίησε II. 151 addam vulgaribus verbis ὡς ἀνεύρισκον βασανίζοντες ἐξ οὐδεμιῆς προνοίης αὐτὸν ποιήσαντα, nec cum eodem III. 82 vulgatis verbis οἱ γὰρ κακοῦντες τὰ κοινὰ συγκύψαντες ποιεῦσι, eodemque modo a Stob. Serm. 45. p. 324 repetitis, verba τὰ ποιεῦσι, quum hoc loco ποιεῦσι locum repetendi verbi κακοῦσι obtineat, cf. Lob. libr. l. p. 509. — Quum igitur illud εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης nostro a loco alienum esse vel istis ex locis satis manifestum esse videatur, vel hac ex causa, quod τά, si genuinum esset, ad sequens τοῦτο referendum esset; neque etiam omnino verba ista εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης hoc, quo nunc posita sunt, ordine collocata, inter se recte conjungi possunt, quum Herodotus ipse sic potius haec verba collocasse judicandus esset τῷ — εἶπε Λοξίης τὰ εἶπε —, ut, si vulgari eorum verborum collocatione εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης uteremur, necessario prioris verbi εἶπε aliud subjectum esse nobis statuendum esset, quam nomen Λοξίης ad alterum εἶπε pertinens. Quod quum ita sit, equidem non prius illud εἶπε cum Valck. aliisque ejiciam, quum illud εἶπε, praeterquam quod omnibus in libris Mss. retentum est, etiam ad totius Pythiae responsi sensum valde sit necessarium et cum προηγόρευε paullo supra posito aequiparandum; sed sequentia verba τὰ εἶπε, a grammatico quodam vel librario, ut haberet quo τοῦτο referret, adsumta. Nam prius illud εἶπε, ut προηγόρευε, cum altiore quodam vocis sonu efferendum est, quum ipsis istis verbis praecipua causa significetur, cur non Loxias sed Croesus ipse in culpa sit; ille enim non deseruit eum; sed dixit ei, quid eventurum sit. Huc accedit quod ipsa verba τὰ εἶπε a codicibus S. V. et versione Laur. Vall. absunt, ut similis verborum structura evadat, atque est II. 40 τὴν δ' ὦν μεγίστην τε δαίμονα ἥγηνται εἶναι καὶ μεγίστην οἱ ὁρτὴν ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων, ubi ταύτην non ad δαίμονα referendum esse sed ad ὁρτὴν patet (cf. Struv. Spec. I, p. 28 sq.). Neque etiam id quemquam nostro loco offendet, quod demonstrativo τοῦτο, quod sola ex grammatica ratione ad relativum τῷ spectat, non ad vocabulum quoddam clare expressum demonstratur, sed ad totum enunciatum obscurius indicatum. Quare non nisi sic constituta illa verba genuina esse possunt: τῷ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου· οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε.

IX. 65 alii cum codd. M. P. K. F. b. ediderunt ἐμπρήσαντας

τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον, sed quum nusquam alibi Herodotus de Cereris templo dicens (cf. VI. 75. VIII. 65. IX. 62. 67. 97. 101.) illud ἀνάκτορον addiderit, omninoque sic tantum loqui consueverit: ἱρὸν τὸ ἐν Διδύμοισι VI. 19 et alibi similia, conjicio ἀνάκτορον ex interpretamento illatum esse; quam meam conjecturam etiam Suidae (s. v. ἄνακτες οἱ θεοὶ καὶ ἀνάκτορα τὰ ἱερά. Ἀνακτόριον, ἱερόν. Ἀνάκτορα, τὰ ἱερά. Ἀνακτορίαν, δεσποτείαν, καὶ ἀνακτόρων, ἱερατειῶν, ubi vide Bernh.) et Hesychii (ἀνακτόριον ἱερόν, ubi vide Interppr.) glossae confirmare videntur (vide et Bekk. Anecd. p. 202, 33. 212, 12. 277, 13. 391, 3 et Piers. Moer. p. 77 et Interppr. ad Aristoph. Avv. 800) et id, quod alii cum codd. S. V. a. c. d. scripserunt ἀνακτόριον, unde manifestior etiam fit interpolatio. Etiam ipsa verborum collocatio nomen ἀνάκτορον male additum esse arguit; Herodotus enim ipse hunc puto praetulisset ordinem: τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἱρὸν τὸ ἀνάκτορον, vel τὸ ἀνακτόριον ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι, vel τὸ ἱρὸν ἀνάκτορον τὸ ἐν Ἐλευσῖνι, vel τὸ ἀνάκτορον ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι, vel τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνακτόριον ἱρόν. Quod quum ita sit, ἀνάκτορον et ἀνακτόριον ex oratione Herodotea expulsis vel certe uncis inclusis nullus dubito, quin vera Herodotea exsistant.

Praeterea saepissime simplicia et composita inter se permutantur, id quod factum esse imprimis a lexicographis veteribus notum est, neque eum latebit, qui paullo accuratius nostras λέξεις Ἡροδότου perlustraverit; cf. Valck. ad Herod. VI. 75 et VII. 207. — I. 107 αὐτὰ ἕκαστα ἐκμαθών edd. vett. ante Gronov., sed omnes nostri Mss. μαθών, cf. Schweigh. lex. Herod. s. v. ἐκμαθεῖν. — IX. 49 ἐςακοντίζοντές τε καὶ ἐςτοξεύοντες nunc recte vulg. cum S. V. Alii τοξεύοντες. — Et saepissime alibi; vide Var. Lect. ad I. 11. 22. 35. 36. 47. 53. 58. 63. 73. 86. 94. 103. 80. 127. 110. 114. 122. 161. II. 108. III. 24. 79. VII. 37. VIII. 107. IX. 9 et alibi saepius.

Sic et ex duobus continuatis praepositionibus, quibus verbum quoddam subjunctum est, altera interdum omittitur: I. 212 ἐπαναπλώειν vulgat. nunc; alii ἀναπλώειν, vide Interppr. ad h. loc. — 36 συνεξελέειν F. ξυνελεῖν S. — III. 86 διεξελαυνόντων vulg. διελαυνόντων S. V. 117 διεξόδου vulg. ἐξόδου M. P. K. F. — V. 99 συνδιήνεικαν vulg. συνήνεικαν F. al. (coll. I. 79).

Composita verba cum aliis compositis: I. 17 ἀπέσπα. κατέσπα P. S. Ald. 59 παρατυχών. ἐπιτυχών e. 112 ἐποψομένους K. R. M. F. a. c. κατοψομένους S. Ald. — 119 ἀποκαλύπτειν ἀνακαλύπτειν R. 120 παρακελευόμεθα M. R. S. K. F. a. c. διακελευόμεθα Ald. b. d. II. 49 ἐξηγησάμενος d. κατηγησ. M. P. K. F. ἀπηγησ. Ald. S. a. b. c. — ἄλλα τε πολλὰ ἐςηγήσασθαι. ἀπηγήσασθαι Ald. 173 προάγων σεωυτόν. ἀπάγων S. III. 8 περιξυροῦντες. ὑποξυροῦντες S. 14 ἀπέκλαυσας S. V. K. P. R. F. Paris. ἀνέκλαυσας M. Ald. VI. 82 ἀπέφυγε S. V. a. c. Ald. (cf. et II. 174) διέφυγε M. P. K. F. b.

Et solae praepositiones cum casu quodam nominis conjunctae inter se permutantur: I. 24 παρὰ Περιάνδρῳ vulg. σὺν Περ. S. 61 ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου vulg. ἐκ Πεισ. c. 203 ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώοντα M. K. F. a. c. ἐξ ὕλης b. d. S. Ald. VI. 2 πρὸς αὐτῶν vulg. ὑπ' αὐτῶν a. c. S. — VII. 1 κατὰ πόλις. περὶ πόλις d. 171 ἀντὶ τούτων S. V. ἀπὸ τούτων F. et alii (cf. c. 169.). — Et quum dicatur et ἐπί et ἀπό τινος καλεῖσθαι, ἐπωνυμίην ἔχειν, saepissime hae praepositiones inter se permutatae inveniuntur; vide Var. Lectt. ad locos a Schweigh. lex. Herodot. indicatos.

Quas inter omnes scripturae diversitates nonnullas esse, quae ab ipsis librariis profectae sint, haud incredibile est. Neque enim omnes librarii inertia atque ignorantia horrent, fuerunt etiam haud ineruditi, qui grammaticorum rati se fungi posse partibus, hic illic ut perspicuitati consulerent, emendatioremque redderent orationem, eam mutare conabantur. Quo etiam in Herodoteis Mss. multae superscriptae voces mutationesque a manu secunda profectae referendae esse videntur. Neque facile est ubique dijudicatu, utrum Homericae et Atticae quaedam formae, a nostro scriptore alienae, ab istis eruditis librariis, an ludimagistrorum eorumque discipulorum opera in Herodoteam orationem male invectae censendae sint. Saepissime enim librarii suae aetatis loquendi scribendique consuetudinem alienis scriptoribus obtruserunt; cujus rei non unum est in Herodoteis Mss. videre exemplum. Sic I. 110 omnes libros obsidet haec scriptura ἢν μὴ ἀποκτείνῃς αὐτό, ἀλλά τεῳ τρόπῳ περιποιήσῃ. Sed περιποιεῖσθαι, salvum praestare, apud Dionem Cassium demum usurpatum invenies; contra περιποιεῖν alias semper hoc in sensu apud nostrum est obvium, vide locos a Schweigh. lex. Herod. s. v. περιποιεῖν laudatos; quare haud dubie isto loco περιποιήσῃς reponendum esse censeo. Neque idem est, quod quis mihi fortasse objiciat, περιποιεῖσθαι sibi acquirere, τὰς ψυχὰς περιποιήσασθε Xenoph. Cyrop. IV, 4, 10, quippe quibus in loquendi formulis medii verbi vis ac potestas satis clare appareant. Contrariam in partem peccatum est I. 71, ubi pro recte vulgato τί σφεας ἀπαιρήσεαι codices S. et V. perperam τί σφε ἀπαιρήσεις exhibent.

II. 125 χαμάθεν M. S. V. K. F. P. a. c. (cf. IV. 172) χαμόθεν Ald. b., cf. Lob. Phryn. p. 94 et Piers. Moer. 109. — I. 187 οὐδὲν ἐχρᾶτο vulg. nunc, alii οὐθέν; item III. 63, cf. Lob. Phryn. p. 181 sq. — V. 92, 4 κατακρύπτει nunc vulg. (κρύπτει S.) κατακρύβει M. P. K. F. pr., ubi nunc κατακρύβῃ, cf. Lob. Phryn. p. 317 et Aj. vs. 1145. Et forma κρύβω saepius a grammaticis est usurpata, unde alias formas deducerent; vide Etym. Mag. s. v. ἀκίβδηλος p. 48, 55 s. v. Κορύβαντες p. 531, 7. s. v. Κύρβαντες p. 547, 41 et alibi. — Sed κρύπτει et κατακρύπτει saepius etiam sine variet. apud nostrum leguntur I. 12. 61. 140. III, 36. 61. 75. 133. IV. 103. V. 4. VII. 226.

I. 88 χρήματα τὰ σὰ διαφορέει. διαφθορέει S. et edd. vett. cf. V. 51. IX. 42 et Lob. Parerg. p. 590. — II. 69 ἀρτήματα χρύσεα vulg. χρυσινά F., quae adjectivi forma ex sequiore tantum graecitatis aevo affertur genuina. — V. 13 ὁποδαπὴ εἴη M. P. K. F. (ποδαπή Ald. V. A. d., cf. VII. 22. IX. 16), sed ποταποὶ εἶεν cod. S., cf. Lob. Phryn. p. 56 sqq. VII. 218 ποδαπός. ὁποδαπός S. a. ποταπός K. — V. 18 μαστῶν vulg. Unus cod. μασθῶν, quae dorica forma in vulgari communique quam dicunt lingua sedes fixit. — VII. 117 διώρυχος nunc vulg. διώρυγος Gron. (fortasse M?), cf. Lob. Phryn. p. 230 sq.

Praeterea aliae aberrationes in Atticam vulgaremque dicendi consuetudinem haud rarae inveniuntur: II. 28 βυσσόν vulg. βυθόν P. K. S. — VI. 107 οὐκ ἐφαίνετό οἱ ὁ ὀδών nunc vulg. cum S. V. P. K. F. a. c. Olim vulgat. hic et mox ὁ ὀδούς, sed vide Eust. Il. λ' p. 854, 11 et 13: τῶν ὀδόντων κοινῇ μὲν εὐθεῖα ὁ ὀδούς — Ἰακὸν δέ φασιν ὁ ὀδών. Foes. Oec. Hipp. s. v.

Et ἠώς Herodoteum est pro Attico ἕως, et ἠώς sic sine varietate habes: VII. 217. VIII. 83. IX. 47. 56; et genitivum ἠοῦς II. 8. VII. 167; dativum ἠοῖ VII. 219. In accusativo tantum hic illic in codd. nonnullis aberratum est, quamquam a Bekkero ubique recte ἠῶ scribitur: II. 8 πρὸς τὴν ἠῶ sic cum R. K. M. et mox item ἠῶ (ἠώ F.). Olim utrobique ἕω. II. 32 πρὸς ἠῶ vulg. ἕω K. III. 106 πρὸς τὴν ἕω Gsf. alii et vulgo. ἠῶ Bkk. IV. 18 πρὸς τὴν ἠῶ Bkk. alii cum S. V. ἕω Gsf. alii. 19 πρὸς τὴν ἕω Gsf. et vulgo. ἠῶ Bkk. al. τὸ πρὸς τὴν ἕω Gsf. et vulgo. ἠῶ Bkk. cum S. V. — 20 τὸ δὲ πρὸς ἠῶ vulg. (ἠώ F.) ἕω V. — 40 τὸ πρὸς τὴν ἠῶ Bkk. cum S. ἕω Gsf. al. — 99 ἠῶ vulg. ἕω F. VI. 8 ἠῶ Bkk. al. cum S. V. ἕω Gsf. al. VII. 176 ἠῶ vulg. nunc (ἠώ F.) ἕω S. V. — Sed sine varietate ἠῶ recte scriptum legitur I. 142. 201. 204. II. 17. 99. 138. 158. III. 98. 99. IV. 22. 25. 35. 40 (τὰ πρὸς ἠῶ) 44. 48. 122. 181. 191. V. 49. VII. 58. 126. 129. VIII. 85. 132. IX. 46. Sed ἑωθινόν III. 104 bis.

Ac πολιήτης, quam vocabuli formam epicam omninoque poeticam tantum fuisse credas, praesertim si memineris quod veteres grammatici et de hac et de aliis similibus et dissimilibus docuerunt (Apollon. grammat. in Bekk. Anecd. II, p. 524: ἦν πλησιασμὸς τοῦ η ἐν τῷ τιή, φεροίη, πολεμήϊα, πολιήτης, μυθιήτης. Eust. ad Dionys. Perieg. vs. 1010: ὀφιήτιδος πέτρης. τὸ δὲ ὀφιήτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η καί ἐστιν ὅμοιον τῷ πολιήτης. cf. et Lob. Parerg. p. 699 sq.) et id quod Herodotus ipse constanter dixit Ἡλιουπολῖται II. 73. Ὀλβιοπολίτας IV. 18. Καλλιπολίτας VII. 154 et Παπρημίτης II. 165. 71. Χεμμῖται II. 91 et Χεμμίτης II. 165. Μεμφίτης II. 112. Σαΐτης II. 152. 165. 169. Βουσιρίτης II. 165. Βουβαστίτης II. 166 et ibidem Ἀθριβίτης, Φαρβαιθίτης, Θμουΐτης, Ὀνουφίτης, Μυεκφορίτης, Ἀφθίτης, Τανίτης, — V. 44 Συβαρῖται, — tamen satis multis in locis omnium librorum auctoritate, ut Herodoteum, munitum est, ut quosdam libros, ubi alteram exhibent

formam, satis appareat sua sponte hanc invexisse, ac raro alios etiam omnes in errorem induxisse. Et πολιήτῃσι I. 37 sine variet. legitur et 186. I. 120 πολιήτεω. 150 πολιήτας et II. 129. II. 160 πολιῆται. 167 πολιητέων. III. 36 πολιήτας. 45 πολιητέων. 80 πολιήτας et Stob. Serm. 28 p. 345 (Gesn.) hoc ex loco. IV. 150 πολιητέων. V. 16 πολιῆται. 57 πολιήτας, idem 92, 7. VI. 9. 76. VII. 156 bis. — VII. 155 πολιητέων. 237 πολιήτης bis et πολιήτῃ, quo ex loco Stob. Serm. 38 p. 225 (Gesn.) πολίτης et πολίτῃ exhibet. VIII. 46 πολιητέων. IX. 33 πολιήτην. 35 πολιῆται. — Et I. 96 pro πολιτέων, quod Gsf. et alii ediderunt, recte Bekk. et alii πολιητέων scripserunt. V. 7 πολιητέων vulg. πολιτέων S. VI. 85 πολιητέων vulg. πολιτέων S. VIII. 75 πολιήτας nunc vulg. cum S. K. πολίτας Ald. F. a. Unde sponte patet, quam alienum a nostri dicendi usu sit vulgatum πολῖται II. 3 et 73; neque quidquam dubii relinqui, quin statim vel sine ulla librorum auctoritate nostro suum πολιῆται utroque in loco restituendum sit.

III. 140 praebent pro ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα nonnulli libri ὡς, quod Jacobitz ad Lucian. Toxar. p. 95 retineri vult; sed falsus est ille vir doctissimus. Neque enim Herodoteum est, sicut Attici scriptores fecerunt, ὡς pro εἰς vel πρός usurpare; quare etiam aliis in locis, ubi libri variant, illud ὡς rejiciendum est, vide Var. Lectt. ad II. 135. 121. 109. 139. I. 116. III. 37. 140. Etiam V. 83 pro nunc vulg. ὡς εἴκοσι id, quod jam edd. vett. praebent, ἐς εἴκοσι restituendum esse judico. — De vitiosis ἕως οὗ et ἐς οὗ vide infra p. 231.

Et φλαῦρος, quod quidam Atticis peculiare dixerunt pro φαῦλος (cf. Suid. s. v. φλαῦρον Ἀττικῶς, φαῦλον δὲ κοινῶς· φλαυρότατον. ποιήσαντες δὲ ταῦτα ὑπολείπεσθαι τῆς στρατιᾶς τὸ φλαυρότατον, παρὰ Ἡροδότῳ [I. 207], cf. et Maitt. d. dial. gr. [Sturz] p. 6. Blomfield Gloss. Aesch. Pers. p. 122. Poppo Thucyd. I, p. 209, Thucydidem φαῦλος dixisse, et Lob. Aj. vs. 1323 et φλαῦρος et φαῦλος apud Atticos aliosque promiscue usurpari), alii significatu diversum esse volunt a φαῦλος (cf. Thom. Mag. p. 376, 1: φαῦλον τὸ κακὸν καὶ τὸ εὐτελές, φλαῦρον δὲ μόνον τὸ κακόν. cf. et Valck. ad Ammon. p. 174 et Suid. s. v. φαῦλος et φαύλη); illud φλαῦρος apud Herodotum utroque in significatu solum frequentari contendo, neque usquam φαῦλος genuinum esse. Et sine varietate quidem φλαῦρος legitur: I. 207 φλαυρότατον et sic Suid. s. v. (sed cod. F. habet φαυροτέρην) III. 129 φλαύρως et sic Suid. s. v. Δημοκήδης. — 130 φλαύρως et sic Suid. s. v. Δημοκήδης. VI. 61 φλαύρην. 94 φλαύρως, id. 135 et VII. 10, 7. 196. — φλαυροτάτους VII. 171. φλαυρότεροι et φλαῦροι IX. 27. Quum etiam ubi variatur nostris in exemplaribus recte nunc Herodotea forma φλαῦρος praelata sit (I. 99 οἰκίης οὐ φλαυροτέρης vulg. cum M. K. R. a. c., sed φαυλότεροι in cod. F. habetur; I. 120 ἐς

φλαῦρον nunc vulg. cum S. V. φαῦλον M. K. B. a. c. F. VII. 8, 1 φλαυροτέρην nunc vulg. K. P. M. F. Paris.; alii cum S. φαυλοτέρην), nihil dubii relictum esse potest, praesertim quum jam appareat, nullum significationis discrimen apud nostrum constitui posse, quin etiam I. 26 pro vulgat. φαῦλα, II. 173 pro vulg. φαῦλον, I. 126 pro vulg. φαυλοτέρους, quamquam nihil e codd. Mss. adnotatum sit, Jonico idiomati convenientius φλαῦρα et φλαῦρον et φλαυροτέρους scribendum sit.

Praeterea πολλός, πολλόν non πολύς, πολόν aut πολύ Herodoteum esse, neque etiam πουλύς aut alia poetica, satis multis omnium codicum auctoritate munitis exemplis demonstrari potest. Et πολλός quidem habes I. 30 λόγος πολλός, id. 75. V. 23 ὅμιλος πολλός bis, id. I. 88 πολλὸς ὅμιλος 98 πολλός. IV. 39 χῶρος πολλός ἐστι. VI. 6 ναυτικὸς πολλός. 43 στρατὸς πολλός, id. VII. 10, 5. VI. 68 λόγος πολλός, id. 86. 113 χρόνος πολλός. VII. 225 ὠθισμὸς πολλός, id. VIII. 78. IX. 26. IX. 91 πολλὸς ἦν. — Et πολλόν I. 23 τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου vulg. τὸ πολλόν P. — 60 πολλὸν χρόνον, id. 199. 214. II. 133. 154. III. 31. 124. IV. 1. 200. I. 8 πολλὸν καλλίστην vulg. πολλῷ S. V. (qua de varietate vide Schweigh. lex. Herod. s. v. πολλός et Interppr. ad V. 1.) 56 πολλὸν ἥσθη. 77 πολλὸν ἐλάσσων. 93 πολλὸν μέγιστον. 103 πολλὸν ἀλκιμώτερος. 126 πολλὸν εἶναι τὸ μέσον. 136 πολλὸν ἰσχυρὸν εἶναι. 140 κεχωρίδαται πολλόν. 141 πλῆθος πολλόν. 172 κεχωρισμένοισι πολλόν. 192 πολλόν τι κρατίστη. 196 πολλὸν χρυσίον. 104 οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι. II. 2 πολλὸν ἦν τοῦτο ἔπος. 8 πολλὸν χωρίον. II. 22 πολλὸν ἐπιεικεστάτη. 25 πολλὸν ὑετώτατοι. 134 πολλὸν ἐλάσσω. II. 32 χῶρον πολλόν, id. IV. 23. II. 32 ἐπὶ πολλόν, id. 119. IV. 18. VIII. 7. II. 37 πλῆθος πολλόν, id. 60. VII. 234. II. 68 τὸ πολλὸν τῆς ἡμέρης. 94 καρπὸν πολλόν. 144 πολλὸν ἀπαλλαγμένους. 175 πολλὸν ὑπερβαλλόμενος. 181 πολλὸν ἐγίνετο, id. IV. 126. III. 56 νόμισμα πολλόν. 98 τὸν πολλόν. 102 πολλὸν φέρειν. 106 πολλόν τι κάλλιστα. 108 πολλὸν πάντων ὀξυτάτους. 109 πολλόν τι χρῆμα, id. 130. IV. 81. VI. 43. III. 114 χρυσὸν πολλόν, id. VII. 83. IX. 41 bis. III. 137 οὔνομα πολλόν. IV. 22 ἔθνος πολλόν, id. 108. 172. IV. 78 πολλὸν μᾶλλον. 103 ὑπερέχουσαν πολλόν. 134 πολλὸν καταφρονέουσι. 159 στρατὸν πολλόν, id. VI. 43. 95. IV. 194 μέλι πολλόν. V. 16 πολλὸν χρόνον, id. 28. 48. 106. 119. VI. 29. 52. 69. VII. 15. 154. VIII. 68, 2. 114. 129. 142. IX. 10. 62. 70. V. 1 πολλὸν ἐκράτησαν. 102 πολλὸν ἑσσώθησαν. VI. 11 πολλὸν ἐλασσώσεσθαι. 82 ἀπέφυγε πολλόν. V. 32 πολλὸν ὅμιλον. VI. 43 πολλὸν δὲ ναυτικόν. VI. 102 κατέργοντες πολλόν. 129 κατέχων πολλόν. 138 πολλὸν ἐπεκράτεον. 139 κέεται πολλόν. VII. 7 πολλὸν δουλοτέρην. 10, 1 πολλὸν ἀμείνονας. 103 ἔστι οὐ πολλόν. 145 πολλὸν μέζω. 168 κατακρατήσαντα πολλόν. 194 ὕσταται πολλόν. 196 ἐλείποντο πολλόν. 223 βραχύτερος πολλόν. VIII. 11. πολλὸν παρὰ δόξαν. 13 πολλὸν ἀγριωτέρη. 60, 2 πολλὸν κρατήσομεν.

87 θόρυβον πολλόν. 100 τὸ πολλόν. 123 ὑπερεβάλλετο πολλόν. 124 πολλὸν σοφώτατος. 130 πολλὸν κρατήσειν. 136 λεὼν πολλόν. πολλὸν κρέσσων. IX. 23 ἑσσοῦντο πολλόν. 31 πολλὸν περιῆσαν. 41 σῖτον πολλόν. πολλὸν ἄργυρον. 60 πολλὸν προθυμοτάτοισι. 82 πολλὸν τὸ μέσον. 98 πολλὸν πεζόν.

Et confirmant hanc formam testimoniis suis veteres grammatici, cf. Greg. Cor. de dial. Jon. §. 12. p. 395 (Schaef.) τὸ πολλὸν λέγουσι καὶ οὐχὶ τὸ πολύ, et alii Jonici scriptores, ut Hippocrates satis multis in locis; Lucian. de dea Syria (ed. Jacobitz) πολλόν cap. 1. 3. 8. 12. 13. 15. 19. 21. 25. 28. 30. 32. 45. 46. de Astrolog. c. 8. 9. 11. 19. 21. 29., et alii alibi; ut jure merito apud nostrum quidem non iis solum in locis ubi variatur haec Jonica forma praeferenda (ac plerumque est praelata), sed etiam in iis, ubi ea nondum est restituta aut omnes libri aliena in forma tuenda consentiunt, illa restituenda sit. Variatur autem III. 57 πολλὸν χρόνον vulgat. nunc, alii πολὺν χρόνον. VII. 14 μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο vulg. πολύς S. V. a. 23 σῖτος πολλός vulg. πολύς S. 158 πολλὸς ἐνέκειτο vulg. πολύς S. 188 πολλὸς ἄνεμος vulg. πολύς P. F. V. K. S. VIII. 59 πολλὰς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι Bekk. πολύς Gsf. alii vulg. Quare etiam VI. 125 κόλπον πολύν, quamquam a codd. S. V. b. c. Eustath. praebitum, rejiciendum erat recipiendumque quod codd. a. d. habent βαθύν (βαθύ F.). — I. 56 exhibent Ald. alii non Herodoteum πουλυπλάνητον pro πολυπλάνητον a Bekk., praeunte cod. F., recepto (πολλυπλάνητον c.). — I. 88 σπουδῇ πολλῇ nunc recte vulg. πουλῇ Ald. 160 Πολιούχου nunc vulg. cum P. F. a. Πουλιούχου olim. II. 107 πολλοὺς ἀνθρώπους Bkk. recte cum M. K. V. S. F. a. πολλέας male Ald. et πολέας Gsf. alii cum R. b. c. d. Ac pravum et perversum est quod quasi ex Herodoteis libris Greg. Cor. d. d. Jon. §. 16. p. 397 attulit: τὸ ὦν ἀντὶ τοῦ οὖν λέγουσιν. Ἡρόδοτος· καὶ ὦν φασι πολέες, ubi vide Interppr. Neque ferendum, quod apud nostrum III. 38 vulgatum est πολύ τι καλλίστους cum cod. F., ubi alii omnes aeque male πουλύ praebent, pro solo vero πολλόν vel πολλῷ. Et III. 57 pro vulgato πολὺν χρόνον (sic et Greg. Cor. d. d. Jon. 17) πολλόν est reponendum, cf. Koen. ad Greg. Cor. d. d. Jon. 12. — Praeterea vulgata II. 106 πολύ — 121, 4 πολὺν τὸν οἶνον — V. 64 οὐ μετὰ πολύ — VI. 72 ἀργύριον πολύν — VII. 46 ὡς πολὺ κεχωρισμένα — 160 νεῶν πολὺ πλεύνων — sine ulla haesitatione omnia in πολλόν Herodoteum sunt mutanda.

Thom. Mag. p. 374 sq. tradidit: Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ (c. 78) Τελμησέες μὲν ταῦτα ὑπεκρίναντο Κροίσῳ. καὶ αὖθις ἐν τῇ αὐτῇ (c. 91) ταῦτα μὲν ἡ Πυθίη ὑπεκρίνατο τοῖσι Λυδοῖσι. καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ (c. 90) καὶ τῶν χρηστηρίων τὰς ὑποκρίσιας (B ὑποκρίσις ut Schaef.). Neque aliter unquam atque ὑποκρίνεσθαί non ἀποκρίνεσθαι nostrum dixisse contendo; et sine ulla enotata varietate ὑποκρίνεσθαι est I. 91. 164. 78. 90. III. 31. 46 bis. 53.

121. IV. 119. 139. VII. 39. 148. 149 bis. 168 bis. 169. VIII. 111 bis. 143. 144 (et Suid. s. v. ὑποκρίνεσθαι· Ἡρόδοτος· οἱ μὲν ταῦτα ὑποκρινάμενοι [ὑποκριναμένων libri Herodot.] Ἀθηναίων ἀπηλλάσσοντο). IX. 8. 27. 49. Et ὑπόκρισις I. 90. 116. IX. 9. — Sed III. 119 habent pro recte nunc vulgato ὑπεκρίνατο (ὑπεκρίνετο S. c.) cum P. F. alii cum f. ἀπεκρίνετο. VI. 86, 2 ἀντυποκρινόμενος vulg. ἀνταποκρ. S. VII. 135 ὑπεκρίναντο vulg. ἀπεκρ. b. IX. 16 ὑποκρίνασθαι vulg. ἀποκρ. f. — Ut his igitur in locis nemo facile dubitabit Herodoteam formam ὑποκρίνεσθαι praeferre, sic etiam in aliis quibusdam, ubi omnes sine varietate, ut videtur, in Atticam vulgaremque formam male consentiunt, omnes mecum nunc consentientes spero me habiturum esse, si ipsa Herodotea ratione cogente pro vulgatis ἀποκρίνεσθαι et ἀπόκρισις contendo ὑποκρίνεσθαι et ὑπόκρισις restituenda esse. Sic jam Schaef. recte contra omnium librorum auctoritatem ὑπόκρισιν I. 48 reposuit pro ἀπόκρισιν, similiterque pro ἀποκρίσιος V. 50 reponendum erat ὑποκρίσιος, pro ἀποκρινέεσθαι V. 49 ὑποκρινέεσθαι, pro ἀποκρινεῖσθαι VIII. 101 (ἀποκρίνασθαι Ald. al.) ὑποκρινέεσθαι. Neque tamen ἀνακρίνεσθαι et ἀνάκρισις, disceptatio, disceptare (cf. Herod. IX. 56 ἀνακρινομένους et Heind. et Buttm. ad Plat. Phaedr. p. 227 E.), confundenda sunt cum ὑπόκρισις et ὑποκρίνεσθαι, ut III. 53, ubi alii cum S. V. ἀποκρίσιος, alii cum F. Paris. ἀνακρίσιος scribent; sed quum nihil nisi responsum pateat hoc loco significari, ὑποκρίσιος scribendum erat. Etiam quod VIII. 69 nonnulli ἀνακρίσι receperunt pro κρίσι (σει) ex codd. S. V. adnotato, improbo. Vide Buehr. Ctes. Reliqq. 217. Similis est ratio vocum παραθήκη et παρατίθεσθαι, quas Jonice (cf. Piers. Moer. p. 313) pro παρακαταθήκη et παρακατατίθεσθαι Herodotum usurpasse haud obscure significavit Phrynichus p. 312 (Lob.) atque sine varietate sic apud nostrum legitur παραθέσθαι VI. 86 et θέσθαι παρὰ σέ VI. 86, 1 et Stob. Serm. 27, p. 195 (Gesn.) παραθεμένου VI. 86, 2 et Stob. l. l. — VI. 73 παραθήκην παρατίθενται (κατατίθενται male S. c., sed in vulgat. παρατίθενται consentiunt M. K. F. a. b. d.; et sic Thom. Mag. p. 313 [Ritsch.]: καὶ παραθήκη λέγε καὶ παρακαταθήκη, καὶ παρατίθεται καὶ παρακατατίθεται· οὕτω γὰρ οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἕκτῃ· παραθήκην παρατίθενται ἐς τοὺς ἐχθίστους Αἰγινήτῃσιν Ἀθηναίους. καὶ πάλιν· ἀνάγοντες [Herod. ἀγαγόντες] δέ σφεας εἰς τὴν Ἀττικὴν παραθήκην παρατίθενται. sed idem is locus est atque ille; et omnino totus hic Thomae locus valde est perturbatus et interpolatus. — Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ (II. 72 extr.) ἕξομεν παρακαταθήκην). Quibus ex allatis et Herodoti et Thucydidis locis satis clare elucet alius scriptoris alius usus. — Et praeterea IX. 45 παραθήκην τίθεμαι omnes. Sed VI. 86 ἀπαίτεε τὴν παραθήκην S. V. P. e. corr. παρακαταθήκην Bekk. alii male; 86, 1 περὶ παραθήκης S. P. V. et Stob. Serm. 27, p. 195 hoc ex loco, παρακαταθήκης Bekk. alii. 86, 2 παραθήκην cod. S. Schaef. Gsf. al. παρακαταθήκην Bekk. male. 86, 4 περὶ παρα-

θήκης S. Schaef. Gsf. al. et Stob. l. l.*) recte; παρακαταθήκης Bkk. Sed ubique et istis in locis παραθήκην et παρατίθεσθαι retinendum est, et II. 156 et III. 59 et V. 92, 7, ubi omnes editiones contrariam formam tenent, Herodoteum παραθήκη, —κης et —κην, et παρέθεντο rescribi velim.

Ut Herodotum constanter ἤν pro Attico ἐάν usurpasse constat, neque ullum esse locum, ubi aut ipse aliter dixisse censendus sit, aut librarii a vero aberraverint, nisi quod IV. 30 pro vulg. ἐπεάν (ἐπεὰν προςίῃ) alii libri ἐάν male exhibuerunt; sic pari cum constantia ἐπεάν dixisse putandus est**); neque Herodotus ipse sed librarii sunt, qui hinc vel in epicum ἐπήν vel in Atticum ἐπάν et ἐπειδάν aberrarunt. Et ἐπεάν quidem permultis in locis sine ulla enotata varietate recte scriptum legitur: I. 21. 74. 132. 182. 199. 209. 216. II. 14. 19. 29. 37. 41. 46. 60. 66. 68 (et Greg. Cor. l. l.) 70. 73. 78. 86. 89. 91. 96. 123. 132. 149. 173. III. 3. 24. 69. 98. 105. 108. 110. IV. 2. 3. 9. 33. 64. 180. 188. V. 18. 106. VI. 58. VII. 129. IX. 98 et saepius alibi. Etiam ubi variatur recte plerumque Herodoteum ἐπεάν est praelatum: II. 40 ἐπεὰν ἀποδείρωσι vulg. ἐπήν alii libri, qui quidem alia etiam mutarunt istis in verbis. IV. 134 ἐπεὰν ἐπέλθῃ Bkk. al. cum S, ἐπήν Gsf. al. cum M. P. K. F. V. 35 ἐπεὰν ἀπίκηται vulg. nunc; ἐπήν S. P. V. F. — I. 9 ἐπεάν vulg. ἐπειδάν c. 193 ἐπεὰν δὲ ἐνείκῃ vulg. cum b. d., ubi ἐπειδὰν δέ M. K. F. a. c. ἐπ' ἐὰν S. et sic plerumque. III. 21 ἐπεὰν ἕλκωσι nunc vulg. cum M. P. K. S. V. f. ἐπειδὰν olim vulg. cum A. B. F. III. 117 ἐπεὰν — γένηται vulg. ἐπειδάν F. IV. 22 ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ nunc vulg. cum M. P. K. F. Paris. Alii olim cum S. ἐπειδάν. 61 ἐπεὰν ἀποδείρωσι vulg. ἐπειδάν P. K. F. Sed unus adhuc restat locus VIII. 144 (ἀλλ' ἐπειδὰν τάχιστα πύθηται), in quo omnes in ἐπειδάν consentiunt, ubi quidem, quamquam nihil aliud e codd. Mss. est adnotatum, tamen, quum neque cetera Herodotea loquendi consuetudo illud admitti patiatur, et aliunde et Eustathii (ad Il. ζ' 412) testimonio certum sit, vocabuli ἐπειδάν usum posterioribus***) scriptoribus convenientiorem esse, iisque quibus ἐπάν consuetum sit, haud dubie ἐπεάν substituendum est, ut Herodotus et alibi et IV. 98 ἐπεὰν τάχιστα dixerat.

Praeterea ἐπείτε (quum, quoniam, quandoquidem) sic plenius scriptum esse Herodoteum pro vulgari ἐπεί, constat fere inter omnes (Greg. Cor. d. d. Jon. §. 26. τὸ τε πλεονάζει παρ' αὐτοῖς καὶ παρέλκει· Ἡρόδοτος· ἐπείτε ἐγένοντο ταῦτα, ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ ἐγένοντο, ubi vide Interppr.), sed hic de constanti hujus vocabuli scriptura agitur; et

---

*) Et sic παραθήκης etiam Eust. Il. γ' 414 = 314 Γλαῦκος, καθ' Ἡρόδοτον, πρόρριζος ἐξετρίβη ἐκ Σπάρτης, ὅτε διενοήθη ἀποστερῆσαι παραθήκης.

**) Greg. Cor. d. dial. Jon. §. 55, p. 465: ὅτι τὸ ἐπὰν ἐπεὰν λέγουσιν. Ἡρόδοτος (II. 68) ἐπεὰν ἐκβῇ ἐς τὴν γῆν ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κροκόδειλος.

***) Qui sint hi posteriores, fugisse puto neminem, qui animadverterit e grammaticorum mente ista esse dicta.

habes ἐπείτε notione temporali, postquam, quum, multis in locis sine ulla varietate scriptum: I. 14 ἐπείτε ἦρξε, item et Suid. s. v. Ἰύγης. — 27. 34. 35. 43. 45. 48. 50 ἐπείτε κατεκαίετο sic et Priscian. de figuris numerorum, Vol. II, p. 391 (Krehl). — 54. 56. 58. 62. 70 bis. 74. 75. 76. 83. 89. 92. 94. 96. 100. 105. 111. 114. 115. 117. 126. 165. 166. 168. 178. 185. 186. 189. 196. 200. 202. 209. II. 30. 42. 43. 56. 57 (ἐπείτε τὰ συνετά σφι ηὔδα ἡ γυνή) 103. 107. 118. 125. 134. 150. 162. 169. 174. 181. III. 3. 7. 11. 13. 15. 16 (ἐπείτε δὲ καὶ ταῦτα ἔκαμον ποιεῦντες) 20. 25. 26. 36. 45. 46. 49. 50 (ἐπείτε γὰρ ἀπέκτεινε) 68. 69. 71. 72. 77. 78. 80. 85. 117. 119. 131. 133 (ἐπείτε δὲ ἐν κακῷ ἦν, sic et Suid. s. v. Δημοκήδης hoc ex loco) — 150. 157. 159. IV. 3. 7. 42. 43 (ἐπείτε ἐπύθετο) — 76. 79 (ἐπείτε δὲ ἐτελέσθη et ἐπείτε δὲ παρήϊε) 80. 84. 115. 118. 123. 139. 146 (ἐπείτε ἐσῆλθον) 148. 151. 153. 154. 155. 165. 178. 179. 200. 202. 203. V. 4 (ἐπείτε ἐγένετο, et sic hoc ex loco Stob. Serm. 119, p. 607 ed. Gesner) — 12. 18 (ἐπείτε ἦλθον) 20. 24. 33. 34 (ἐπείτε διέβαλον) 36. 38. 44. 46. 50. 62. 63. 67 (ἐπείτε δὲ ἀπέδεξε) 86. 91. 92, 6. 93. 96. 98 (ἐπείτε δὲ οἱ Παίονες ἀπικέατο) 99. 100. 115. VI. 13. 17. 18. 23. 43. 76. 82. 84. 91. 101. 112. 118. 119. 137. VII. 8, 1. 26. 28. 29. 38. 39. 43. 59. 156. 160. 161. 163. 169. 172. 175. 188. 211 (ἐπείτε τρηχέως περιείποντο) 220 (ἐπείτε ᾔσθετο) 239 (ἐπείτε γὰρ ἔδοξε) VIII. 6. 22. 27 (ἐπείτε γὰρ κατειλήθησαν) 64. 111. 121. 125. 135. 138. IX. 7, 2. 12 (ἐπείτε ἐπύθοντο) 22. 46 (ἐπείτε εἴδομεν) 47 (ἐπείτε ἤκουσε) 69 (ἐπείτε δὲ ἐγίνοντο) 93 (ἐπείτε ἐξετύφλωσαν) 106. 107 (ἐπείτε – ἀπίκετο) 118. —

Sed, id quod exspectandum est, nonnullis in locis omiserunt librarii voculam τε, vel in aliam quandam depravarunt syllabam finalem; sic III. 16 ἐπείτε γὰρ ἐσῆλθε vulg., sed τε omisit d. — 50 ἐπείτε δὲ σφέας ἀπεπέμπετο vulg., τε om. S. V. — 58 ἐπείτε γὰρ προσίσχον vulg. ἐπεὶ γὰρ S. — V. 92, 3 ἐπείτε ὦν ἔδωκε vulg. ἐπεὶ ὦν K. F. a. b. c. VII. 56 ἐπείτε διέβη vulg. ἐπεὶ διέβη F. b. — VIII. 27 ἐπείτε — ἐγεγόνεε vulg., sed ἐπεὶ τάχιστα sine τε praebent S. V. — IX. 12 ἐπείτε ἀπίκετο vulg ἐπεὶ ἀπ. S. 18 ἐπείτε ἐκυκλώσαντο nunc vulg. cum S. V., sed olim ἐπεὶ ἐκυκλ. — 26 ἐπείτε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο nunc vulg. cum P. K. S. F. ἐπεὶ Ἡρακλ. edd. vett. cum c. Etiam quod IX. 102 cod. S. clare praebuisse dicitur ἐπείτε δὲ pro vulgat. ἐπεὶ δὲ — εἴχοντο, recipiendum esse duco. — Praeterea recte nunc vulgatur ἐπείτε I. 119 cum M. K. (ἐπείτε δέ παρῆσαν — παρετιθέατο), ubi edd. vett. et codd. S. b. male ad ἔπειτα aberrarunt; ac libenter, quod quidem alii jam fecerunt, ex Reiskii emendatione recipio ἐπείτε IX. 93 (ἐπείτε ἐπειρώτευν τοὺς προφήτας — οἱ δὲ αὐτοῖσι ἔφραζον) pro vulgat., etiam a Bekk. retento, ἔπειτα, ubi, si ἔπειτα ipso ab auctore esset profectum, rectius ἔπειτα δέ dicendum erat. Vide Herm. ad Vig. p. 784 sq. et infra p. 91.

V. 98 ἐπείτε ἀπίκετο nunc vulg. cum S., sed olim ἐπειδή VIII. 110 ἐπείτε ἀπίκοντο nunc vulg. cum F. b, olim cum S. ἐπειδή

quibus duobus in locis in nunc vulgato ἐπείτε acquiescendum esse puto; atque IV. 33 scriptura codicis S. ἐπεὶ δὲ δὲ οὐκ ἀπονοστέειν pro vulg. ἐπεὶ δὲ οὐκ, ad verum Herodoteumque ἐπείτε nos ducere videtur. Verumtamen exstat apud nostrum satis multis in locis sine varietate ἐπειδή pro ἐπείτε: II. 119. III. 26. 72. 142. 144. IV. 118. V. 22. 42. 99. VII. 16, 2. 102. 107. 152. 158. 181. 183. 207. VIII. 37. 66. 76. 100. 110. 114. 118. 129. IX. 48. 72. 76. 87., ita, ut nimis videaris audax, si iis in locis, ubi inter ἐπειδή et ἐπεί variatur (VII. 36 ἐπειδὴ δὲ ἐγεφυρώθη vulg. cum M. P. K. F. Paris. ἐπεὶ δέ S. V. VIII. 31 ἐπειδὴ δὲ ἀνηνείχθησαν vulg. ἐπεὶ δὲ δή S. V. ἐπεὶ δέ K. — 87 ἐπειδὴ γάρ nunc vulg. cum M. P. K. F. S. Paris., olim ἐπεὶ γάρ. IX. 7, 2 ἐπειδὴ γάρ vulg. ἐπεὶ γάρ F. II. 2 ἐπειδὴ δέ nunc vulg., olim ἐπεὶ δέ. — III. 27 ἐπεὶ αὐτὸς παρείη vulg. ἐπειδή S. V. VI. 16 ἐπεὶ δὲ ἐςέβαλον vulg. ἐπειδὴ δέ F. VIII. 69 ἐπεὶ δὲ ἀνηνείχθη vulg. ἐπειδὴ δέ S. — 70 ἐπειδὴ δέ Wess. Gsf. al. cum S. V. ἐπεὶ δέ Ald. Bkk. cum F. a. IX. 90 ἐπεὶ γὰρ δή vulg. cum P. F. ἐπειδὴ γάρ alii cum S.), — utraque scriptura et ἐπειδή et ἐπεί neglecta, utramque corruptam esse contenderis ex vero reponendoque ἐπείτε. — Verum etiam ἐπεί sine τε ipsa notione temporali satis multis in locis ita omnium librorum auctoritate communitum est, ut, quamvis ipsa ex Herodotea ratione tuo jure videaris contendere, nostrum constanter ἐπείτε scripsisse, tamen ne uno quidem in loco ex isto numero vulgata scriptura videatur tentanda esse; I. 5 ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν. 10 ἐπεὶ ἐδόκεε et 110. 190. 209. II. 32. 45. 52. 120. 121, 2. III. 9. 25. 41. 53. 57. 70. 78. IV. 10. 43. 110. 112. 113. 114. 124. 136. 146. V. 34. 55. 67. VI. 14. VII. 1. 23. 44. 53. 61. 100. 128. 150. 162. 164. 168. 176. 211. 215. 223. 239. VIII. 4. 37. 42. 53. 67. 68. 89. 107. 108. 116. 127. IX. 2. 4. 6. 13. 17. 18. 26. 44. 48. 56. 96. 98. 107. 108. 116. 117.

Ac quamquam ἐπείτε etiam notione causali aliquot in locis, neque, ut Apetzius ad Herod. V. 18 contendit, isto in uno, apud nostrum sine varietate legitur (I. 39 ἐπείτε ὦν οὐ πρὸς ἄνδρας ἡμῖν γίνεται ἡ μάχη, μέτες με. — 42 ἐπείτε σὺ σπεύδεις — εἰμὶ ἑτοῖμος. III. 156 ἐπείτε οὐδεὶς φόρος ἐφαίνετο. IV. 43 ἐπείτε — ἔδεε, id. 79. IV. 98 ἐπείτε οὕτω μετέδοξε. V. 18 ἐπείτε δὲ — προςχρηΐζετε. 39 ἐπείτε τοι οὐ τίκτει. VI. 69 ἐπείτε — μετέρχεαι. VII. 51 ἐπείτε — οὐδὲν ἐᾷς. IX. 48 ἐπείτε δεδόξωσθε), tamen frequentior hoc in intellectu usus est formae ἐπεί sive γε aut alia ac τε vocula adjecta, sive nulla adjecta; et ἐπείγε est I. 60. III. 9. VII. 3. ἐπείπερ V. 18. VIII. 80. ἐπείτοι III. 36. VII. 103. ἐπεὶ τοίνυν I. 112. III. 134. V. 40. IX. 42. 46. Sed nudum ἐπεί notione causali habes: I. 141. 207. II. 57. 161. III. 15. IV. 50. 117. 119. 84. 88. VI. 137. VII. 18. 96. 103. 104. 107. 114. 152. 238. VIII. 5. 111. IX. 16. 27. 46. 58. 80. 85. 122; quibus omnibus in locis sine codd. Mss. auctoritate nihil mutandum esse censeo. — Alia hoc ex genere infra videbimus.

Et grammatici vero ipsi eorumque discipuli, imitatores et asseclae, quantam vim, suis quisque rationibus et grammaticis et criticis ductus, in constituendam veterum scriptorum orationem exercuerint, quum aliunde inter omnes constat, tum maxime arte critica ab Alexandrinis potissimum grammaticis Homeri carminibus adhibita satis est declaratum. Herodoti autem Musas non intactas a grammaticorum disputationibus relictas esse, vel aliunde vel inde conjici licet, quod eae Jonice sunt locutae, et quod multa, quae Homeri consuetudini propius accedunt, in iis inveniuntur. Quare in libris de dialectis conscriptis tam saepe, si quae Jonicae formae afferuntur, Herodotum una cum Homero nominatum deprehendimus, saepius non indicato, Homero an recenti Jonicae dialecto forma quaedam sit peculiaris, ideoque saepe utrumque Jonismum confusum. Atque opinionem illam, quam Aristarchum Aristarcheosque tenuisse constat (cf. Fr. A. Wolf. Prolegg. p. 245 sq. Thiersch. gr. gr. p. 338.), quodvis augmentum, quod Jonicae dialecto haud esset conveniens, in Homeri carminibus quam maxime minuendum esse, nonne credibile est, etiam ad Herodoti orationem hac in re commutandam multum effecisse, quum non solum in manuscriptis codicibus sed etiam usque ad hunc diem in editis, etiam augmentum syllabicum, ut de temporali taceam, et reduplicationem, quam dicunt, interdum perperam omissa videamus? Nonne, quum tota fere veterum grammaticorum disceptatio in quaestione de analogia et anomalia posita sit, omnesque fere eorum grammatici libri etymologica parte tractanda absolvantur, consentaneum est statuere, etiam Herodoteae orationis, quippe quae uberrimam habeat his de rebus disserendi copiam, condicioni atque rationi, qualis est nostris in Mss. codd., manifestissima eorum disputationum dissensionumque vestigia impressa esse? Neque vero desunt loci, ubi scriptura eodem modo variatur, quomodo sententias grammaticorum de hac propositas variatas fuisse certo scimus. — I. 50 *ἐλπίζων ἀνακτήσεσθαι* M. R. Paris. F. e corr. *ἀνακτήσασθαι* vulg. et F. pr. — 51 *βουλόμενος χαρίσασθαι* Ald. al. *χαρίζεσθαι* M. al. — 53 *προλέγουσαι — καταλῦσαι* M. S. V. R. F. a. c. Alii *καταλύσειν*. — I. 9 *παρέξει τοι θεήσασθαι* vulg. *θεήσεσθαι* e. — 10 *ἐν νόῳ ἔχουσα τίσεσθαι* plures Mss. *τίσασθαι* Ald. e. — 60 *ἔμελλε φανέεσθαι* F. al. *φαίνεσθαι* b. d. e. 73 *καὶ τίσασθαι θέλων* vulg. *τίσεσθαι* S. 78 *ἔγνωσαν καταστρέψεσθαι* vulg. nunc, *καταστρέψασθαι* b. d. *καταστρέφεσθαι* Ald. e. 117 *ἔμελλε θάψειν* vulg. *θάπτειν* b. d. — 144 *φυλάσσονται μηδαμοὺς ἐςδέξασθαι* vulg. *ἐςδέξεσθαι* K. F. IV. 147 *οὐκ ἔφη μένειν, ἀλλ' ἀποπλεύσεσθαι* Ald. S. F. a. c. *μενεῖν* Steph. et sqq. *ἀποπλεύσασθαι* S. Et saepius alibi; cf. Lob. de constructione verbi *μέλλειν* et affinium verborum (Parerg. p. 745 sqq. et ad Phryn. p. 336.). I. 119 *ἄριστον εἶναι, τὸ ἂν ἔρδῃ* M. S. K. F. a. c. *ἔρδοι* R. d. edd. (*ἔρδοι* b.), cf. Lob. Aj. vs. 903, p. 397. — I. 45 *πολυψήφιδα* nunc vulg. cum S. F. a. c. *πολυψηφίδα* Ald. al. Alii *πολυψηφῖδα*, cf. Interppr. ad h. l. ad Plat. Reipubl. VIII. 566 B.

et Eustath. Hom. Jl. p. 26=20. I. 7 Μήων F. a. Μηών F. pr. VII. 74 Μηΐονες vulg. alii Μηόνες, cf. Lob. ad Aj. vs. 222, p. 165. Lehrs de Aristarch. p. 247. 296. 302 sqq. et Lob. Paralipp. gr. gr. I. p. 170. — I. 62 δι' ἐνδεκάτου ἔτεος vulg. ἐν δὲ καὶ δεκάτου P., cf. Lob. Phryn. p. 414. — I. 66 εὐθηνήθησαν nunc vulg., εὐθενήθησαν F. a. et Steph. ed. I., et a Thom. Mag. praelatum, cf. Lob. Herodian. p. 465 sq. — I. 193 κηλωνηΐοισι nunc vulg. cum M. P. K. F..c. b. κηλονηΐοισι a., cf. Pollux VII. 143. — I. 152 σιναμωρέειν F. et edd. (cf. Wessel. ad h. l.) σιναμορέειν M. K., cf. et Var. Lectt. V. 92, 6. VIII. 35 ἐσιναμώρεον, unde corrigendum vitium, quod Hesychii exemplaria contraxerunt ἐσιναμώρευον vulgo exhibentia pro ἐσιναμώρεον, ἐσίνοντο. Suid. σινάμωρον. Ἡρόδοτος ἔφη καὶ σιναμώρων sic vulg., sed σιναμωρέειν reponendum est.

I. 186 μολύβδῳ P. F. S. Bkk. μολίβδῳ sive μολίβῳ alii, cf. et III. 56 et Poppo. ad Thucyd. I. 93. Moer. p. 256 (Piers.), Interppr. ad Hom. Jl. XI, 237 et Eust. Jl. ω', p. 1340=1469. — V. 58 vulgo nunc sic eduntur cum Polluce VII, p. 375 (Seber) τὰς βίβλους διφθέρας καλέουσι, et paullo post ἐν σπάνι βίβλων ἐχρέωντο διφθέρῃσι, aut cum codd. P. F. utroque in loco βύβλους et βύβλων per υ scriptum; sed quantumvis diversimode grammatici veteres de hujus vocabuli scriptura tradiderint (cf. Piers. ad Moer. p. 95 et Schweigh. lex. Herod. s. v.), id certum mihi esse videtur, apud Herodotum βιβλίον et βίβλος notione chartae scriptoriae, libelli, per ι scribenda esse, βύβλος autem notione libri, corticis papyri constanter per υ exarandum. Quare illo in loco ii tantum mihi recte fecisse videntur, qui utrumque et βίβλους et βίβλων per ι scriptum exhibuerunt; et II. 100 κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βίβλου, ubi cod. S. βίβλων, sed Ald. al. male βύβλων et F. Paris. βύβλον. — Verum βύβλος cortex, liber, et ipsa planta papyrus II. 92. II. 38 βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα εἱλίσσων, atque βύβλινος II. 96. 37. VII. 25. 34. VIII. 20. — Βιβλίον autem, liber, libellus, constanter per ι est scribendum: III. 42. 43. 128 ter. V. 14; eademque vulgata scriptura etiam I. 123 (βιβλίον) 124 (τὸ βιβλίον) et 125 γράψας ἐς βιβλίον, retinenda est, praesertim quum Pollux VII, p. 375 (Seber) postremo e loco illud vocabulum eodem modo per ι scriptum attulerit, nisi quod ἐν βιβλίῳ pro ἐς βιβλίον exhibuit; neque audiendi sunt codd. P. F. istis in locis, ut jam V. 58 vidimus, scripturam per υ amplexi. Eodemque modo VI. 4 ἔπεμπε βιβλία et ἐνεχείρισε τὰ βιβλία per ι exaranda sunt, neque cum aliis nonnullis per υ; neque a codd. S. P. F. c. standum est VIII. 128 βυβλίον (ὅκως βυβλίον γράψειε) praebentibus pro vero βιβλίον, quod eodem capite etiam his in verbis πτερώσαντες τὸ βιβλίον, confirmatum illud ab Aenea Tactic. 3 (οἱ δὲ τοῦ τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας ἑλίξαντες τὸ βιβλίον), et in verbis ἐπιλεξαμένοισι τὸ βιβλίον retinendum est.

II. 83 ἐν Βουτοῖ πόλι. Βουτοπόλι K. VI. 127 ἐκ Παίου πόλιος. Παιουπόλιος S., cf. Lob. Parerg. p. 599 sqq. — — I. 111 ἐξ ἀέλπτου vulg., ἀπέλπτου V. II. 79 ἄνωρον vulg. ἄωρον S. b. d. IV. 31 ἀοίκητα Ald. b. d. ἀνοίκητα M. P. K. F. S. V. a. c. Sed II. 34 et V. 10 sine variet. ἀοίκητος, cf. Lob. Parerg. p. 728 sqq.

I. 111 νῦν τε ὅδε ἐστί F. K. a. c. Vulgo ὧδε cum S. — 115 ὧδέ τοι πάρειμι. ὅδε F. a. c. V. 92, 5 ὁ δὲ χρησμὸς ὅδε ἦν. ὧδε ἦν S. V., cf. Eust. Od. 1408=44. Heyne ad Jl. II, vs. 258, T. I. p. 244. Lob. Aj. vs. 114. Bekk. Anecd. I, p. 116. 128. Buttm. gr. gr. II, p. 286.

Praeterea varietas inter μαζός et μαστός eodem loco conspicua e grammaticorum quorundam praecepto orta esse videtur, qui μαζός de virili tantum mamma, μαστός de foeminina usurpari docuerint*). Sed communi omnium librorum consensu apud nostrum II. 85 leguntur φαίνουσαι τοὺς μαζούς de foeminina mamma; quamquam illi regulae convenienter III. 133 Ἀτόσσῃ ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἔφυ φῦμα (item Suid. s. v. Δημοκήδης) et V. 18 μαστῶν (τῶν γυναικῶν) ἅπτοντο, eodem modo omnibus in libris μαστοῦ et μαστῶν scribuntur. Neque tamen ulla suberat justa causa, cur IV. 202 a vulgato μαζούς (τῶν γυναικῶν τοὺς μαζούς) deflecteretur in μαστούς, quamvis a codd. V. S. e rasur. suppeditatum; et IX. 112 a vulgato μαζοὺς (γυναικὸς) ἀποταμοῦσα, etsi iisdem in codd. S. V. μαστούς reperiretur. Neque etiam in Homeri carminibus hoc discrimen accurate esse observatum est notum; quamquam jure merito dubitari posse videatur, unquam recte μαστός de mamma virili fuisse dictum. Vide Thom. Mag. p. 232, 16. μαστὸς ἐπὶ γυναικός, μαζὸς δὲ ἐπὶ ἀνδρός. — εὕρηται δὲ καὶ μαζὸς ἐπὶ θήλεος καταχρηστικῶς, Θεόκριτος (III, 16) .... ἦ ῥα λεαίνης μαζὸν (μασδὸν Theocrit.) θήλασδε. — Interppr. ad Aelian. Var. Hist. XII, 1 et XIII, 1.

Similiter se habet res de nimis subtili quorundam grammaticorum discrimine, ex quo ὁ νῶτος de bestiis tantum, τὸ νῶτον de hominibus dici voluerunt **), et de scriptura codicum S. V. II. 70 νῶτος ὑός vulgatae νῶτον ὑός, e codd. M. P. K. F. Paris. adnotatae, substituentium.

Phrynichus in Eclog., p. 170 Lob., praescribit: αἱ νῆες ἐρεῖς, ουχ αἱ ναῦς· σολοικὸν γάρ. ἥμαρτε γὰρ Φαβωρῖνος, Πολέμων καὶ Σύλλας, αἱ ναῦς εἰπόντες. τὰς νῆας οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ τὰς ναῦς. Λολλιανὸς ὁ σοφιστὴς ἀκούσας παρά τινος, ὅτι οὐ χρὴ αἱ ναῦς λέγειν, ἀλλὰ αἱ νῆες, ᾠήθη δεῖν λέγειν καὶ τὴν αἰτιατικὴν ὁποίως τὰς νῆας. οὐκ ἔχει δὲ οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς εὐθείας δισυλλάβως, ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς μονοσυλλάβως.

---

*) Cf. Ammonii lex. p. 91. et Porson Euripid. Hecub. 144.
**) Cf. Piers. ad Moer. p. 435 et Lob. Phryn. p. 290.

Invenitur quidem saepius et in libris Mss. et in editis νῆας perperam nostro obtrusum; sed, quamquam minime credo, Lollianum ipsum hoc vel similia intulisse, sed potius ad poetarum exemplum in Herodoti orationem invecta putanda esse, declarat tamen iste locus manifestissime, quanti sit momenti in veterum grammatica analogia, quam non in una solum eademque voce flectenda obtinuisse, sed diversis etiam vocabulis et dictionibus sese accommodasse, exploratum habemus. Sic cod. F. pro χρεών ἐστι (de quo vide Eust. ad Jl. β', p. 166=125 et Stob. Serm. 41, p. 247. ἐπιλέγοντες ὡς — ἐστὶ ποιέειν χρεών) excepto II. 133 constanter χρεόν exhibere, notum est, cf. I. 41. 57. V. 49. 50. VII. 13. 160. VIII. 3. 141. IX. 16. 17. 41. 46. 54. 106. — I. 117 τελευτήσῃ vulg., alii τελευτήσει, τελευτήσεεν c. — I. 43 καθαρθεὶς vulg. καταρθεὶς Steph., cf. et IV. 73. VI. 40. — I. 186 παρενθήκην vulg. παρεντήκην F. a. VI. 125 κοτύρνους Ald. pro κοθύρνους. Alia etiam infra videbimus. — Sed I. 111 κραυγανόμενον ex similitudine verbi κραυγάζειν corruptum esse videtur, et recte Lob. ad Phryn. p. 337 κραγγανόμενον reponendum esse censet, cujus sententiam etiam Suidae glossis mihi confirmare posse videor: ἐγκραγγάνειν, ἐμβοᾶν. ἐκκραγγανομένων, μετὰ κραυγῆς λεγομένων (cf. et Zon. p. 673).

I. 145 ἀείναος Bkk. recte, ἀέννaος Gsf. ἀέναος F. a. (Theocrit.). Quum enim vidissent, multum similitudinis inter recentem Jonicam Herodoti dialectum et recentem Doricam Theocriti intercedere, quamquam sunt certi utriusque dialecti fines peculiari scriptorum usu constituti, tamen saepe grammatici vel librarii eos evagati deprehenduntur. Sic II. 40 ἥγηνται vulg. ἄγειν τε F., pro qua scriptura Schweigh. censuit scribam codicis F. Doricam formam ἄγηνται ponere voluisse vel certe debuisse; ut II. 69 pro vulgat. ἥγηνται in codice F. habetur ἄγηνται, cf. et Var. Lectt. ad I. 72. 115. III. 14. — II. 40 ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὸν βοῦν nunc recte vulg. τὴν βῶν Ald. S., cf. et VI. 67. — IV. 11 πιεσθέντας nunc vulg. cum M. S. V. P. K. F. Paris., olim πιασθέντας. — IV. 202 ἐπέτρεψε S. P. F. a. b. ἐπέτραψε vulg. — V. 83 ἱρουργίαι S. a. b. c. Bkk. al. ἱροργίαι M. P. K. F. Gsf. al. De Dorico ἐσλός vide Matth. gr. gr. I, p. 124. Interppr. Greg. Cor. p. 213. Pind. Olymp. I. 99 (Boeckh.). De ἔφα ad III. 135; de Ἐχεκράτευς codicis K. pro Ἐχεκράτεος V. 92. — εὔτυκτα I. 119 vulg. εὔτυκα P. F. a. (Theocrit.). — IV. 11 ἔστι καὶ ἄλλος λόγος S. V. P. K. F. Paris. Vulgo ἄτερος. — Alia infra videbimus.

Quod etiam de finibus epicorum dicendi consuetudinis et Herodoti, de finibus Atticorum poetarum et Herodoti, de finibus intra ipsam recentem Jonicam dialectum valere, haec docebunt exempla.

I. 17 κατὰ χώρην ἑστάναι Bkk. M. et Suid. hoc ex loco s. v. Γύγης, sed ἑστάμεναι Ald. Gsf. cum S. V. B. Ven. P. F. a. d. e. (ἑσταμένας B. c.) — 76 ἀπιστάναι nunc recte vulg. ἀπιστάμεναι Ald. al. — IV. 189 συζευγνύναι nunc vulg. cum S. V.

M. P. K. F. ζευγνύναι Ald. A. et Eust. J. p. 707, 2 et ad D. P. 175, sed συζευγνύμεναι habet cod. b., quod non est Herodoteum, quamquam et alii et Aretaeus saepius suam orationem talibus poeticis formis ornaverunt (cf. Aret. 35, 20 ἔμεναι. 6, 22 ἔμμεναι et Lucian. de dea Syr. p. 904. — Aret. 5, 37 ἀπελθέμεναι. 21, 24 ἀνελθέμεναι. 144, 13 θέμεναι. 90, 7 οἰδαλεηθήμεναι).

IV. 130 ἐπιδεέες S. et vulg. ἐπιδευέες P. K. F. Gaisf. I. 32 ἐπιδέεται vulg., sed ἐπιδεύεται hoc ex loco Stob. Mss. 103, p. 564, ubi quidem Gesn. ἐπιδέεται et ἐνδεές edidit. — I. 180 χάλκεαι vulg. χάλκειαι S. — I. 186 οἱ Βαβυλώνιοι S. V., vulgo τοὶ Βαβυλ. II. 51 τοίπερ Ἀθηναίοισι Ald. Gsf. R. V. οἵπερ Bekk. al. cum M. P. K. F. S. a. VII. 53 τοὶ — λελόγχασι Gaisf. al. οἱ S. P. K. F. a. b. c.; cf. Struve Spec. I, p. 10. — I. 196 διετέλεσε ἐών R. F. a. c. διετέλεσσε M. K. II. 37 πάσασθαι vulg. πάσσασθαι S. — II. 81 θυσανωτούς S. V. K. F. Paris., alii θυσσανωτούς. III. 6 φράσων vulg. φράσσων P. V. 33 φράσοντες vulg. φράσσοντες P. F.

III. 81 περιθέωμεν nunc recte vulg. περιθείομεν Ald. al. — II. 156 ἐμπεφύκασι vulg. ἐμπεφύασι S. V. III. 42 κεχαρηκότες vulg. (κεχαρικότες a.) κεχαρηότες M. P. K. F. — I. 117 καὶ εἶδον δι᾽ ἐκείνων vulg. καί ἕ εἶδον δι᾽ ἐκ. S. — IX. 85 οὗτοι μὲν οὕτω ἔθαπτον vulg. οὕτω μὲν οὗτοι ἔθαφθεν S. Vall.

II. 121 πέντε καὶ εἴκοσι πηχέων Bkk. recte cum S. V. F. Paris. ἐείκοσι Gsf. et al. 122 ἐείκοσι σταδίους Gsf. edd. vett. et P. male; εἴκοσι Bkk. S. V. K. F. Paris. — 130 εἴκοσι Bkk. S. V. K. F. Paris. ἐείκοσι Ald. Gsf. M. — 124 εἴκοσι ἔτεα Bkk. ἐείκοσι Gsf. et al. — 134 εἴκοσι ποδῶν Bkk. S. V. F. K. Paris. ἐείκοσι Gsf. et alii. — 175 εἴκοσι ἡμερέων Bkk. S. V. K. F. Paris. ἐείκοσι Ald. al. et Gaisf. — 176 εἴκοσι ποδῶν Bkk. Wessel. S. V. K. F. Paris. ἐείκοσι Gsf. alii. III. 23 ἐς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν Ald. Bkk. S. V. A. B. R. Sed omnibus in libris εἴκοσι recte scriptum legitur: I. 7. 94. 95. 106. 126. 163. 165. 166. 178. 185. 192. 209. II. 9. 15. 30. 109. 149. 161. 166. 121. 180. III. 60. 65. 89. 97. 155. 160. IV. I. 85. 101. V. 52. 83. 97. 99. VI. 27. 36. 89. 98. 118. 135. VII. 103. 184 bis. 185. 186. 198. 202. VIII. 1 ter. 46. IX. 52. II. 175 εἰκοσιπήχεες. III. 60 εἰκοσίπηχυ. I. 136 εἰκοσαέτεος. — III. 94 εἰκοστός, id. 153. 155. Quibus ex exemplis manifesto apparet, εἴκοσι tantum Herodoteum esse, neque hac in voce neque ulla in alia nostrum talem epicam formationem adscivisse; quare etiam ἠέλιος, ubicunque apparebit, damnandum erit, et νηέω, θηητός aliaque, de quibus infra suis in locis dicetur. Et ἠέλιος quidem perperam receperunt quidam e cod. S. IV. 42, pro quo Bekkerus, ut ubique, ἥλιον exhibet. IV. 40 ἥλιον ἀνατελλ. Bekk. et vulgo, ἠέλιον Gsf. al. S. V. Ibidem πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα Bkk. ἠέλιον Gsf. et al. VI. 12 ἡλίῳ Bekk. et al. cum V. K. F. ἠελίῳ Gsf. et al. — IV. 44 πρὸς ἠέλιον ἀνισχ. Gsf. et al.

cum S. V., item 45., sed Bekk. utrobique cum vulgata ἥλιον. — Aliis omnibus in locis consentiunt exemplaria in scriptura ἥλιος. — — Ac verbum θεάομαι, cujus antiquissimam fuisse faciem θάω, unde θαέω et θεάω essent derivata, jam dudum docti philologi demonstrarunt (cf. Interprett. ad Greg. Cor. d. d. Dor. p. 222 sqq.), Atticis maxime proprium fuit, Homero inusitatum; dum θηέομαι in Jonia suam fixit sedem. Et Herodotus dixit θηεύμενος VII. 44, et c. 146 θηεύμενοι sic nunc cum codd. P. K. V. S. Paris. θεεύμ. olim vulg. — 212 θηεύμενον, id. VIII. 88. — ἐθηεῖτο omnes I. 68. VII. 44. 56. 100. 208. Etiam I. 10 nunc vulgo recte scribitur ἐθηεῖτο cum codd. M. a. F. pr., ubi alii cum S. male ἐθηῆτο, Schaef. aeque male ἐθηέετο. — IV. 85 ἐθηεῖτο nunc vulg. cum M. S. P. K. V. F. ἐθηῆτο Ald. et al. III. 136 ἐθηεῦντο vulg. (θειεῦντο S. V.) VIII. 25 ἐθηεῦντο vulg. (ἐθηέοντο V. et S. pr.) — VI. 67 θεωμένου (θεομένου S.) VII. 208 θεώμενος omnes.

θεήσεαι I. 8. θεησόμενοι IX. 25. — θεήσασθαι I. 8. (θεάσασθαι S. V.) id. I. 9. VI. 120. VII. 128. 43. 100. VIII. 24. 25. 69. 86. 116. — θεησάμενος I. 5. 86. III. 23. 25. 123. 136. VII. 43. 130. 147. VIII. 66. Sed I. 11 pro vero θεησάμενον a Bekkero aliisque cum codd. a. c. d. recepto exhibent alii et Gaisf. θηησάμενον. I. 30 θεησάμενον Bkk. et vulgo, θηησ. Gaisf. et al. cum P. II. 106 θεησαμένων recte vulg. θειησαμένων V. θειησάμενοι S. — IV. 87 θεησάμενος Bkk. et al. cum F. K. θηησάμενος Gaisf. al.

ἐθεήσατο VII. 128 omnes, et ἐθεήσαντο VI. 120. Sed III. 23 et 24 ἐθηήσαντο Gsf. et al. male praebent pro vulgata cum codd. S. K. ἐθεήσαντο. IV. 87 ἐθεήσατο Bkk. et al. recte cum F. ἐθηησ. Gsf. et al.

Praeterea θεηταί III. 139. θέητρον VI. 21. 67. et ἀξιοθέητος I. 14. II. 111. 163. 176 bis. 182. III. 123. IV. 85. 162. Uno tantum in loco I. 184 pro vulgata ἀξιοθέητα exhibet cod. S. ἀξιοθήητα.

Duas igitur formas usurpasse Herodotum, θηέομαι et θεάομαι, iste exemplorum omnium recensus docuit, quas ita inter singula tempora distributas esse contenderem, ut θηέομαι in praesenti et imperfecto, θεάομαι autem in futuro et aoristo tempore obtineret, nisi illa θεωμένου et θεώμενος obstarent; quare in praesenti quidem tempore utrumque et θηέομαι et θεάομαι noster dixisse censendus est, in imperfecto θηέομαι tantum, in futuro et aoristo θεάομαι, unde et nomina substantiva et adjectiva derivata sunt. Vitiosa autem scriptura θηήσασθαι, ἐθηῆτο recte a Bekkero nunc sublata est; et ἐθηῆτο quidem pro ἐθηεῖτο positum librarios vel grammaticos speciosa Homericarum formarum προςαυδήτην, ὁμαρτήτην (cf. Buttm. gr. gr. I, p. 504) analogia illectos nostro inculcasse, luce clarius esse videtur.

Similem in modum nunquam Homericas formas νηέω sive νηνέω

usurpasse Herodotum, sed ubique νέω, νήσω, νῆσαι dixisse, meo mihi jure contendere videor. Sic περινέειν VI. 80 (περινεῖν ὕλην S.) ἐπινέουσι IV. 62. συνένησε I. 34. συννήσας I. 86 et VII. 107, quo ex loco Suid. s. v. συννήσας hoc repetiit: Ἡρόδοτος· συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἐςέβαλεν ἐς τὸ πῦρ. — περινήσας VI. 164. κατανήσας VI. 97. — II. 135 συννενέαται vulg. (συνέαται S. V. συνενέαται F. ἐπισυννέαται R., cf. Etymol. Mag. p. 599.) — IV. 62 συννενέαται vulg. συννέαται S.

Sed I. 50, ubi olim rectum νήσας vulgabatur, nunc cum codd. R. F. male νηήσας Homericum est praelatum; et pro vulgatis περινηῆσαι, περινηήσαντα, II. 107, ex codicibus K. F. P. vera περινῆσαι, περινήσαντα adnotata sunt; quas genuinas solasque Herodoteas formas in posterum nemo dubitabit, expulsis Homericis, in ordinem recipere.

Praeterea πίμπλημι, πίμπρημι et χρίμπτω, ἐμπίπλημι et ἐμπίπρημι sola Herodotea sunt, neque πίπλημι aut ἐμπίμπλημι, neque πίπρημι aut ἐμπίμπρημι, neque χρίπτω. Multum ac saepe quidem hoc in genere a librariis aliisque erratum est (cf. Lob. Phryn. p. 95 sq.), sed usu cujusque scriptoris accurate considerato, aliisque locis adhibitis et inter se collatis manifestum fiet, quae cuique forma sit tribuenda *). Et πίμπλημι quidem apud nostrum IV. 72 exhibent omnes; II. 40 πιμπλᾶσι. VII. 37 πίμπληται. I. 186 ἐπίμπλατο. IV. 2 πίμπλασθαι vulg. et sic Athen. IX, p. 399 C. (ἐμπίπλασθαι S. V.) II. 129 ἀποπιμπλάναι. VI. 12 ἀναπίμπλαμεν, et IV. 72 ἐμπιπλᾶσι. I. 212 ἐμπιπλάμενοι, id. VIII. 117. ἐμπιπλέει VII. 39 vulg. (ἐμπιπλεῖ F. ἐπιπλεῖ b. ἐμπιπλᾶ f.) — III. 108 ἐπίμπλατο recte nunc vulg. cum codd. M. P. K. F. ἐπιμπλέετο Ald. a. S. V. ἐμπιπλέετο cod. c.

II. 93 πίμπλασθαι et πίμπλαται Bkk. et alii. πίπλασθαι S. (μ superscripto) πίπλασθαι et πίπλαται cum solo M. habent Gaisf. et al. — III. 88 scripserunt plane perverse πάντα ἐπιπλέατο cum codd. M. P. K. F. ἐπιμπλέατο Ald. a. d. S. V. ἐμπιπλέατο c. b., sed ἐπίμπλατο solum est verum. Sed quum et alii et grammaticus quidam in Etymol. Mag. p. 447, 48 hoc modo illud verbum derivare solerent: πλέω, πλῆμι, πίπλημι, neque ubique satis accurate discrimen, quod est inter simplex verbum πίμπλημι et cum praepositione ἐν (ἐμ) compositum, ἐμπίπλημι, observaretur **), apparet, quam facile fieri potuerit, ut utraque forma confunderetur.

---

*) Photius Ctesiae Persic. §. 26 (Baehr) ἐμπίμπρησι, sed haud dubie ἐμπίπρησι restituendum est.

**) Qua in culpa etiam est Blomfield., qui ad Aesch. Pers. vs. 815, p. 178. „Incertus sum, ait, an primum μ (verbi πίμπρημι) serioris aevi additamentum fuisse statuam, veteres autem scripsisse πίπλημι et πίπρημι secundum consuetudinem verborum in μι, ἐμπίφρημι in Aristot. Hist. Animal. V, 1. ἐμπίπρημι saepius apud Herodotum, ἐμπίπλημι Il. φ' 311". Cf. et Schol. Aristoph. Avv. 1310. — Erfurdt ad Soph. Oed. Tyr. p. 414.

Praeterea ἐνεπίμπρη I. 17 omnes, et ἀνεπίμπρατο VI. 19 (ἀνεπίμπραντο a.), ἀνεπίμπρασαν VI. 32. — ἐμπιπραμένου I. 19. ἐμπιπράς VIII. 109; et ἀντενεπίμπρασαν recte nunc vulgatur V. 102, ubi quidem ἀντενεπίπρασαν F. male; ἀντεπίμπρασαν S. V. ἀνενέπρησαν b.

Porro ἐγχρίμπτων III. 85 Ald. Bekk. alii et Greg. Cor. d. d. Jon. p. 440 (Schaef.) Ἡρόδοτος· ἐγχρίμπτων τῇ θηλέῃ. Sed Gaisf. et al. cum S. b. c. male ἐγχρίπτων, quamquam Suid. habet ἐγχρίπτων, προςπελάζων. — II. 93 ἐγχριμπτόμενοι Bekk. et al. ἐγχρίπτ. Gaisf. et al. cum S. — II. 60 ἐγχρίμψαντες Bkk. et al. ἐγχρίψαντες Gsf. et al. cum S. et glossis. IX. 98 ἐγχρίμψας M. P. S. a. ἐγχρίψας Ald. K. V. F. — Sed in vera scriptura ἐνεχρίμπτετο IV. 113 (sive ἐχρίμπτετο cod. S.) omnes consentiunt. Vide et Interppr. ad Sophocl. Electr. 886., et Eust. Hom. Jl. π' vs. 608, p. 1202=1077: ἐνεσκίμφθη — ὅπερ ἀπὸ τοῦ ῥήματός ἐστι τοῦ σκίμπτω, ὡς χρίμπτω, παρ' Ἀττικοῖς σκίμποδα, σκίμπτω παρ' Πινδάρῳ. Et apud nostrum IV. 172 pro vulgato σκίπωνα in cod. S. habetur σκίμπωνα.

Ac solum δίζημαι neque poeticum δίζεσθαι (Lob. Aj. p. 180.) Herodotum usurpasse pro certo habeo; vide Eustath. ad Hom. Od. 1774=564. διζήμενος ὡς ἀπὸ τοῦ διζῶ, δίζημι παραγώγου. ἐξ οὗ παρὰ Ἡροδότῳ τὸ δίζηνται ἤτοι ψηλαφῶσι. — Et omnes in vera scriptura δίζησθαι consentiunt I. 67. 139. II. 66. 147. 156. III. 41. 53. IV. 140. 142. 147. 151. V. 92, 4. 106. VI. 52. VII. 103. 142. 166. IX. 37. 44. Sed I. 94, ubi δίζησθαι recte nunc vulgat. cum codd. K. F., olim δίζεσθαι cum a. c. edebatur. — 95 ἐπιδίζηται vulg. nunc cum K. F. S. V. a. b. c. d. ἐπιδίζεται edd. vett. — 214 ἐδίζητο vulg. nunc cum P. F. a., alii cum S. ἐδίζετο. II. 38 δίζηται nunc vulg. cum K. F. S. P. Paris., alii δίζεται. III. 41 ἐδίζητο K. F. S. Paris. ἐδίζετο Ald. al. IV. 8 δίζησθαι vulg. nunc cum F. K. S. P. Paris. δίζεσθαι alii. — 30 ἐδίζητο S. V. a. e., olim vulg. ἐδίζετο. 139 δίζησθαι F. δίζεσθαι olim vulg. — V. 21 διζημένων vulg. διζομένων b. 54 δίζηται vulg. δίζοιτο S. 92, 1 δίζησθε K. F. b. d. δίζεσθε S. al. — VII. 16, 1 δίζησθαι S. F. pr. δίζεσθαι olim vulg. cum Stob. 10, 41. — Quibus omnibus in locis immerito censeo formam δίζεσθαι non Herodoteam editam fuisse, ac sine dubio ubique δίζησθαι etc. retinendum esse.

I. 36 ὑὸς χρῆμα μέγιστον sine varietate ὑός scriptum exstat; et I. 39 ὑός, item II. 47 et 68. IV. 192. V. 68. Et ὑσὶ II. 14. IV. 63., atque ὗν II. 47. τοὺς ὗς II. 14. 47 ter. IV. 186. et nominat. singular. ὗς IV. 192. τῶν ὑῶν II. 47. IV. 186. Neque immerito Naeckius (Choeril. p. 157 sq.) formam σῦς, συός magis poeticam et magis Homericam appellasse videtur quam ὗς, ὑός; ut etiam Athenaeus (IX, p. 401 C.) observavit, usu ac consuetudine obtinuisse, ut ὗς absque σ pronuntiaretur, quamquam σῦς origini verbi (a σεύεσθαι scilicet) esset congruentius. Quare non solum iis in locis, ubi nunc forma ὗς est praelata (I. 43 τὸν ὗν Bekk. et al.

cum S. σὺν Gaf. et al. II. 70 νῶτον ὑός vulgat. nunc cum pluribus Mss. υἱός F. συός Ald. a. c.), retinendam eam esse censeo, sed etiam videndum, ne I. 36 (init.) pro vulgat. συὸς χρῆμα cum cod. M. rectius ὑός scribendum sit.

Etiam ζώς, quod unus codex S. I. 194 pro vulgato cum codd. P. F. a. c. ζωός (alter K. ζοώς) praebuisse dicitur, non est Herodoteum, sed Homericum (cf. Jl. 5, 887. 16, 445). Et sic dixit noster II. 70 δέλφακα ζωήν. VIII. 93 ὅς ἄν μιν ζωὴν ἕλῃ. cf. et Greg. Cor. d. d. Jon. §. 57. — Cf. et II. 122 ζωόν et sic Athen. IX, p. 410 E., ubi cod. F. ζωϊόν. — II. 131. 132. III. 9 τὰς ζωὰς τῶν καμήλων. VII. 113. 223. — Sed utrum σῶς an σῶος ubique an σόος apud Herodotum reponendum sit, non aeque facile decerni posse videtur, quum multum codices editionesque varient, neque tamen omnes tres formas verosimile sit ab uno eodemque solutae orationis scriptore usurpatas esse. Et σῶς quidem habes I. 24 ὡς εἴη τε σῶς περὶ Ἰταλίην, III. 124 ἢν σῶς ἀπονοστήσῃ (ἢν ὡς F.), IV. 76 ἢν σῶς, quibus tribus in locis nulla est varietas. Et σῶαι I. 66 omnes his in verbis αἳ δὲ πέδαι ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι, II. 121, 2 τῶν σημάντρων ἐόντων σώων, IV. 124 τὰ ἐρείπια σῶα. Sed olim vulgato cum codd. S. F. d. σῶον II. 181 (τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σῶον) recentiores cum codd. K. P. V. praetulerunt σόον. — V. 96 σῶοι S. a. c. σῷοι F. σόοι V. K. — VI. 86, 1 σῶα S. F. b. c. (cf. Stobaeum *]) σόα V. K. — VIII. 39 σῶοι S. et alii, σόοι K. Quum igitur plerique codices et antiquiores editiones iis in locis, ubi fluctuant inter σῶος et σόος, ad illam priorem scripturam, nondum Homero usitatam, inclinent, et aliis in locis eadem ab omnibus retineatur, praeterea σόος epicis solum poetis relinquendum esse grammatici nonnulli recte, ut puto, judicaverint (cf. Buttm. gr. gr. I, p. 245 et Hom. Jl. 7, 311. 17, 367. 5, 531), persuasum mihi est, formas illas per ω scriptas, σῶοι, σῶαι, σῶα, σώων, σῶον, solas genuinas esse apud nostrum, solasque revocandas; ita, ut etiam nominativum singularem σῶος, ut Xenoph. Anab. III, 1, 32 σῶος dixit, adversante quidem Thoma Mag. p. 328 (Ritsch.)**), nostro tribuerem, nisi σῶς istis tribus in locis tam communi omnium librorum consensu esset munitum.

Porro poeticum est neque unquam in Herodoteam orationem inferendum πανώλεθρον a cod. S. VI. 85 pro vulg. πανώλεθρον exhibitum (cf. Lob. Parerg., p. 703 sqq.), quamquam etiam fieri potuit, ut posteriores illud ex suo loquendi more in Herodoteum codicem inferrent; quo de more vide eundem Lobeckium l. l. — Praeterea II. 155 παρωροφίδα vulg. παροροφίδα S. — I. 180 τριω-

*) Stob. Serm. 44, p. 310 ex Euseb. philos. dictis: ἔοικε τῷ ἀνδρὶ παρακαταθήκην εἰληφότι — καὶ ἀποδοῦναι σῶα τῷ παραθεμένῳ, ἐπεὰν ἀπαιτέηται.

**) Vide et Piers. Moer. s. v. σᾶ, p. 347. Bekk. Anecd. I, p. 302. Grammaticorum locos a Maitt. (Sturz) p. 53 laudatos. Poppon. Thucyd. I, p. 225 sq.

ῥόφων τε καὶ τετρωρόφων Ald. Bkk. et alii, cf. Dionys. Halic. Art. Rhet. I, 3. ὥς που καὶ Ἡρόδοτος πεντώροφα καὶ ἐξώροφά φησιν εἶναι ἐν Βαβυλῶνι, in ipsis numeris exhibendis memoriae vitio lapsus, de productione vocalis cum nostro consentit; sed τριορόφων καὶ τετρωρόφων Gaisf. cum cod. F. τριορόφων τε καὶ τετρορόφων K. d. — VI. 65 κατωμοσίην vulg. κατομοσίην S. — Contrarium vitium est ibidem VI. 65, ubi pro nunc vulgat. cum codd. S. F. Paris. κατόμνυται olim κατώμνυται edebatur. Aliud vitium habet locus IV. 64, ubi pro vulgat. χειρόμακτρον in cod. F. hic et infra χειρώμακτρον legitur, et IX. 99 pro νεοχμόν habet F. νεωχμόν.

Eustathius ad Hom. Jl. I, vs. 193 tradidit haec: σημείωσαι δὲ, ὅτι ἕως ἔστιν ὅτε καὶ ἀντὶ τοῦ τέως λαμβάνεται, ὃ σημαίνει τὸ πάρος, τὸ παρόν. ὡς δηλοῖ καὶ παρ' Ἡροδότῳ τὸ ἕως μὲν σιγὴν ἔχει. Sed Eustathium malus quidam codex Herodoteus in errorem induxit; nam τέως μὲν — μετὰ δὲ isto loco I. 86 Herodotus ipse scripsit, etiam plurimorum codd. auctoritate confirmatum, neque, ut codd. S. e. habent, ἕως; quamquam Homerus quidem ἕως pro aliquamdiu, parumper, antea usurpavit (Jl. 12, 141. 13, 143. 15, 277 etc.) aliter ac noster I. 11 τέως μὲν ἀπεθώυμαζε, μετὰ δὲ ἱκέτευε et sic praeterea I. 82. 171. 94. 173. II. 36. 45. IV. 10. V. 75. 93. VI. 83. 112. VII. 233., atque II. 169 τέως μὲν ἐτρέφετο — τέλος δὲ — παραδιδοῖ vulgatum est recteque neglecti codices S. V. in Homericum ἕως aberrantes. Unde patet, non diutius esse ferendum vulgatum ἕως VIII. 74 hisce in verbis: ἕως μὲν δὴ αὐτῶν ἀνὴρ ἀνδρὶ παραστὰς σιγῇ λόγον ἐποιέετο — τέλος δὲ ἐξεῤῥάγη, sed procul dubio, etsi nihil e codd. Mss. sit adnotatum, in Herodoteum τέως mutandum; ἕως enim apud nostrum significat vel donec, quamdiu, cf. VII. 23. 100. II. 57. III. 25. IX. 6. 23. 70. 102., vel dum, I. 62 ἕως μὲν Πεισίστρατος τὰ χρήματα ἤγειρε — λόγον οὐδένα εἶχον, III. 134 ἕως νέος εἶς. Nunquam autem antea, aliquamdiu, tamdiu denotat, quod est τέως; etiam τέως δὲ — τότε μὲν componuntur, quum — tum, cf. II. 25; et τέως donec, cui non alterum ἕως respondet, sed, ipso pro ἕως posito, particula δέ: IV. 165 ἡ δὲ μήτηρ τέως μὲν ὁ Ἀρκεσίλεως ἐν τῇ Βάρκῃ διαιτᾶτο, ἡ δὲ εἶχε αὐτὴ τοῦ παιδὸς τὰ γέρεα. Cf. Rueckert. ad Plat. Symp. p. 191 E. Piers. Moer. p. 368. Ruhnk. ad Tim. p. 256.

Praeterea poeticum ἰόν III. 35 olim vulgatum recte nunc cum ὀϊστόν commutatum est. I. 126 ὡς δεξόμενος nunc recte vulgat., olim δεξιωσόμενος, cf. Interppr. ad Hom. Hymn. V, 16. — πολεμεόντων VI. 98 vulg. cum V. sed πολεμιζόντων S. VIII. 97 πολεμήσειν vulg. πολεμίζειν d., cf. Fragm. lex. gr. in Herm. de emendanda p. 334 πολεμῶ κοινόν, πολεμίζω ποιητικόν. — I. 31 ἐκκληϊόμενοι M. R. S. V. F. a. c. ἐκκληΐζόμενοι P. al. (Vide Buttm. gr. gr. II, p. 220 sq. cum Lobeckii adnot.) — Alia infra videbimus.

Ipsi vero scriptores recentioris Jados, sua quisque scribendi proprietete usi, multis in rebus inter se differunt; neque enim idem est, utrum historicus loquatur an medicus, non idem utrum Hero-

dotus an Ctesias an ex logographorum numero aliquis. Praeterea ad tempus cujusque scriptoris diligentissime respici debet. Nam, quod jam supra monui, recens ipsa Jonica dialectus temporis successu varias habebat multis in rebus mutationes. Quas omnes diversitates differentiasque paullatim negligi exaequarique coeptas esse, ut, novis multis verborum formis atque interdum etiam formarum monstris repertis additisque, communis quaedam Jonica dialectus oriretur, haud temere nobis statuere videmur. Ut enim communis illa lingua tum, quum jam quattuor illae graeci sermonis differentiae vigere desierunt, maxime efloruit, sic etiam variae unius ejusdemque dialecti formae, quum sequioris aetatis scriptores sedulo antiquiores promiscue imitarentur, non satis discinctae sunt. Et prima post Christ. nat. secula magnum grammaticorum et rhetorum proventum extulerunt (cf. Heeren I, p. 18 sqq. Herodian. I, c. 2. Praefat. Nunnesii ad Phryn.), multumque fuisse in tractandis imitandisque Jonicae dialecti scriptoribus studium positum, manifesto docent scripta Erotiani, Galeni, Aretaei, declarant Arriani Indica, documento sunt Luciani libri de Dea Syria, de Astrologia. Qui omnes scriptores, quamquam suum quisque sibi proposuisse exemplum putandus est, multa tamen promiscue usurparunt, multasque novas formas induxerunt; quod eo facilius fieri potuit, quo magis tum illa dialectus jam a communi vitae usu remota a grammaticis tantum et rhetoribus per doctrinam et scripta sustentata est. Nec multum a vero aberrare mihi videor, si illud fuisse tempus statuo, quo multa in Herodotea oratione permiscerentur, multaeque novae formae ut Jonicae inducerentur; ut quo saepius et negligentius Herodoti libri tractati descriptique sunt, eo magis augeretur perturbatio et corruptio. Creberrime enim tum Herodoti exemplaria esse descripta, et a librariis saepe genuinis verbis substituta esse ea, quae illis temporibus essent probata, supra jam vidimus. Neque etiam postea statim ista exemplaria corrigi poterant, praesertim quum jam inde a Constantini Magni temporibus multas notum sit concurrisse adversas res, quibus litterae expeditaque antiquitatis pervestigatio magnum caperent detrimentum atque impedirentur (cf. Heeren I, p. 9 sqq., p. 77, p. 51). Istam ad confusionem haud dubie pertinent formae, quibusdam in codd. Mss. obviae, φοιτῆν, χρέεσθαι aliae hujuscemodi, de quibus infra suis in locis videbimus.

Multum isti praeterea graecae linguae licentia per paragogicam quandam litteram nova traducendi verba abusi sunt, multum eo Jonum more, quo formas contractas per ε consueverunt dissolvere, quum isti etiam non contractas voces aut jam contractas, ε inserendo, in majorem quandam Jonismi speciem depravarent. Neque tamen hoc Herodoti est, neque ei ipsi, si forte tale quid in codicibus invenimus, tribuendum, quippe qui nunquam nisi certa quadam ex contractione solutas usurpaverit formas. Verumtamen Hemsterhusii temporibus atque in disciplina eorum, qui ab ejus auctoritate pendebant et pendent, quorum in numero hac ex parte etiam Schweig-

haeuserus aliique recentiores habendi esse videntur, acerrime tales speciosas formas apud Herodotum aliosque retentas esse est consentaneum, quum ex eorum doctrina, quamquam Hemsterhusius ipse suis in scriptis nihil de hac re professus est, omnes anomalae formae et in declinationibus et in conjugationibus ad similem originem similesque stirpes referendae essent. Unde colligi potest, istos formas ὑπερβαλεῖν, ὑπερθορεῖν similiaque ad ὑπερβαλέω, ὑπερθορέω retulisse, etiam fallaci ex epicis formis ὑπερβαλέειν, ὑπερθορέειν sumta argumentatione, atque ubicunque hae posteriores sese iis obtulerint pro genuinis agnovisse. Vide Valck. Observatt., quibus via munitur ad origines graecas investigandas (in Valck. Opuscul. I, p. 255 sqq.) et Prolegomena Scheidii ad Etymolog. ling. graec. Lennepianum, et hoc lexicon ipsum, denuo a Nagel edit. 1808. Sed isto jam tempore hujus grammaticae rationis contemtores vituperatoresque exstitisse, haud obscure produnt inanes quaedam Scheidii ipsius querelae in Prolegg., p. IV sq.

Praeterea, ut sonos redderent molliores eoque scilicet magis Jonicos, saepius plane inepte vocabula in ᾰ breve desinentia in η exeuntia mutarunt, ut μίη, μοίρη etc. etc. — Similiter peccatum est, quum vocabula, quae vel aliunde vel ipso quorundam librorum Mscs. testimonio constat Herodotum masculino genere usurpasse, aliis in codicibus Herodoteis foeminino genere scripta extant, et, quum haec foeminina posteriores grammatici et critici retinenda esse putarunt, qui vel epicorum aliorumque poetarum usum vel posteriorum scriptorum, qui Jonico sermone usi sunt, cum Herodoteo confuderunt. Et dixit Philemo grammaticus (apud Porphyr. Quaestion. Hom. c. 8.), Jones et alia foeminino genere usurpasse et dixisse τὴν κίονα, τὴν λίθον, τὴν Μαραθῶνα (cf. et Lob. ad Aj. p. 121 ed. sec. et p. 335) et Schol. Ven. ad Il. σ', 551 δρεπάνας ἰωνικῶς, οὗτοι γὰρ τρέπουσι πάντα εἰς θηλυκά, οἷον τάφρη, κύρτη, ἀστραγάλη; quibus grammaticorum praeceptis omnia promiscue unam in clausulam perperam concludentibus fieri non potuit, quin prorsus contraria, neque ea magis recta, praeceperint alii, ut Greg. Cor. de dial. Jon. §. 33, p. 425: αἱ παραλήψεις τῶν ἀρσενικῶν ἀντὶ θηλυκῶν Ἰώνων εἰσί, — sed Homerico versu (Od. I, 423) usus est exemplo. — Et Etymol. Mag. p. 33, 47: τὴν αἴθραν εἶπεν αἶθρον ὡς τὴν πύλην πύλον καὶ τὴν δείλην δείελον· et Suid. s. v. πύλῳ. Sed κίων, quae vox in Homeri carminibus et masculino et foeminino genere usurpata cernitur, eodem modo apud nostrum variari videtur, quum I. 92 τῶν κιόνων αἱ πολλαί sine ulla enotata varietate legantur, et IV. 184 τοῦτον κίονα (alii cum F. τοῦτον τὸν κίονα, alii τοῦτο τὸν κίονα cum codd. M. P. K. V. S. a. b., quo de vitio vide Herm. ad Vig. p. 708), ita, ut masculinum quidem genus satis certum hoc loco retineri possit; unde, si omnino aequabilitas quaedam hac in voce apud Herodotum servanda esset, superiore in loco κιόνων οἱ πολλοί rescribere mallem, quam hoc posteriore foemininum substituere; cf. Bernh. ad Dionys. P. p. 542. —

Praeterea ἡ λίθος, quod genus Homerum duobus solis in locis (Jl. 12, 287. Od. 19, 494) admisisse constat, neque id quidem de pretiosis lapidibus, quod discrimen apud poetas sequioris aetatis obtinuisse grammatici comprobare studuerunt (cf. Passow, lex. gr. s. v.), tantopere ab Herodoteo dicendi genere abhorret, ut constanter ubique masculinum tantum hujus vocis genus libri praebuerint, sic II. 44. 134. 176. III. 8. 41. 57. IV. 92. V. 62. VII. 69.

Nec minus constanter ὁ Μαραθών apud nostrum scribendum esse censeo; quamquam Eust. ad Od. η' 80 recte ac vere affirmat: καὶ ἡ Μαραθὼν λέγεται καὶ ὁ Μαραθών, et Thom. Mag. p. 242, 5 (Ritsch.): Ἀρσενικῶς οἱ Ἀττικοὶ τὸν Μαραθῶνα λέγουσιν — Ἴωνες δὲ θηλυκῶς. Atque eodem modo Scholiast. Pind. Olymp. 1, 10 ἡ Μαραθών Jonibus tribuit, commode tamen additis his verbis: οὐ πάντα δὲ τοιαῦτα ἰωνικά ἐστιν, ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀττικοὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων ἀρσενικὰ ὄντα θηλυκῶς ἐκφέρουσιν. Et sine varietate apud Herodotum τοῦ Μαραθῶνος I. 62 legitur, et τὸν Μαραθῶνα VI. 103. 107 bis. 120; τῷ Μαραθῶνι VI. 111. 113., ita, ut id, quod VI. 102 pro recte vulgato ὁ Μαραθών tribus in codd. Mss. inventum est ἡ Μαραθών, tantopere constanti Herodoteae consuetudini, hoc in genere Atticismo propius accedenti, repugnet tamque manifesta depravationis vestigia habeat, ut sanum ad mutandam vulgatam facile moveat neminem.

Porro τάφρος tantum cum secundae declinationis terminationibus nostrum dixisse, sine ulla haesitatione contendo, et sic ἡ τάφρος omnes habent I. 178. τῆς τάφρου I. 179 bis. IV. 201. τὴν τάφρον I. 179. III. 39. IV. 3. 20. VIII. 28. τάφρους VIII. 24. Atque equidem nescio, qui aliter dixerint, nisi quod Callimachum, Alcidamam (Reisk. Vol. VIII, p. 65.), Apollodorum I, 8, 1 ὁ τάφρος usurpasse videmus, et Steph. Byz. Τάφραι sive Τάφρη nomen proprium fuisse tradidit regionis ad Moeotim paludem sitae, unde fortasse colligas, istos Graecos vulgari in sermone ἡ τάφρη pro ἡ τάφρος dixisse; sed quid pertineat hoc ad nostri orationem, non video; neque ulla est causa, cur IV. 28 a vulgata τάφρου recedatur ad τάφρης a codd. S. V. exhibitum, neque cur IV. 201 a vulgata cum codd. S. F. a. b. c. τάφρον ὀρύξας, ad τάφρην codicum M. P. K., quamquam etiam Suid. s. v. τάφρος dixit: καὶ τάφρη παρ' Ἡροδότῳ θηλυκόν· ὀρύξαντες τάφρην εὐρείην ἐπέτειναν ξύλα ἀσθενέα ἐπ' αὐτῆς. Sed et scholiastes Homericus et Suidas (ut taceam, non accurate hunc dixisse, quum θηλυκόν tantum posuerit) a vitioso quodam exemplari in errorem inducti sunt; nam ex aliis codicibus τάφρον erat recipiendum, et ὀρύξας et εὐρέαν et ἐπέτεινε et ὑπέρ pro ἐπί. Huic statim subjungenda esse videtur quaestio de voce ψάμμος, quem hujus terminationis nominativum omnes exhibent II. 32. III. 98. 102; et ψάμμου III. 26 ter et item Eust. ad. Od. p. 1509 hoc ex loco; III. 105. VIII. 71. IV. 182. ψάμμῳ II. 8. III. 102. IV. 173. ψάμμον II. 12. III. 25. 98 et sic hoc ex loco Eust. ad Dionys. P. vs. 1107. — III. 102 ter. VI. 107. Uno

tantum in loco IV. 181 libri inter se dissident, quum ibi codd. S. V. Paris. Ald. al. ὀφρύη ψάμμος praebeant, alii cum codd. M. P. K. F. ὀφρύη ψάμμης; sed hoc ψάμμη sive ψάμμα, qui est paraschematismus nominis ψάμμος (cf. Lob. Paralipp. II, p. 396), Laconum vulgaris sermonis proprium fuisse videtur (vide Aristoph. Lysistr. vs. 1263, ubi Laco narrat: ἦν γὰρ τὤνδρες οὐκ ἐλάσσως τᾶς ψάμμας τοὶ Πέρσαι), neque magis est Herodoteum quam ὁ ψάμμος ab Archimede usurpatum, vide p. 120 τοῦ ψάμμου ter et p. 125 quater.

Praeterea κοίτη et κοῖτος significatu apud nostrum inter se differunt: I. 9 μετὰ δ' ἐμὲ ἐςελθόντα παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοῖτον, sic codd. M. R. F. a. c. Videtur hic ἐς κοῖτον idem fere valere (in somni cubiculum) ac proxime antecedens ἐς οἴκημα, unde et aberratio quorundam Mss. (S. b. d. e.) in Atticam vulgaris sermonis formam κοιτῶνα (cf. Lob. Phryn. p. 252 sq) explicari possit. Quod Dionysius vero Halicarnassensis (de composit. verb. III, §. 24. ed. Schaef.) ex hoc loco κοίτην habet, etiam in quibusdam Mss. apud Gale obvium, id non magis, credo, quemquam, ut κοίτην reponat, commovebit, quam ut et apud Herodotum ὥρη κοίτου et κοίτην ποιέεσθαι scribendum esse censeat, quia auctor Vit. Hom. (c. 31, 22.) utrumque usurpaverit. Ut hic enim magis Homericam consuetudinem secutus esse videtur, sic Dionysius suam dicendi rationem; sed apud Herodotum κοῖτος est somnus, ut VII. 17 ὡς μετὰ ταῦτα κοῖτον ἐποιέετο (ubi cod. d. male κοίτην), postquam vero somnum cepit; et lectus semper dicitur κοίτη, ut I. 10 (ut εὐνή I. 9) II. 95. III. 134. VII. 15 bis. 16, 3 bis. Et ὥρη τῆς κοίτης tempus quiescendi, dormiendi I. 10. V. 20. — Vide et Hesiod. Opp. 574 φεύγειν — ἐπ' ἠῶ κοῖτον, ne in diem somnum extrahas. Sed κοίτην ἐλάφοιο Callimach. Hymn. in Artem. 96. — κοίτας λέκτρον Euripid. Med. 436. λέκτρων κοίτας Alcest. 946. κοίτας ματεύων Phoeniss. 428. Et Suid.: αὖλις· ἡ κοίτη, et: κοίτη καὶ κοιταῖος, ὁ κατὰ τὴν ὥραν τῆς κοίτης ἐρχόμενος. Κοῖτος, κοίμημα; vide et Hesych. s. vv. κοῖται, κοίτη, κοῖτον et κοῖτος. — Vide et Porphyrium de Abst. IV, 7 (cf. infra p. 320).

De βλάβος et βλάβη Thom. Mag. p. 53, 6. hoc praecepit: βλάβος ἐπὶ οὐδετέρου δοκιμώτερον ἢ βλάβη, et sic noster dixit βλάβος I. 9 (βλαβη [ος] cod. S.); neque tamen omnino verum Thomam praecepisse, praestantissimorum auctorum docet usus, ut Thucydidem notum est semper βλάβη usurpasse, quum βλάβος magis sit poeticum; cf. Matth. gr. gr. I, p. 264.

Sed κύρτη, ut huc revertar, revera est Herodoteum, vide Interppr. ad I. 191 et Polluc. X, 36 §. 160. (p. 495, 20 Seber), quum Plat. Soph. p. 220 B. et C. (Heind.), Aelian. Var. Hist. XIII, 43 et alii formam κύρτος usurpaverint *). — Neque tamen σπάρτῳ V.

---

*) De urbe nomine Κύρται insignita vide Baehr. Ctesiae Reliq. p. 180.

16 vulgatum omittendum esse censeam, quia in cod. S. σπάρτῃ habetur. Recteque scriptura codicis F. τὴν τιάρην I. 132 et καλεομένας VII. 61 (τιάρας καλεομένας) praebentis contra aliorum codicum auctoritatem neglecta est, quum Hesychius s. v. claris verbis monuerit, Herodotum ὁ τιάρης dixisse (Ἡρόδοτος δὲ ἐν ᾱ ἀῤῥενικῶς), cf. et III. 12 et VIII. 120. — Neque probandum, quod Eust. ad Dion. P. 437 Χύτρας ex Herod. VII. 176 attulit pro vulgato Χύτρους, cf. Valck. et Wessel. ad h. loc. — Et ex Homeri carminibus acceperunt ὄχθην Ald. al. IV. 203 pro nunc recte vulgato ὄχθον; vide enim ὁ ὄχθος praeterea VIII. 52. IX. 25. 56. 59. Neque satis certa esse videtur Ammonii (p. 108) distinctio: ὄχθαι ποταμῶν χείλη, ὄχθοι δὲ ἐπάρματα γῆς. Cf. et Thom. Mag. p. 260 et Blomfield. ad Aesch. Pers. vs. 653 Gloss. p. 168. — Ac nescio, an praeferendum sit VIII. 118 χρυσέῳ στεφάνῳ, a codd. S. V. praebitum, alteri vulgato χρυσέῃ στεφάνῃ (δωρήσασθαι χρυσέῃ στεφάνῃ τὸν κυβερνήτεα), quum, etiamsi hoc loco non urgeam discrimen illud a Casaubono ad Athen. V, 8, p. 352 in universum quidem recte propositum inter στέφανος et στεφάνη (στέφανον dici plectilem tortilemve aut cujuscunque tandem generis coronam, quae toro constet, στεφάνην vero non esse torum, sed limbum aliquantae altitudinis in orbem ductum; atque ex eo murorum minas στεφάνας dictas esse Graecis, non στεφάνους, cf. et Eust. ad Il. κ', p. 700=787. Apoll. lex. s. v.), tamen et VI. 69 τοὺς στεφάνους — ἐμοὶ περιετίθει omnes libri suppeditent, et VIII. 26 τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. Neque quemquam offendet ut ab aliis Graecis sic etiam a nostro usurpatum στεφανηφόρους V. 102 (cf. Lob. Parerg., p. 649 sq.), quare, ut hoc etiam hoc loco afferam, scriptura veterum editionum σειροφόρων III. 102 vituperanda est pro vera σειρηφόρον a codd. S. P. K. M. F. V. Paris. exhibita.

Alia est ratio scripturae fluctuationis IV. 183 inter σαύρας nunc vulg. cum S. V. et σαύρους codicum M. F. a. b. c. atque ab Eustathio ad D. P. vs. 180 receptum; quorum illud prius σαύρας ideo praeferre malim, quod IV. 192 τῇσι σαύρῃσι communi omnium librorum consensu munitur. Atque rejiciendum est quod IX. 76 alii pro vulgat. ἐν τῇσι φόνῃσι receperunt φόνοισι, quum φόναι tantum non φόνοι in plurali numero usurpare solerent; et habes φόνος recte positum VII. 170 φόνος Ἑλληνικὸς μέγιστος.

Jam vero valde miror, fuisse aliquos, qui quum IV. 187 e duobus codicibus F. S. ἐν τῇσι κροτάφοισι pro vulgat. ἐν τοῖσι κροτάφοισι adnotatum reperissent, continuo videndum esse putarent, ne Iones hoc vocabulum foeminino adhibuerint genere. Nihil autem est nisi librariorum error; quae res ipsa ad tertium nos ducit corruptionis genus, quod est de scripturae depravatione. Hoc nec consilio nec rationi debetur, sed oculorum vel aurium culpa commissum est. Librarii enim vel similes calami ductus sed plane diversas indicantes litteras vel syllabas inter se permutarunt, vel omiserunt litteras et syllabas, vel bis scripserunt, quae semel tantum auctor po-

suerat, vel similitudinem soni alicujus, quem syllaba quaedam modo descripta vel mox describenda ediderat, ad aliam vocem perperam transtulerunt, vel denique alia pronuntiandi ratione in errorem inducti non paucis in locis scripturam depravarunt. Quamvis autem in multas hoc genus corruptionis, quod quidem, ut quodvis fere aliud, non ad unius temporis negligentiam librariorum et errores pertinere, sed descendere ad recentiora usque tempora patet, descripseris classes, omnes quaque fere in pagina fuisse causas tam depravatae Herodoteae orationis videbis. Quod ut omnibus ita esse exploratum sit, recensum quendam memoratu dignissimorum cujusque rei exemplorum exhibebo.

α et *δ* permutantur IV. 145 ἔαδε, ἴδεε S. V., cf. et IV. 153. — I. 31 πάγχυ δευτερεῖα παχύαν S. textu, πάγχυ S. marg. παγίαν V.

α et *λ* I. 174 Βυβασσίης correxit Vossius ad Melam I, 16 pro Βυβλεσίης codicum. IV. 49 Αὔρας, Λύρας S. V. VI. 75 αὖτις (αὖθις F. S.), λυθεὶς P. et Bekk. recte. I. 80 ὁ Λυδός F. a. Steph. alii et recte quidem; ὁ αὐτός S. V. b. d. e. ωὐτός F. R. c., unde mirandum in modum clarescit, quantopere librarii, ut suo arbitrio Jonicam redderent orationem, studuerint.

α et *αυ* II. 111 συναλίσαντα, συναυλίσ. V. d. 127 αὐλῶνος, ἀλῶνος S. V., cf. et I. 174. VI. 114 ἀφλάστων, ἀφλαύστων F. b. VII. 36 ὑπόφαυσιν, ὑπόφασιν F. VII. 54 παύσει, πᾶσην S.

α et *υ* II. 11 ἐκ μυχοῦ, μαχοῦ Ald. S. V. III. 93 Σάκαι, Σύκαι F. II. 91 πεπυσμένον, πεπασμένον S. IV. 143 Μεγάβαζον, Μεγάβυζον Vall. b., coll. V. 1. 2. 98.

α et *ει* VII. 24 διειρῦσαι (διειρῆσαι S.), διαρῦσαι Ald. c. — VI. 32 τὰς ἀπειλάς, κεφαλάς F.

α et *ευ* I. 211 ἀπελάσαντος ὀπίσω, ἀπελεύσαντος b. Ald. S. V. — V. 63 ἱππάσιμον, ἱππευσ. S.

β et *κ* I. 194 βίκους, κίκους K., cf. et Var. Lectt. ad II. 2. 67. 86. 124 κατακληΐσαντα (κατακλήσαντα K. V.), καταβλήσαντα F. — 140 Ἐλβῶ, Ἐλκῶ P. Eton. b. Ἐλκώ. d. — 160 ἐκέλευον, ἐβούλευον S. III. 11 συμβαλέοντες, συγκαλέοντες Ald. al. — IV. 145 ἐκβληθέντες, ἐκκληθέντες F. VI. 134 πρόκατε, πρόβατε S.

β et *λ* I. 122 κατέβαλον, κατέλαβον S. (coll. I. 46. 87. 91. 115. 38 et alibi) IV. 79 λελάβηκε, λελάληκε F. S. d.

β et *μ* II. 82 τὠποβαῖνον, τῶν ποιμαῖνον F. — 165 Παπρημίτης (Πατρημίτης S.), Πατρηβίτης K. — VIII. 138 Βέρμιον, Βέρβιον S. K. Κέρμιον d., cf. Diod. Sic. II, 643.

β et *δ* II. 96 διαβύνεται Ald. P. K. M. F. Paris. (διαβαίνεται Steph. edd. sqq.) διαδύνεται S. V.

β et *σ* II. 86 σινδόνος βυσσίνης, συσσίνης S. V.

β et *υ* I. 170 Ἀσβύσται, Ἀσύνται M. K.

γ et *κ* I. 5 ἔγκυος, ἔγγυος S. pr. II. 82 ἐγκυρήσει, ἐγγηρήσει S

— I. 153 *Ἀγβάτανα* F. *Ἀκβάτανα* Ald. a. c., vide infra p. 85.

γ et *λ* II. 136 *ἐγγεγλυμμένους* S. V. (*εὐγεγλυμμένους* olim vulgat.) *εὐλελεγμένους* F. — 53 *θεογονίην*, *θεολογίην* d. III. 26 *φυλῆς*, *φυγῆς* S. — 28 *ἐών μέλας* M. P. K. S. V. Vall. *μέγας* Ald. c. R. F. pr.

γ et *τ* I. 30 *γῆν πολλήν* A. B. R. F. a. c. *τὴν πολλήν* M., cf. et Var. Lectt. ad I. 96. II. 14. — I. 145 *μέν γε* Dobraeus, Bekk., alii. *μέν τε* Mss. omnes, Gaisf. al. — II. 64 *ὀρνίθων γένεα*, *τέλεα* S. — 82 *γραφόμενοι*, *τραφόμενοι* S. — 121, 1 *ἐπιτραφέντων*, *ἐπιγραφέντων* Ald. d. *ἔτι γραφέντων* S. V. b. — VII. 120 *Μεγακρέοντος*, *Μετακρ.* S. — 122 *Σάρτη* M. P. K. F. b. d. *Σάργη* S. a. c. al. — Etiam *γ* et *χ* VII. 236 *ἐπιλέγεσθαι*, *ἐπιδέχεσθαι* S. d. VIII. 6 *λόγῳ*, *λόχῳ* S. d. Vall.

δ et *λ* II. 17 *τῶν ὁδῶν*, *ὅλων* Ald. b. *ἄλλων* S. — 181 *Λαχίδη*, *Δαχίδη* S. VII. 9 *ὑπάρξαντες ἀδικίης*, *ἀληθεῖς* S. — 105 *Μεγαδόστεω*, *Μεγαλόστεω* S. V. Vall. V. 110 *ἀπολέξαντες*, *ἀποδέξ.* S. V. P. VI. 17 *καταδύσας* (*καταδήσας* d.). *καταλύσας* S. V. — VII. 108 *Γαλλαϊκή*, *Γαλδαϊκή* M. P. K. b.

δ et *γ* IV. 11 *δεόμενα* M. K. F. b. d. *γινόμενα* P. VI. 20 *Πηδασεῦσι*, *Πηγαδεῦσι* S. Vall.

δ et *μ* VII. 239 *ὁδοφυλάκων*, *ὁμοφ.* F. II. 4 *τοσῷδε*, *τὸ σῶμα* S. V. I. 47 *ὀδμή μ' ἐς φρένας*, *ὀδμὴ δ' ἐς φρ.* P. V. 92, 2 *δήμου*, *μήμου* S.

δ et *ν* II. 121, 1 *οἰκοδομέεσθαι*, *οἰκονομ.* alii. III. 10 *οἰκοδομήσατο*, *οἰκονομ.* S.

δ et *ε* I. 80 *Δινδυμήνης*, *Δινευμήνης* e. *Δινευμίνης* R. — 27 *ἱππευομένους*, *ἱπποδυομένους* R.

δ et *δι*, et *ι* et *ρ*, ut mox infra videbimus, unde haud dubie *Δύμη* I. 145, quod habet F. (cf. Casaub. ad Strab. p. 167), abiit in *Δρύμη* K. P. a. *Δρίμη* Ald. c.

ε et *σ* I. 174 *Βυβασσίης*, *Βυβλεσίης* alii, cf. supra p. 56.

ε et *ρ* I. 9 *ἀῤῥωδέων*, *ἀερωδέων* S.

ε et *λ* IV. 139 *εἰπεῖν*, *λιπεῖν* S., nisi quis id ex confusione syllabarum *ει* et *ι* ortum esse putet.

ε et *ι* I. 202 *φωκέων*, *φωκίων* S. — 156 *ἰόντα* R. P. F. *ἐόντα* Ald. M. K. — 125 *Ἀστυάγεά μιν στρατηγόν*, *μὶν* Ald. a. III. 6 *ἰδέσθαι*, *ἐδέσθαι* S. VIII. 18 *τῶν ναυηγίων*, *ναυηγέων* S. — 65 *ἰόν* P. F. *ἐόν* S. d. al. IX. 15 *Δεκελείης* F. c. *Δικελίης* a.

ε et *ω* IV. 136 *ἔφθησαν*, *ὤφθησαν* F.

ε et *υ* I. 80 *Ὕλλος* M. K. F. R. a. c. d. *Ἕλλος* Ald. *ἐπί* et *ὑπό* saepius, cf. Var. Lectt. ad I. 11. 12. 90. 196. VI. 33.

ε et *συ*, *εν* et *συν* I. 134 *ἐντυγχάνοντες* Ald. et Mss. quidam, *συντυγχάνοντες* M. P. K. F. Paris.

ζ et ξ III. 36 καπακροῖξεσθαι, καταπροΐζεσθαι S. VII. 13 ἐπέζεσε, ἐπέξεσε M.
ζ et σ VII. 69 ζειράς, σειράς F.
η et ις I. 38 εἷς γάρ R. e. εἷς.ἢ a., sed punctis notata posteriore vocula ἢ, tanquam delenda. IX. 66 κατηρτισμένος, κατηρτημένος F. a. d. P. K.
η et ια I. 124 ἀντία σεῦ (ἀντία σέο a.), ἀντῆσαι Ald. b. d. S. V. — 125 Πανθιαλαῖοι, Πανθήλαιοι Ald. b. d. S.
η et κ VI. 119 Ἀρδέρικκα M. P. K. d. Ἀρδερίηκα S. V. Vall. (Ἀνδέρικα Ald.), cf. et I. 185. II. 113 ἠϊόνος, κιόνος S. V. — II. 123 περιήλυσιν, περίκλυσιν K. III. 5 Ἰηνύσου, Ἰκνύσου S. Vall. IV. 187 ὑγιηροτάτους, ὑγικροτ. S.
η et ο I. 124 ἐπορέωσι (ἐπορῶσι M. K. b. d.), ἐπηρῶσιν S. V. — 125 Δηρουσιαῖοι, Δορουσαῖοι R. — 110 ἐπορᾶν, ἐπηρᾶν S. — IV. 139 ὁρᾶτε, ἠρᾶτε S. — II. 49 ὁμότροπα, ὁμήτροπα V. S. — 54 εἰρομένου, εἰρημένου S. — 56 πρηθῆναι, προσθῆναι R. — I. 193 τὴν βάλανον, τὴν βαλάνην S. — 84 Μάρδος, Μάρδης S. Μήλης, Μῆλος c. VI. 105 ἡμεροδρόμον S. ἡμεροδρόμην P. V. F. a. c. III. 85 ἱπποκόμος, ἱπποκόμης c. (coll. VIII. 47) VI. 84 μεμονέναι S. μεμηνέναι K. II. 14 ἐκ γῆς (ἐκ τῆς S.), ἐκτός vulg. I. 84 πειρησαμένης τῆς στρατιῆς R. M. K. F. a. c. πειρησάμενος b. d. e. vulg. VIII. 47 πυθιονίκης, πυθιόνικος S.
ι et γ VI. 127 ἐκ Παίου πόλιος, Πάγου M. P. K. F. b.
ι et τ III. 139 Αἰάκεος, Ἀτάκεος d. Ἀναμῆος b.
κ et α VI. 32 τὰς ἀπειλάς, κεφαλάς F. IX. 85 Κλεάδην, sic et Plutarch. malign. p. 873. Κλεάδας ὁ Πλαταιεύς; sed M. F. Ἀλεάδην.
κ et δ I. 125 ἐν τοῖσι καὶ Ἀχαιμενίδαι, ἐν τοῖσι δ' Ἀχαιμ. d.
κ et μ I. 18 συνδιήνεικαν, συνδιήνειμαν S. V. — 191 οὐκ ἂν διέφθειραν, οὐ μὰν διέφθ. Ald. b. S. (οὐδ' ἂν F. a. Gsf.) IX. 5 αὐτοκηδέες, αὐτομολέες f. — 40 μάλα, καλά F. (coll. I. 96. 209.) — I. 203 ἐμφανέα, ἐκφανέα F.
κ et ν εὐκομιδέστατος M. P. K. F. εὐνομιδέστ. Ald. S. V. c. et a. in marg.
κ et π I. 214 ἐνακῆκε Ald. a. b. c. d. R. S. V. Vall. ἐναπῆκτε M. K. F. f. IV. 152 ἀκήρατον, ἀπείρατον S. IV. 18 πυκνώσαντες, κυκλώσαντες S. V.
λ et ι IX. 58 Θρασυδήϊον, M. P. Θρασύδηλον d.
λ et μ III. 41 Τηλεκλέος (Τημακλέος V.) Τιμεκλέος S. VIII. 97 ἐπίδηλος, ἐπίδημος S.
λ et ν I. 212 ἐπαναπλώειν, ἐπαναπλέειν alii et ἐπαναπνέειν. VIII. 29 γνωσιμαχέετε, γλωσσημαχέετε d. IV. 5 Λειπόξαϊν, Νιτόξαϊν S. V. Vall.
λ et ρ II. 6 Σερβωνίδος, Σελβων. Ald. b. S. V. VI. 127 ἐκ Θεσσαλίης ἦλθε vulg. et Steph. Byz. s. v. Κράνων. Sed ἦρχε M. K. F.

λ et τ IV. 21 λάξιν, τάξιν S. V. I. 206 τελεόμενα, λεγόμενα S. b. VII. 204 Τηλέκλου, Τηλέκτου M. K.

λλ et μ VII. 104 τἆλλα, ἅμα M. et tres alii codd. — I. 38 παραλαμβανόμενα, παραβαλλόμενα a. et F. superscr.

μ et ν I. 82 Χρόμιος, Χρόνιος c. — 200 αὐήνωσι, ἀνήμωσι S.

μ et θ VI. 33 Μεσαμβρίην, Θηλυμβρίην P. K. F. b.

μ et η I. 181 ἐν τῷ μὲν correxit bene Gronov. ἐν τῷ ἦεν codd. et Gaisf. εἶεν F.

ν et ις I. 78 Τελμησσέων M. Τελμισσέων Ald. Τελμινσέων e. (coll. I. 84).

ν et λ I. 124 ἀπέκτεινα, ἀπέστειλα F. textu.

ν et ι I. 57 εἰ τούτοισι, ἐν τούτοισι Ald. b. d.

ν et ρ I. 27 νησιώτῃσι (ν) ἐόντων, ῥεόντων S. — 109 φόνον, φόρον S. — 114 ἤντησε, ἤρτησε c. — 117 μόρῳ, μόνῳ S. — 185 ἀραιρημένα, ἀναιρημένα S. (coll. I. 191. VII. 83. IV. 66). — 188 Λαβυνήτου, Λαβυρίτου S. III. 36 φαίνων, φέρων d. IV. 71 ἀννήσου P. F. a. c. ἀρνήσου S. — 109 σισύρνας, σισύῤῥας S. V. 102 αἰνεθέντα, αἱρεθέντα S. VI. 21 Σκίδρον, Σκίδραν d. VII. 26 πόνον, πόρον V. S. marg. d. Vall. VIII. 71 ἤνετο τὸ ἔργον (ut I. 189) P. Steph. marg. ἤρετο F.

ν et γ I. 116 ἀνάγκας, ἀγκάλας S. IV. 80 νόμους, γάμους S.

ο et ε I. 24 μετιέντα, μετιόντα Ven. μετιοέντα b. — 26 πολιορκεόμενοι, πολιερκεύμενοι F. a. — 30 ἐπιστρεφέως, ἐπιστροφέως F. — 108 ἐπίτεκα Ald. R. a. c. ἐπίτοκα S. M. V. F. b. d., cf. et Var. Lectt. ad I. 111. 126. 129. II. 4. 7. 115. 149. III. 66. 121. VII. 28. IX. 33.

ο et υ εὔτυκτα I. 119. εὔτυκα P. F. a. (vide supra p. 44) εὔτοκα c. II. 77 κυλλήστις S. P. M. K. F. Paris. κολλήστις edd. III. 9 Κόρυς, Κόρος d. IX. 105 Εὐθύνου vulg. cum S. V. M. Εὐθόνου M. P. Ἐσθοίνου Ald. F. a. b. e.

ο et σ I. 45 ἐξεργάσαο, ἐξεργάσας S. e. II. 85 ἐπεζωσμέναι, ὑπεζωόμεναι S. ἐπεζωσμένοι, ἐπεζωόμενοι S. V. (cf. infra p 284).

ο et ρ II. 134 ποινήν, πρινήν S. V.

ο et ι VII. 77 Λασόνιοι, Λασίνιοι S. V. Vall. I. 216 γαλακτοπόται, γαλακτιπόται S. — (De ἀνεῖνται et ἀνέονται vide infra p. 322 sq.)

π et β III. 72 λαμπρόν, λαμβρόν F. VI. 126 γαμβρόν, γαμπρόν F. et 129.

π et τ III. 14 τίσοντες, πείσοντες f. I. 192 Τριτανταίχμῃ K. a. c. Τριπαναίχμῃ F. II. 94 ἀπιποῦσι, ἀπητοῦσι K. ἀπειτοῦσι Steph. marg. (ἀπειποῦσι Ald. a. F.) — III. 96 τήξας vulg. πήξας b. d. — V. 12 ἣν Πίγρης, Τίγρης S. (coll. VII. 98), cf. et Polyaen. VII, 3, 1. — V. 52 Τίγρις, ali. Τίγρης et Πίγρης; nisi quis hoc ex posteriorum usu in Herodoteam orationem male illatum esse contendat, neque pro

palaeographico lapsu habendum esse; quum Arrianus atque alii eundem fluvium, quem Herodotus constanter *Τίγρις Τίγριος* flectebat (cf. I. 189. 193. II. 150. V. 52, quare etiam VI. 20 *Τίγρις* est restituendum pro vulg. *Τίγρης*), vel *Τίγρης Τίγρητος*, vel *Πίγρης Πίγρητος* protulisse dicantur, cf. Eust. ad D. P. vs. 976 et Bernhardy ad h. loc. p. 792 *). IX. 87 *ἀναπλήσῃ* nunc recte vulg., olim *ἀνατλήσῃ*, sed vide Schweigh. lex. Herod. s. v. et Valck. ad VI. 12 et quem laudavit Paus. X, 28., et Stob. Serm. 119, p. 607 (Gesn.), qui Herodotea *ἀναπλῆσαι κακά* (V. 4) recte repetiit. Lob. ad Butt. gr. gr. II, p. 274 et p. 489.

ρ et β V. 42 *Θηραῖοι* sic M. K. P. F. a. b. Vall. *Θηβαῖοι* Ald. c. d. S. V.

ρ et ι I. 89 *ποιευμένοισι*, *πορευομένοισι* S. — 124 *πειρήσονται*, *ποιήσονται* S. — 133 *ποιεῦντι*, *παρεῦντα* alii.

ρ et κ I. 67 *λευρῷ* vulg. et sic Steph. Byz. s. v. *Τεγέα*, *λευκῷ* R. c. II. 45 *ἀπείρως*, *ἀπείκως* S. V.

ρ et λ III. 61 *προερέοντα*, *προελθόντες* S. — VII. 6 *προσωρέγοντο*, *προσωλέγοντο* b.

ρ et τ VII. 108 *ἀνιηρά*, *ἀνιητά* S.

σ et ξ I. 208 *συνέστασαν* vulg. cum P. *συνέσταξαν* S.

σ et θ IX. 80 *σάκκους*, *θάκους* F. VI. 33 *Μεσαμβρίην*, al. *Θηλυμβρίην* (vide supra p. 59) al. *Σηλυμβρ*.

σ et μ et εμ et ες, cf. Var. Lectt. ad I. 60. VI. 84. I. 36.

σ et λ III. 9 *ἐπέσαξε*, *ἐπέλαξεν* d. VI. 83 *Φιγαλεύς* S. Vall. P. e correct. *Φιγασεύς* F. Paris.

σ finale saepe cum sequente voce, a τ, π aut σ incipiente perperam conjunctum reperitur, ut I. 175 *οὖρος τειχίσαντες*, *ὁροστοιχίσαντες* K. Saepius etiam alterutrum σ omissum est: IV. 28 *τοὺς Σίνδους*, ut Holstenius bene correxit ad Steph. Byz. s. v. *Σίνδος* pro vulg. *Ἰνδούς*. IV. 86 *ἐκ τῆς Σινδικῆς*, sed codd. *Ἰνδικῆς*. IX. 15 *ἐς Σκῶλον* F. P. S. Vall. *ἐς Κῶλον* edd. vett. I. 194 *διφθέρας στεγαστρίδας*, *τεγαστρίδας* F. IV. 48 *Ροδόπης*, *Σκίος* . *Κίος* F. (coll. IV. 172.) I. 73 *παῖδάς σφι* P. F. a. c. d. e. *παῖδά σφι* M. b. — 110 *πρὸς Σασπείρων*, *πρὸς ἀπείρων* S. — 145 *πρὸς Σικυῶνας* M. K. *πρὸ Σικυῶνας* F. a. c. II. 73 *τῆς σμύρνης*, *τῆς μύρνη* S. — Sed I. 46 *ἐς Ἄβας*, *Σάβας* Ald. IV. 33 *τοὺς οὔρους*, *σούρους* S. VII. 173 *ἐς Ἅλον*, *Σάλον*. d. Similiter peccatum est V. 28 *ἡ Νάξος*, *ἣν ἄξιος* P. *ἣν ἄξος* S. Ceterum vide infra p. 103.

τ et γ I. 54 *ἀτελείην* M. R. F. a. b. c. *ἀγγελίην* d. e. et vulg. — 70 *ἦγον* (*ἄγον*), *ἧττον* S. V. — 58 *ἐμοί τε* Mss. et Ald. al., sed *ἐμοίγε* Reiskius bene emendavit, cf. et I. 60. 62. 114. II. 32.

τ et μ VI. 15 *τραχύτατα*, *τραχύματα* S.

---

*) Vide et Bekk. Anecd. II, p. 1423.

υ et αυ III. 154 ὑποχειρίην ποιῆσαι, αὐτοχειρίη edd. vett.
υ et ω I. 74 Λαβύνητος, Λαβώνητος e.
υ et γ II. 70 ὕγραι, αὖραι Ald. — 136 ἐγγεγλυμμένους S. V. εὐγεγλ. vulgo, εὐλελεγμέν. F.
υ et ν I. 24 σκευῇ, σανῇ c. — 111 κραυγανόμενον (pro κραγγανόμ, vide supra p. 44), κραυγανόμενον b. — 45 τῶν αὐτὸς ᾔδεε, ἐντὸς εἶδε d. III. 69 εὖδε (ηὗδε al.) ἣν δὲ F. — VII. 99 εὐδοξοτάτας, ἐνδοξοτάτ. Wessel. al. IV. 47 εὔυδρος vulg. ἔνυδρος S. V., quod idem ἔνυδρος Hennicke (de geographia Africae Herodotea p. 64) II. 7 reposuit, ubi codd. falso ἄνυδρος retinent, alii εὔυδρος scribunt.
φ et ϑ I. 58 ἀσϑενές, ἀσφενές Ald. e.
φ et β II. 127 Χεφρῆνα, Χεβρῆνα S. V. IX. 93 πρόφαντα, πρόβαντα S. V. Vall.
χ et κ II. 28 Κρῶφι, Χρωφί b. d. S. III. 62 ταχϑείς, τακτείς S. VIII. 122 Κροίσου, χρύσου S.
χ et δ II. 134 καταδέουσαν, καταχέουσαν F.
χ et λ I. 118 χόλον, λόγον F. S. b. VII. 23 λειμών, χειμών S.
χ et μ I. 207 τῆς χώρης M. K. F. a. c. τῆς μάχης b. d. R. S. V. Vall.
χ et ξ II. 29 οἴχεται nunc vulg. οἴξεται S. a. b. c. ἴξεται olim vulg.
χ et π II. 125 τὰ ἑπόμενα τούτων libri male exhibent omnes usque ad Bekkerum, qui recte ἐχόμενα reposuit.
χ et ψ II. 37 ψυχρῷ, χυϑρῷ S.
ψ et β II. 12 ψάμμον, βάμμον S.
ψ et τ I. 118 τύχης, ψυχῆς F.
ω et α I. 65 Λεωβώτεω, Λεωβάτεω R. a. c. F. e corr. II. 159 ἐν Μαγδόλῳ, Μαγδώλῳ F. a. Μαγδάλῳ b. III. 117 Θαμαναίων, Θωμαν. M. P. K. F. a. c. d. VII. 6 Λάσου, Λώσου S. V.
ω et αι I. 32 καλέειν κω, καὶ V. S. pr.
ω et ι I. 194 ἀπ' ὧν ἐκήρυξαν F. ἀπινεκήρυξαν M. K., etiam P, sed sine superscripto ε.
ω et η I. 35 κυρῆσαι vel ἐπικυρῆσαι codd. plerique; ἐπικυρῶσαι d. — 34 αἰχμῇ σιδηρέῃ (σιδηρήῃ V.) σιδηρώῃ F. pr. (I. 120 ἐπέζωσε S. M. K. ἐπέζησε Ald. F. a.) II. 86 μυξωτήρων, μυξητήρων d. — 119 μισηϑείς, μισωϑείς S. V. III. 31 τὴν ἐρωμένην, εἰρημένην S. V. Vall.

Ex compendiosa haud dubie scriptura confusa sunt I. 1 διαπελευσαμένους et διακελευσμένους codd. S. V. I. 64 πεπαυμένων et πεπαυσαμένων S. V. Saepe ex duabus compendiose in unam implexis litteris vel arcte inter se connexis prior leviter tantum et obscure significatur, ut partim cum alia quadam permutetur, partim alterutra omittatur. Hinc orta est fluctuatio I. 76 inter ἀγείρας et ἐγείρας codd. S. V. VII. 5 ἄγερσιν, ἔγερσιν codd. praeter Paris., quem ad locum vide Wesselingii notam. — VII. 19 ἐπάγερσιν, ἐπέγερσιν b. (coll. c. 48). — I. 153 ἔλλεσχα M. K. F. a. b. c. d.

ἤλεσχα Ald. ἄλεσχα vulg. — II. 37 πεσσόμενα, πασσόμενα S. III 41 Τηλεκλέος, Τημακλέος V. I. 166 ἀπεστράφατο, ἀπεστρέφατο M. (cf. et Var. Lectt. ad VII. 160. VIII. 84). — IV. 64 ἀποδερμάτων, ἀποδαρμάτων P. K. S. (cf. et Var. Lectt. ad I. 18. 77. 125. II. 7. III. 67. VI. 59. VII. 69. VIII. 134. IX. 8). VIII. 129 διοδοιπορήκεσαν, διοδοιπαρήκ. S. II. 77 ὀλυρέων, ἀλλυρέων S. V. I. 91 ἁμαρτάδα nunc vulg., alii ἁμαρτίδα, vide Interppr. ad Suid. s. v. ἁμαρτίαν et Herod. I. 119. VIII. 140.

Praeterea πάρισθι I. 118 recte vulgat. nunc, πάριθι Ald. S. a. b. c. (πάρειθι d.), cf. et Var. Lectt. ad I. 104. 110. 114. 125. II. 1. 173. IV. 37. 40. III. 94. VII. 79. IX. 26 et alibi.

E contrario una tantum littera immerito pro compendio duarum litterarum interdum habebatur: VII. 229 ἀλγήσαντα, ἀλογήσαντα M. P. K. S. d. VII. 143 ἔφη, ἔφθη S. IX. 120 ἐπιθεῖναι, ἐπιχθῆναι M. P. F. III. 155 διαθεῖναι, διαφθεῖναι S. I. 132 ὑποπάσας ποίην, ὑποσπάσας c. et olim vulg. — 188 οἰχώκεε φέρων, οἰσχόκεε S. — Nota litterae ν neglecta est I. 58 ἐθνέων πολλῶν, πολλῶ b. d.

Alia compendia inter se confunduntur: I. 66 χώρῳ, χρόνῳ Ald. c. e. R., cf. Bast. Comment. palaeogr. (post Greg. Cor. ed. Schaef.) p. 849. — Sic etiam χρή et χρόνῳ I. 88 permutata sunt, ubi vide Var. Lectt. — IV. 5 καταβῆναι vulg. cum A. B. S. V. (Eustath.) καταστῆναι M. P. K. F. b. d.

Compendia ων et ην I. 80 Φωκαίην (Φωκίην) Φωκίων d. II. 125 λελέχθω, λελέχθην S. V. — ω et οι II. 147 οἷοί τε ἦσαν, οἷω τε ἦσαν V. Sic saepius est variatum inter οὕτω et οὗτοι (οὗτος), cf. Bast. l. l. p. 828, et Var. Lectt. ad I. 72. II. 28. III. 62. 105. IV. 44. VII. 8, 1. — αι et ι I. 148 τελευτῶσι M. K. F. τελευτῶσαι Ald. — 80 Φωκαίην M. K. F. Φωκίην Ald. b. e. S. V. — 188 κομίζουσαι, κομίζουσι R. IV. 147 ἐπιτροπαίην, ἐπιτροπίην F. III. 117 Θαμαναίων (Θωμαναίων) alii Θωμανίων.

μαι et ναι I. 75 οὐ προσίεμαι, οὐδὲ προσιέναι S. V.

αι et εν I. 177 παρήσομεν M. K. F. a. c. παρήσομαι olim vulg. — Sic et αι et αν, cf. infra p. 99.

αι et ες I. 193 ἀλλ' ποιεῦνται S. et Bekk. ποιεῦντες vulgo, cf. Bast. l. l. p. 764.

μέν et μή I. 112 τοῦτο μὲν φέρων, μέν μή b., cf. Bast. l. l. p. 762.

ος et ον II. 93 οἶστρος, οἶστρον F. I. 91 οὐκ οἷός τε S. V. Schaef. Bekk. al. οἷόν τε Gaisf. al. — 99 ἑτεροῖος M. K. F. a. c. Alii ἑτεροῖον. — 63 θαρσέειν τε κελεύοντες καὶ ἀπιέναι ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ, sic ἕκαστον recte Bekk. al. ἕκαστος Ald. Gaisf. et Mss. pleriqne; ἕκαστοσ a. — IX. 14 πρόδρομον ἄλλην στρατιὴν Schweigh. al. πρόδρομος codd. — 34 αἰτεόμενον Schaef. Bekk., codd. αἰτεόμενος, cf. supra p. 25. sq.

ον et ες I. 108 παρεῖδες (πάρίδες b. d.) παρίδον S. — ον et α I. 88 μέτα, μετόν K.

ος et ους I. 85 χρησομένους, χρησομένος e. et vulg.

ους (et ου) et ικος. I. 60 τοῦ βαρβάρου ἔθνεος, τὸ βαρβαρικὸν ἔθνος c. (cf. Bast. p. 778).

ου et ω III. 78 πυλουροῖσι (πυλουργοῖσι F.) πυλωροῖσι Ald. S. V. VII. 237 ἐσσοῦται, ἐσσῶται S. VIII. 22 καταδουλούμενοι, καταδουλώμενοι S. II. 49 Τυρίου, Τύρεω S. V. IV. 190 κατίσουσι, κατήσωσι Ald., coll. II. 40.

ους et ως I. 144 μηδαμούς, μηδαμῶς Ald. II. 141 ἐξαιρέτους, ἐξαιρέτως S. VIII. 87 μετεξετέρους, μετεξετέρως b.

ου et ων I. 185 ἐκ τῶν Μήδων, Μήδου S. — 178 ἐούσης τετραγώνου, τετραγώνων b. d.

ου et ης I. 80 ἰδέην αὐτῆς, αὐτοῦ F. a. II. 100 σποδοῦ πλέον, σπονδῆς S. V. 82 ξύλου, ξύλης S.

ων et ειν I. 65 παραβαίνειν, παραβαίνων R. — 193 τὸ ἐκτρέφον, ἐκτρέφων c. b. ἐκτρέφειν d. — 116 καὶ κελεύων M. K. R. F. a. b. c. κελεύειν S. d. (κελεύει Schaef.), cf. supra p. 22.

ων et ως I. 49 ὦν, ὥς d. — — ων et ως cum λ superscripto: I. 82 τέλος δὲ, τέως K.

Praepositiones quaedam vel alia ex causa vel compendiosa ex scriptura facile a socordibus scribis permutari poterant; sic πρό et πρός I. 22 προαγόρευε, προςαγόρευε S., προςηγ. Ven. b. d., cf. et I. 41. 69. 84. 108. 123. 205. 207. VII. 51. — VI. 57 προςκεῖσθαι recte est vulg. (cf. Thom. Mag. s. v.), sed προκεῖσθαι praebent male M. P. K. b., cf. Schweigh. lex. Herod. s. vv.

De ἀποκρατέειν et ἐπικρατέειν vide Schweigh. lex. Herod. s. vv., eundemque de ἐπιτελέειν et ἀποτελέειν. — III. 67 ἐνιστάμενος recte nunc vulg. ἀνιστάμ. F. a. d. et olim vulg., cf. II. 147. VI. 59.

IV. 49 οὗτοι ἐκδιδοῦσι ἐς αὐτόν, quibus in verbis quum ἐκδιδοῦσι recte sit vulgatum, tamen Schweighaeusero (lex. Herod. s. v. ἐςδιδόναι) ex scholio invectum videbatur, putabatque ἐςδιδοῦσι, quod codd. nonnulli suppeditant, reponendum esse. Sed falso; ἐκδιδόναι tantum ἔς τι de fluviis sese in mare vel alios in fluvios exonerantibus dicitur, sed tamen et ἐςβάλλειν ἔς τι, quamquam Thom. Mag. p. 117, 19 etiam hoc rejecit (ἐκβάλλει καὶ ἐκδίδωσιν ὁ ποταμὸς εἰς τὴν θάλατταν, καὶ ἔξεισιν, οὐκ εἰςβάλλει οὐδὲ εἰςδίδωσιν οὐδὲ εἰςίησιν, ὡςαύτως καὶ ἐκβολὴ οὐκ εἰςβολή. — sed vide Lob. Aj. p. 189.). Eodem capite (IV. 49) leguntur ἐκδιδοῦσι ἐς τὸν Ἴστρον et ἐκδιδοῖ ἐς αὐτόν. I. 80 Ἕρμος ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν. — 189 ὁ Γύνδης ἐκδιδοῖ ἐς ἕτερον ποταμόν. Vide praeterea II. 22. 30. 34. 150. III. 9. 115. IV. 48. 52. 53. V. 118. VII. 26. 113. 198. Ita, ut nullo loco neque apud nostrum neque apud alios graecos scriptores verbum ἐςδιδόναι hoc in genere genuinum esse censeam, et statim vulgata ἐςδιδοῦσα et ἐςδιδοῖ IV. 50 (ἐς γὰρ δὴ τοῦτον — κρήνη οὐδεμία ἐςδιδοῦσα et ἡ χίων — ἐςδιδοῖ ἐς

τὸν Ἴστρον) in ἐκδιδοῦσα et ἐκδιδοῖ esse mutanda. Ac similiter Eust. Jl. β' p. 377=255 ad Herodotea VII. 128 respiciens: συμμίσγουσι δὲ τὸ ὕδωρ εἰς ταὐτό, καὶ δι' ἑνὸς αὐλῶνος στενοῦ ἐκρέουσιν εἰς τὴν θάλασσαν.

II. 181 ἀπολωλέναι F. V. R. S. Ald. Paris. ὑπολωλέναι M. P. K., et saepius alibi ἀπό et ὑπό confusa cernuntur. — II. 115 ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες, ἀπολαμβάνειν de iis dicitur, qui ventorum vi a proposito itinere prohibentur atque intercipiuntur, aliove deferuntur, cf. Wessel. ad h. l. Interppr. ad Plat. Phaed. init. p. 586. Suid. s. v. ἀπολαβόντες, ἐναποκλείσαντες. — IX. 114 ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες. Etiam de iis, qui alia quam ventorum vi intercluduntur et intercipiuntur ἀπολαμβάνεσθαι dicitur, cf. Schweigh. lex. Herod. s. v. — Nolim tamen VII. 170 scripturam Florentini codicis ἀπολαβόντα praebentis his in vulgatis verbis ὑπολαβόντα σφέας χειμῶνα μέγαν, in ordinem recipi, quum eodem fere modo Herod. I. 24 dixerit τὸν δὲ δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον, eademque sit ratio locorum IV. 179. VI. 27. VIII. 12. 96. 118.

Praeterea κατά et μετά (κ, μ) I. 84 κατ' αὐτόν M. S. V. K. μετ' αὐτόν e. et edd. vett. 130 μετεμέλησε, κατεμέλησε Ald. Sic etiam κατά et καί: I. 87 κατασβεσθῆναι, καὶ σβεσθῆναι. S.

παρά et περί I. 45 περὶ τὸ σῆμα M. F. a. c. Alii παρά. — 82 παραμένειν M. K. F. S. a. c. Alii περιμένειν. — 120 περιιοῦσα, παριοῦσα S.

πρός vel πρό cum παρά VI. 37 προηγόρευε S., cf. et I. 86. 141. 127.

ὑπό et ὑπέρ II. 123 τὰ λεγόμενα ὑπ' ἑκάστων Bekk., al., alii cum aliis ὑπὲρ ἑκάστων, quod plane rejiciendum est et a sensu hujus loci alienum. — I. 108 ὑπερθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι F. a. b. c. d. ὑποθέμενος male S. K. VII. 8, 1 ὑπερθέωμαι vulg. ὑποθέωμαι Steph. marg., sed constans est discrimen inter ὑπερτιθέναι et ὑποτίθεσθαι (suadere, suppeditare), quod et Suidas agnoscit, quum Herodoteam formam ὑπερθέντι (V. 32) bene interpretatus sit ἐξειπόντι, ἀνακοινωσαμένῳ (cf. s. v. ὑπερθέντι, ἐξειπόντι, ἀνακοινωσαμένῳ. Ἡρόδοτος, ὁ δὲ Ἀρταφέρνης, ὥς οἱ πέμψαντι ἐς Σοῦσα καὶ ὑπερθέντι τὰ ἐκ τοῦ Ἀρισταγόρεω λεγόμενα κ. τ. λ.), — ita, ut sine ulla haesitatione hanc ad normam eos locos vel omnibus codd. Mss. repugnantibus corrigere possis, qui in eam peccant, cf. locos a Schweigh. lex. Herod. s. vv. indicatos. Sic et ὑποθήκη (monitum, consilium) I. 156. 211. V. 92, 6. VII. 52. VIII. 58; verumtamen recte nunc VIII. 109 ἀποθήκην (refugium) μέλλων ποιήσεσθαι legitur pro vitioso ὑποθήκην olim vulgato.

Importune vero verba τὰς ἀποθήκας olim illata erant IX. 27 (ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀποθήκας τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐςβαλούσας), quae ab Aldina profecta neque ab ullo alio scripto libro agnita, unde essent orta nondum mihi quidem ad liquidum perducere contigit; nisi quis ea inde originem cepisse conjiciat,

quod proxime sequentia vocabula τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος, duobus postremis male connexis ac compendiose scriptis, negligenter repeterentur. Praepositiones enim si plene integrisque litteris scribuntur, saepe a librariis cum substantivo sequente connexae cernuntur; unde multae sunt ortae confusiones ac depravationes; id quod et de aliis plurimis temere connexis temereque distractis vocabulis valet. Sic I. 7 ἀπ' ὅτευ, ἀπότευ S. 38 ἔφη σε ὀλιγοχρόνιον, ἔφησεν ὀλιγοχρ. F. S. a. b. c. d. — 69 δι' ἀγγέλων, διαγγέλλων S. V. e. — 133 οὐκ ἀλέσι M. K. F. Athen. IV. p. 143. οὐ καλοῖσι c. et vulgo. — 137 οὐδένα κω λέγουσι, κολύουσι F. — 185 οἳ ἂν κομίζωνται, ἀγκομίζωνται S. — 98 ἓν πόλισμα. ἐμπόλισμα a. c. Similemque per errorem lapsi sunt qui IV. 145 πυρὴν ἔκαιον scripserunt cum codd. M. P. K. F. b. d. pro πῦρ ἀνέκαιον, quae praebent codd. S. V. a. c. Ald. et intelligentiores editores; et VIII. 19 πυρὴν ἀνακαίειν Ald. V. et πυρὰς καυσάμενοι S. pro πῦρ ἀνακαίειν codd. M. P. K. F. S. Paris. et πῦρ ἀνακαυσάμενοι, ut nunc quidem recte leguntur. Quare jam dudum perversa illa codd. et editt. scriptura πυρὴν καίουσι II. 39 mutanda erat in πῦρ ἀνακαίουσι. Cf. V. 19. I. 202. IV. 60. IV. 28., Eust. ad D. P. vs. 660., Interppr. ad IV. 145. et Ruhnkenium ad Hymn. Homeric. in Cerer. vs. 287.

Jam, ut vocis Θερμώδοντος compendiose scriptae litterae finales omissae sunt, si quidem haec est vera illius loci interpretatio, sic et aliarum vocum aut plane negliguntur aut male supplentur. Haec est causa creberrimae confusionis nominum Ἡρόδοτος, Ἡρωδιανός, Ἡρώδης, Ἡρόδωρος, de qua vide supra p. 17. — Eademque est ratio fluctuationis I. 141 inter ἀνενειχθέντων codd. M. K. F. a. c. et ἀνενειχθέντες vulgat. — 14 ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος, ἀναθήματος d. — 115 ἐπιτηδεώτατος, ἐπιτηδειότητος S. — 82 συνθέμεναι, συνθέντες S. — 140 ἑλκυσθῆναι, ἑλκυσθῇ vulg. — IV. 192 ὁμοιόταται, ὁμοιότηται F. — I. 122 ἐδέξαντο, ἔδεξαν S. I. 53 ἐχρέωντο, καὶ ἔχρεον S. V. (ἐχρέοντο Schaef. recte), cf. et I. 66. 71. 70. 69. 62. 47. 111. — I. 115 ἀμείβετο K. S. P. F. b. ἀμείβεται vulg., cf. et I. 120 et alibi. IV. 150 χρῆμα, χρήματα S. χρῆτα

μα d. II. 77 πάντων ἀνθρώπων M. P. K. F. ἀνδρῶν Ald. a. c. S. V. et Eust. ad D. P. vs. 262.

Permutantur voces τε, τὴν, τοῦ etc., quia compendiose sola littera τ praecedenti voci superscripta indicantur: I. 3 ἀπαιτέειν τε Ἑλένην, τὴν Ἑλένην S. V. et similia saepius alibi. — De permutatis vocibus οὕτως, οὗτος et οὗτοι similibusque jam supra p. 62 diximus; similiter etiam οὗτοι et οὐκ permutata sunt I. 14 οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, alii οὐκ ἐν τῷ κ. τ. λ., de permutatione enim litterarum τ et κ vide Kruegerum ad Dionys. Historiograph. p. 164 et Herod. VII. 143, ubi Reiskius bene ἐόντως emendavit pro codd. scriptura ἐόν κως.

Praeterea saepissime comparativi et superlativi confunduntur, quoniam simillimo compendio indicantur: II. 8 ἑωυτοῦ μακρότατον,

μακρότερον Ald. d. S. — 22 ἐς τὰ ψυχρότερα M. F. ψυχρότατα Ald. a. V. I. 81 χρόνον ἐπὶ μακρόν M. K. R., μακρότερον S. — 72 τὸ μὲν πρότερον ἤ vulg. πρῶτον ἤ S. (cf. Piers. Moer. p. 317).

II. 77 ὑγιηρέστατοι M. P. K. F. a. c. ὑγιέστεροι S. V. b. d. Eust. ad D. P. 262. (ὑγιέστατοι Ald.), sed Anecd. Bekk. p. 115, 7 ὑγιηρότατος ex Herod., quam formam omnino restituendam esse censeo, vide infra p. 226.

II. 156 θωυμαστότατον S. K. M. P. F. θωυμαστότερον alii cum c. male.

III. 3 τῶν παίδων τὸν πρεσβύτερον, πρεσβύτατον S. V. Vall. — 51 τὸν πρεσβύτερον, πρεσβύτατον P. K. F. VII. 16, 1 σφαλερωτέρην ἀναιρέο, quod solum est verum; sed σφαλερωτάτην S. V. K. (cf. et VII. 121. 223. VIII. 137. IX. 71. 115.). Et sic in Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 25 μακαριώτερον (τί γὰρ τούτου μακαριώτερον;) pro solo vero habeo, neque reponendum esse alterum μακαριώτατον, cf. et VIII, 4, 5.

Herod. III. 119 ὅς (ἀδελφεὸς) καὶ ἀλλοτριώτατός τοι τῶν παίδων καὶ ἔσσον κεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι, nihil varietatis e codd. Mss. allatum est, ac patrocinium hujus superlativi suscepit Gf. Hermannus (Opuscl. III, p. 168 sq.), qui optime quidem monuit, Graecos ibi superlativum pro comparativo posuisse, ubi haec duo simul indicare voluissent, et majus quid esse alio, et omnino maximum. Verumtamen ob ipsam hanc explicationem totamque Herodoteae orationis rationem indolemque huic loco comparativus ἀλλοτριώτερος multo accommodatior statimque cum Bekkero recipiendus esse mihi videtur; cf. et Wyttenb. ad Plut. T. VI, p. 690 et 944 sq. — Omninoque tota haec orationis forma Atticis magis, imprimis tragicis, in commotiore oratione adhibita, est aptior quam nostri facile decurrenti sermoni; cf. exempla ab Herm. laudata l. l. et ad Vig. p. 718 sq. et Poppo Thucyd. Vol. I, p. 172 sq. Hinc creberrime grammatici veteres praeceperunt, Atticos superlativum pro comparativo ponere consuevisse.

Ac nolo aut II. 25 πλεῖστα θωυμάσια cum codd. M. P. K. F. pro πλέω θωυμάσια ἔχει ἢ ἄλλη cum codd. S. V. R. A. B. Ald. Bekk. al. scribi, aut scripturam καὶ οὐ προσώτατα II. 103 cum quibusdam codicibus et Hermanno l. l. substitui unice verae καὶ προσώτατα.

Alia autem est res in Herodoteis verbis (IX. 26) δίκαιον ἔχειν — ἤπερ, ubi solito more μᾶλλον est supplendum (cf. Bernhard. Synt. gr. p. 437 Not. 86), quod alias, ut IX. 27, clare est expressum: ἡμῖν πατρώϊόν ἐστι πρώτοισι εἶναι μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι, ubi μᾶλλον minime omittendum erat, neque hinc concludendum, Herodotum ibi superlativum cum ἤ adhibuisse pro comparativo. I. 134 οὗτοι δὲ καὶ τῶν ὁμούρων, οἱ δὲ μάλα τῶν ἐχομένων sic vulgo Bekk. et al., sed cod. F. Schweigh. Gaisf. exhibent μάλιστα; nec Schweigh. (lex. Herod. s. v. μάλα) rationem notionemque hujus dictionis est assecutus. Neque enim μάλα hoc loco idem valet ac praecedens istud καί, sed denotat abruptum quendam sermonem, ut alia om-

nia orationis membra per vocabulum illud μάλα comprehendantur, latine: et sic porro, deinceps, usque. Rem, puto, conficit hic locus I. 181 καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρι οὗ ὀκτὼ πύργων. Cf. et VII. 186 καὶ μάλα ἐν τοῖσι ἄλλοισι πλοίοισι. Ad hunc vocis μάλα usum, a lexicographis nostris plane neglectum, proxime alius quidam ejusdem vocis accedere mihi videtur, ex quo tragici imprimis poetae voculae αὖ vel αὖθις in re repetita μάλα cum emphasi quadam adjecerunt, ut ὤ μοι μάλ' αὖθις Aeschyl. Agamem. 1318. Eumen. 245. Choeph. 643. Soph. Electr. 1408. Euripid. Hecub. 1028 (Porson), et solum μάλα sine adjecto αὖθις est Aesch. Pers. 1002 οὐ μάλα καὶ τόδ' ἀλγῶ, cf. Reisig ad Soph. Oed. Col. p. CLXXVII.

Porro πόλεμος πολέμιος aliaque multa vocabula in ος et ιος desinentia saepe eodem compendio scribuntur, indeque saepe confunduntur (cf. Bast. p. 791 et p. 834. Kruegeri Dionys. Hist. p. 296), quamvis alia etiam segnitia librariorum ac socordia huic confusioni possit subesse.

IV. 134 ἀντιπολέμων S. Bekk., sed ἀντιπολεμίων Gaisf. al. plane rejiciendum, ut IV. 140 ἀντιπολεμίους Gaisf. al. pro ἀντιπολέμους S. V. Bekk., quae forma ἀντιπόλεμος et Hesychii glossa: ἀντιπολέμους πολεμίους confirmatur et locis VII. 236 et VIII. 68, 2, ubi summo omnium librorum consensu ἀντιπολέμων exstat scriptum. Contrariam in partem peccatum est I. 204, ubi in vulgatis verbis κατὰ τοὺς πολέμους codices S. b. male πολεμίους praebent. VII. 154 ἐν τούτοισι τοῖσι πολέμοισι Vall. et recentiores editor., sed codd. et edd. vett. male πολεμίοισι.

V. 63 jam inde ab Aldina usque ad recentissimam quamque Herodoti editionem propagatum est vitium, ex quo ξεινίους (ξεινίους σφι ἐόντας τὰ μάλιστα) per ι perperam scriptum exstat pro ξείνους, quum Herodotus eadem de re agens V. 90 et 91 (et Plut. de Malig. Herod. c. 23 Hutten) ξείνους σφι ἐόντας dixerit et ξείνους ἐόντας ἡμῖν τὰ μάλιστα. Cf. et IX. 11. I. 22. 20 (Περίανδρον ἐόντα Θρασυβούλῳ ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα). Thucyd. II, 13 et alibi alii; cf. et Schaef. ad Greg. Cor. p. 556. — III. 49 εἰ — φίλα ἦν recte vulgat., φιλία male S. V., neque opus est cum Bekkero φίλια malle scribi; sic φίλα ποιέεσθαι dicitur, sed φιλίους λόγους aliaque id genus, cf. Schweigh. lex. Herod. s. v. et Stallb. ad Plat. Remp. III, 414 B.

VII. 46 γνώμην ἀπεδέξατο ἐλευθέρως recte vulgat. neque recipienda scriptura codd. S. V. ἐλευθερίως; ac retinendum est ἐλεύθερον VII. 103 (ἀνειμένοι ἐς ἐλεύθεροι) confirmatum a codd. a. c. d. S. (Ald. Schaef. Bekk. al.), ubi Wessel. M. P. K. b. ἐλευθέριον.

Sed I. 116 ἡ ὑπόκρισις ἐλευθεριωτέρη ab Aemil. Porto (lex. Jon. s. v. ὑπόκρισις) optime contra codd. auctoritatem, ἐλευθερωτέρη male praebentium, ἐλευθεριωτέρη est correctum. Nam ἐλευθέριος est liberalis, ingenuus, praecipue ubi non ingenuo opponitur;

sic isto in loco responsio erat ea, quae magis ingenuum deceret quam servi filium, vel magis erat ingenua, quam quae a servi filio reddi potuisset. Vide et Plut. Themist. c. 2 (p. 13 Sintenis) ἐν ταῖς ἐλευθερίοις καὶ ἀστείαις λεγομέναις διατριβαῖς. Quamquam ἐλεύθερος etiam interdum notionem ingenuitatis habet, veluti hoc in Suidae loco. s. v. ἀνεστηκώς· ἐλεύθερος δὲ ὢν καὶ ἀνεστηκὼς ἐκ παιδὸς τὴν ψυχὴν γενόμενος.

Simile est discrimen intèr καθαρός et καθάριος (mundus) et καθαριότης (mundities); sic II. 37 τὰ αἰδοῖα περιτάμνονται καθαριότητος εἵνεκεν, προτιμῶντες καθαροί (?) εἶναι ἢ εὐπρεπέστεροι, quibus in verbis recte καθαριότητος vulgatum est (καθαρειότητος a. c.) ac merito rejectum καθαρότητος codicis S., quare jam dudum proxime sequens καθαροί in id, quod solum est verum, καθάριοι mutandum erat. Saepe enim adjectiva in ιος desinentia, opposita adjectivis in ος exeuntibus, animum denotant propensum ad id, quod primaria ejus vocis forma significat; sic τρόπου ἡσυχίου Herod. I. 107, sed VIII. 65 ἔχ' ἥσυχος (cf. et Valck. ad Xenoph. Mem. Socr. II. 1, 22), unde et adjectiva cum nomine Ζεύς aliorumque deorum conjuncta plerumque in ιος terminata sunt: Ζεύς ξένιος, ἐλευθέριος III. 142. κτήσιος, ἑταιρήϊος I. 44. Suid. ξεινήϊος, φιλικὸς καὶ ξενήϊος Ζεύς. — Cf. Buttm. gr. gr. II, p. 445.

I. 1 Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι recte vulg. et sic hoc ex loco Pollux II, p. 96, 44. Ptolemaeus Heph. III, p. 314 (Gale), sed cod. d. λόγοι et Plut. de Malig. Herod. c. XI. Περσῶν δὲ τοὺς λόγους μαρτυρεῖν φήσας, ὅτι κ. τ. λ.

II. 25 omnes libri ὑετώτατοι ἄνεμοι retinent; sed quum Buttmannus jam (gr. gr. I, p. 273) merito dubitasse videatur, num recte Herodoto gradus comparationis dictionis ὑετὸς ἄνεμος tribui possent, et constanter alibi adjectivi forma ὑέτιος legatur (cf. Theophr. de ventis, p. 403 ἄνεμος ὑέτιος, p. 758 [Schneider] τὸ δὲ ὑέτιον καὶ αἴθριον, — Plut. Quaest. Nat. 2 ὕδωρ ὑέτιον, — etiam νότος ὑέτιος et ἀτραπὸς ὑέτιος, similiter νότιοι Herod. IV. 37 ὑπερνότιοι IV. 36. ὀμβρίου ὕδατος II. 25. χειμεριωτάτους μῆνας II. 68), videndum est, ne ὑετιώτατοι ipso ab Herodoto profectum reponendumque sit. — I. 32 μέγα πλούσιος ἀνόλβιος δέ recte nunc vulgat., sed codd. F. b. e. Ven. S. pr. m. cum Stob. Serm. 103, p. 564 (Gesner) habent ἄνολβος, quae poetica est forma (cf. Interppr. ad Soph. Aj. 1156 ed. Lob., Antig. 1013 ἄνολβος et Herod. I. 85 in oraculo ἐν ἤματι ἀνόλβῳ) neque unquam ipsam in Herodoteam orationem inferenda; quare etiam ἀνόλβου eodem capite (I. 32) a codd. F. b. S. pr. et Stob. l. l. praebitum posthabendum est alteri atque vero ἀνολβίου.

Praeterea quum et συμβουλή syntheton et συμβουλίη parasyntheton recte dici possit (cf. Lob. Parerg. I, p. 531) et Herod. I.

157 omnes συμβουλῆς retineant, non id sollicitandum esse censeo, quamquam frequentius noster formam συμβουλίης usurpavit; vide Schweigh. lex. Herod. s. v. et Interppr. ad III. 1. — Et sic συμβουλίη dixit Plat. Legg. XII, 965 A. Xenoph. Cyrop. I, 6, 2. Memorab. I, 5, 4. Polybius V, 12, 6. Sed συμβουλή Plat. Gorg. 455 C. 520 D. Protag. 313 A. Xenoph. Anab. 5, 6, 4 et 11 et alii alibi.

Verum, quod I. 35 pro recte vulgato συμφορήν in cod. F. reperitur συμφορίην vereor ut revera fuerit veterum in usu, quamquam et μισθοφορά et μισθοφορία frequentabatur, vide Lob. Parerg. p. 491. — (ἑσπέρης II. 31. ἑσπερίης F.) — Aeque rejiciendum est ἀμφιστόμιον III. 60 codicis S. pro recte vulgat. ἀμφίστομον, quod solum a graecis hominibus frequentatum esse videtur, cf. Soph. Oed. Col. vs. 474. Arrian. Anab. 5, 17, 1. Polyaen. Strat. I, 49, 2 (p. 38 Coraes): τάξας ἀμφίστομον τὴν φάλαγγα. Plut. Crass. 23. Aristot. Hist. Anim. 9, 40 ἀμφίστομοι θυρίδες.

Sed ἰθυμαχίῃ IV. 102 (ἰθυμάχῃ F. M.) II. 87 τὴν κεδρίην (S. V. b. d. κέδρην).

III. 86 ἐξ αἰθρίης vulg. αἴθρης S. — Thom. Mag. p. 367, 4 ὕπαιθρον μὴ λέγε, ἀλλ' ὑπαίθριον, idem Phryn. p. 251, ubi vide Lobeckium, qui ὑπαίθριος recte laudavit ex Herod. II. 62. VII. 119 στρατιὴ ὑπαίθριος. Sed ὕπαιθρος εὐνή Hippocrates et alii. — De ἐπίνικος et ἐπινίκιος vide eundem Thomam Mag. p. 164, 9.

Th. Mag. p. 375, 15 ὑπόψηφος μὴ ὑποψήφιος, sed significatione haec inter se differunt, quorum illud ὑπόψηφος de eo dicitur, qui creari potest, hoc autem ὑποψήφιος de eo, qui clam et occulte creatus est. Sed alia etiam similia Thomas Mag. apponere poterat, veluti ὁμόψηφος μὴ ὁμοψήφιος vel σύμψηφος μὴ συμψήφιος (cf. Lob. Phryn. p. 2). Et sic dixit Herod. ὁμόψηφος VI. 109. VII. 149. Andocid. 2 sub fine. Lysias 13, 94. Lucian. in bis accus. 35. Philops. 20.

Thom. Mag. p. 298 sq. οὐ μόνον παράλιος χώρα, ἀλλὰ καὶ πάραλος. Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἑβδόμῃ (c. 161) πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν εἴημεν ἐκτήμενοι. Sic etiam Soph. Aj. 413 (Lob.) πάραλα ἄντρα. Euripid. Jon. 1584 χέρσους τε παράλους. Aristoph. Acharn. 1158 ἡ δὲ (τευθὶς) ὠπτημένη σίζουσα πάραλος. Et nomen proprium Πάραλος Thucyd. II, 55., sed idem c. 56 ἐς τὴν παραλίαν γῆν. Aesch. Prometh. 573 τὰν παραλίαν ψάμμον. Soph. Aj. 1065 ὄρνισι παραλίοις. Polyaen. I, p. 25 (Coraes) δῃώσουσι τὰ παράλια τῆς Λακωνικῆς, sed I, p. 35 ἡ Πάραλος et III, p. 79 ἐν τῇ παράλῳ.

Vocabula ponderalia et mensuralia iota formativum recipiunt ante terminationem αῖος, ut παλαιστιαῖα Herod. I. 50, cf. Lob. Phryn. p. 296, Parerg. p. 543 et 549. Sed perverse pro vulgato μῦς ἀρουραίους II. 141 in codd. S. V. ἀρουριαίους legitur. Verum πηχυιαῖα II. 48 et πηχυιαῖον II. 78 et VIII. 55 pro vulgatis πη-

χυαῖα et πηχυαῖον reponenda esse, eo certius esse videtur, quo magis contra vetustiorum usum Theophrastum διπηχυιαῖος, Tzetzen πεντηκονταπηχυιαῖος usurpasse constat; vide Lob. l. l.

I. 36 τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα vulg., sed cod. d. Μυσίων. — 193. οἱ ὄλυνθοι vulg., ὀλύνθιοι d. I. 24 ἑδωλίοισι (vide Suid. s. v.), ἑδώλοισι M. et F., sed in hoc superscriptum est λίοισι. VII. 28 γεωπεδίων P. V. K. F. a. b. Bekk. al. et recte, γεωπέδων S. γεοπόδων edd. vett.

I. 72 ἔνθεν μὲν Συρίους Καππαδόκας ἀπέργει omnes libri praeter cod. e., qui falso Σύρους praebet. Etenim qui ad fluvios Halyn, Parthenium, Thermodontem habitantes a barbaris Cappadoces appellati sunt, eos Graeci Σύριοι nominabant, sic Herod. I. 72 οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται, et paullo post: ἦσαν δὲ οἱ Σύριοι οὗτοι. I. 76 τῶν Συρίων et Συρίους recte est editum. II. 104 Σύριοι δὲ οἱ περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμόν. III. 90 Παφλαγόνων καὶ Μαριανδυνῶν καὶ Συρίων vulg. (Ἀσσυρίων b. d.). — VII. 63 οὗτοι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι. — V. 49 Φρυγῶν ἔχονται Καππαδόκαι, τοὺς ἡμεῖς Συρίους (συνορίους F.) καλέομεν. Quare haud dubie VII. 72 pro vulgato Σύροι (οἱ δὲ Σύροι οὗτοι ὑπὸ Περσέων Καππαδόκαι καλέονται) rescribendum est Σύριοι; et eodem capite paullo post pro Σύρων (Μαριανδυνῶν καὶ Λιγύων καὶ Σύρων) reponendum Συρίων; et quod eodem capite paullo supra jam olim editum erat Σύριοι, est restituendum contra auctoritatem codicum M. P. S. V. F. Paris. Σύροι praebentium; quamquam etiam I. 6 in vulgata Σύρων (Σύρων καὶ Παφλαγόνων) omnes libri consentire videntur; sed persuasissimum mihi est, Συρίων ibi solam esse genuinam scripturam, vulgataeque substituendam, neque Strabonem XII, p. 819 (544), Eustathium ad D. P. vs. 784 (coll. ad vs. 772, 775, 784, 846), scholiasten Apoll. Rh. II, 947 (τὸν Ἅλυν ποταμὸν μεταξὺ Σύρων [sic] καὶ Παφλαγόνων ῥέοντα φησὶν εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκδιδόναι πόντον), qui hos Σύρους nominaverunt, quidquam ad hanc meam sententiam redarguendam valere, quum hi partim suam dicendi consuetudinem sequuti sint, partim jam vitiosa Herodotea exemplaria adhibuerint. Et Strabo quidem, qui ex editione Casauboniana omnes illas gentes communi comprehendit appellatione Σύρων; — nam qui libr. XIV. p. 669 A. nominantur Σύριοι (οὐδ' οἱ Σύριοι δὲ φίλιοι ἦσαν αὐτοῖς), hi, si illa scriptura esset genuina, Syri insulae incolae essent, sed multo praestat aliorum codicum scriptura οὐδ' οἱ Ῥόδιοι, — Strabo igitur, aliique multi Graecorum scriptores, qui aut non distinxerunt inter varias appellationes, aut, si distinxerunt, id suo ex arbitrio modoque fecerunt (veluti Dionys. Perieg. vs. 904, ubi vide Bernhard., Joseph. Antiqq. VIII, 1031. ctr. Apion. I, 21. Africanus apud Euseb. Praep. X, 10, p. 490), nos non multum adjuvant ad Herodoteam genuinam scripturam eruendam; neque etiam Eustathii commentarii ad D. Perieg., quamvis multa hac de re col-

lecta collataque contineant, rem plane conficiunt, quum ejus scripturae e libris jam depravatis desumptae esse possint, quam suspicionem quum alia tum ea confirmare videntur, quae in adnotatione ad vs. 854 leguntur: Ἡρόδοτός (VII. 91) φησιν, ὅτι Παμφύλιοί εἰσι τῶν ἐκ Τροίας ἀποσκεδασθέντων μετὰ Ἀμφιλόχου καὶ Κάλχαντος. Nunquam vero Herodotus illos Παμφυλίους dixit, sed ubique Παμφύλους, ut I. 28. III. 90. V. 68. VII. 91 bis; quamquam etiam in interpretatione Dionys. Perieg. a Prisciano facta libri inter se dissident, nam in verbis illis sic recte vulgatis: Usque ad Pamphylos — praebent duo libri A. C. Pamphylios.

Sed Gronovii sententiae ad Herod. II. 104 propositae, Συρίους cum ῐ ibi tantum scribendos esse, ubi de iis, qui a Persis Cappadoces nominati sint, agatur, magis accedo, id unum addens, etiam eos, qui a barbaris Ἀσσύριοι, a Graecis Σύριοι vocabantur, sic recte cum ῐ scribi (cf. Eust. ad D. P. 774), praesertim quum uno illo in loco (VII. 63), quo illi ab Herodoto memorantur, omnes libri istam in scripturam conspirent, neque aliunde mihi quidquam sit notum, quod huic scripturae adversetur. Ac nescio an etiam ii, qui Arabiae oram maritimam incolebant, ab Herodoto Σύριοι vocati sint; nam II. 12 omnibus in libris exstat haec scriptura: τῆς γὰρ Ἀραβίης τὰ παρὰ θάλασσαν Σύριοι νέμονται, etiam Eustathii (ad D. P. 774) testimonio confirmata: λέγει (Ἡρόδοτος) δὲ καὶ Ἀράβων τὰ περὶ θάλασσαν Συρίους νέμεσθαι, quamquam et II. 30 πρὸς Ἀραβίων καὶ Σύρων nunc vulg. cum a. b. d. S. Vall., ubi Ἀσσυρίων F. c. et edd. vett., et III. 5 αὖτις Συρίων (sic F. S. V.) μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, pro Συρίων nunc vulgo Σύρων editur. — Sed id constat, nomen Syrorum in Palaestina et Syria habitantium semper apud Herodotum sine ῐ esse scribendum Σύροι (cf. Bernh. ad D. P. p. 773), sic II. 104 Σύροι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ nunc vulg. cum M. P. F. b. c., ac plane rejiciendum est, quod praebent Ald. al. cum S. K. a. d. Σύριοι. III. 91 ἐν οὔροισι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων. Nec ullo modo ferendum est vulgatum Συρίοισι VII. 89 (σὺν Συρίοισι τοῖσι ἐν τῇ Παλαιστίνῃ), sed procul dubio in Σύροισι mutandum. II. 159 καὶ Σύροισι συμβαλὼν recte vulgat., sed Συρίοισι S. V. III. 5 ἥ ἐστι Σύρων τῶν Παλαιστινῶν καλεομένων recte nunc vulg. cum M. P. K. F., ubi Ald. al. cum S. male Συρίων.

Ad compendia eorumque inter se permutationes est referendum, quum numeri cardinales et ordinales aliique commutantur, et litterae numeros significantes, qua de re vide Bast. l. l. p. 850—854; et Herod. I. 50 τρίτον ἡμιτάλαντον, ubi olim τρία ἡμιτάλαντα male erat vulgat.; cf. Interppr. ad h. l. et ad I. 51.

Saepe vero iisdem notis compendiisque scribebantur eae litterae ac syllabae, quae eodem sono pronuntiatae sunt, crebraque inde earum permutatio. Quae res nos ad vitia ex mala quadam pronuntiatione profecta ducit, imprimis ad ea, quae ex recentiore voca-

les quasdam ac diphthongos indistincte pronuntiandi ratione nata esse videntur. Sic syllabae finales ειϛ (ιϛ), ειν (ιν), ηϛ (ιϛ), ην, ιν, eadem nota eodemque sono usurpatae permutantur: I. 24 ταφῆϛ, ταφείϛ S. V. VII. 9 ἀδικίηϛ, ἀληθείϛ S. (vide supra p. 57.). I. 15 πλήν, πρίν C. V. Ven. S. pr. — 30 γῆν πολλὴν, τὴν πόλιν Vaticanus unus. — 189 ἐϛ Τίγριν recte vulg. Τίγρην F. S., item 193., cf. supra p. 60. — II 2 ἐπαγινέειν, ἀπαγινέην S. VIII. 135 γράφειν, γράφην P. — Praeterea φήμην et φῆμιν hoc modo sunt confusa, quum nominativi φήμη et φῆμιϛ nusquam Herodoteis in libris varient. Sed φήμη apud nostrum est omen *), sic I. 43 ἐξέπλησε τὴν φήμην nunc vulg., ubi alii cum S. et Schaef. φῆμιν. III. 153 πρὸϛ ταύτην τὴν φήμην vulg., φῆμιν male S. Et φήμη hoc significatu positum habes V. 72. IX. 100 ter. 101 bis. Praeterea φήμη apud nostrum idem valet ac φάτιϛ, rumor, fama, sic I. 31 τῷ τε ἔργῳ καὶ τῇ φήμῃ. IX. 17 διεξῆλθε φήμη, neque variatur his in locis; et ipsum illud φάτιϛ sine varietate apud nostrum legitur I. 60. 122 bis. II. 102. VII. 3. 189. VIII. 94. IX. 94., ita, ut nunquam Homericum, ab Eust. ad Hom. Od. ω', vs. 201 **) Ἰωνικόν tantum appellatum, φῆμιϛ a nostro sit usurpatum.

Sed non finales solum hujus generis litterae vel syllabae inter se permutatae inveniuntur, verum etiam quavis in alia vocis parte obviae ut: η et ι. I. 86 πυρὶ διδοίη M. S. K. R. F. a. c. d., πυρῇ olim vulg. — 74 Λαβύνητοϛ, Λαβύνιτοϛ S. d. III. 58 μιλτηλιφέεϛ, μιλτηληφέεϛ F. μιλτηλοιηφέεϛ S., cf. Lob. Parerg. p. 572.

Eodemque est referenda fluctuatio inter ἀπηγμένα, ἀπιγμένα vel ἀπηγημένα II. 28 in verbis δύο οὔρεα ἐϛ ὀξὺ τὰϛ κορυφὰϛ ἀπηγμένα, ubi Schaef. Bekk. al. recte ἀπηγμένα retinent, ut VII. 64 κυρβασίαϛ ἐϛ ὀξὺ ἀπηγμέναϛ cum codd. P. F., sed Schweigh. Gsf. al. male ἀπιγμέναϛ. Eodemque modo apud Paus. IX, 38 §. 2. recte legitur κορυφὴ οὐκ ἐϛ ἄγαν ὀξὺ ἀνηγμένη, conf. et Diod. Sic. I, p. 148. Athen. XI, 54. Bekk. Anecd. I, p. 402, 24 ἀνηγμένοϛ, ηὐξημένοϛ et Suid. s. v. ἀνηγμένοϛ. — Nec tamen haec orationis forma cum aliis huic similibus est commutanda, ut I. 79 ἐϛ ἀπορίην πολλὴν ἀπιγμένοϛ, ubi in codice P. ad ἀπηγμένοϛ aberratum est; vide alia exempla a Schweigh. lex. Herod. s. v. ἀπικνέεσθαι laudata, et Var. Lectt. ad II. 57. 52. 58.

Huc etiam pertinent creberrimae permutationes terminationum futuri et aoristi primi ησω et ισω, ησα et ισα: I. 11 ἐπιχειρήσο-

---

*) Neque inest vocabulo φῆμιϛ ominis notio, sed simpliciter fama, rumor eo denotatur, cf. Eust. Od. σ', vs. 117 χαῖρε δὲ κλεηδόνι δῖοϛ Ὀδυσσεύϛ, φήμην δηλαδὴ τὸν λόγον δεξάμενοϛ. ὅ ἐστι μαντείαν τινά, ἐπὶ τοιαύτηϛ γὰρ σημασίαϛ, καθάπερ ἡ ὄσσα καὶ ἡ ὀμφή, οὕτω καὶ ἡ κληδὼν καὶ ἡ φήμη, θεία τιϛ καὶ αὐτὴ λέξιϛ οὖσα. οὐ μὴν καὶ ἡ φῆμιϛ. ἐκείνη γὰρ λαλίαν ἁπλῶϛ ἀνθρωπίνην δηλοῖ. Vide et ad Jl. κ', vs. 207.

**) Ἐν δὲ τῷ χαλεπὴν φῆμιν ὄπασσε φανερῶϛ ἡ φῆμιϛ ἐστὶν Ἰωνικῶϛ καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ.

μεν, ἐπιχειρίσομεν Ald. c. 103 ἐλόχισε κατὰ τέλεα F. a. c. ἐλόχησε S. K. b. d. Suid. et Zonar. 129 ἐθοίνησε F. c. Schaef. Bekk. al. ἐθοίνισε Ald., vide Valck. ad h. l. et Suid. gloss. θοινάω, θοινᾶσαι. — V. 71 ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε et sic hoc ex loco Eust. Jl. β', p. 165=124 (Ἡρόδοτος, ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε), sed ἐκόμισε S. b. VIII. 46 ἀλογήσαντες vulg. ἀλογίσαντες d. (coll. III. 125. VIII. 116 et Var. Lect. ad Plat. Remp. X, p. 607 B.). Vide et Var. Lectt. ad I. 144. 47. II. 121, 4. 135. IV. 144. VI. 22. VII. 153. V. 58. IX. 96. I. 170.

VIII. 134 ξεῖνόν τινα κατεκοίμησε ἐς Ἀμφιάρεω alii recte, ut puto, cum F., κατεκοίμισε alii cum S. et vulgo. Herodotus enim Homericum verbi κοιμᾶν usum magis secutus (cf. Hom. Od. 3, 397. 4, 336. 17, 127) hoc loco κατεκοίμησε eo significatu usurpavit, quo indicaret, Myn illum non ipsum pernoctasse in Amphiarai templo, sed peregrinum quendam ibi collocasse in cubili, sive peregrinum quendam pro illo ibi pernoctare jussum esse. Quo in verbo composito praepositio κατά significat κατὰ τὴν νύκτα, similiter ac IX. 93 κατακοιμήσαντος τὴν φυλακήν, ubi unus cod. S. primum quidem κατακοιμίσαντος perperam scriptum habet, sed statim in κατακοιμήσαντος mutatum est; et mox τὴν φυλακὴν κατακοιμήσαντα. Alii quidem, ut Xenophon (cf. Sturz lex. Xenoph.), verbum κοιμίζω et κατακοιμίζω hoc in significatu adhibuerunt (vide et Polyaen. Strateg. II, 9 Ἐπαμινώνδας — τὸ στράτευμα κατεκοίμισεν ἐπ' αὐτῷ τῷ Ὀνείῳ. VII, 17, 1. κατακοιμισταί, de quibus vide Wessel ad Diod. Sic. XI, 69.), sed, ut Homerica carmina hanc verbi formam ignorant, sic et noster eam nondum usurpasse censendus esse videtur. Et VIII. 134 sub fine dixit: οὐκ ἔξεστι οὐδενὶ αὐτόθι ἐγκατακοιμηθῆναι. I. 31 κατακοιμηθέντες ἐν τῷ ἱρῷ. IV. 7 ὃς ἂν ὑπαίθριος κατακοιμηθῇ.

I. 57 Πελασγῶν οἰκισάντων (condentibus) recte nunc vulg., sed Mss. et edd. ante Wessel. male οἰκησάντων scriptum exhibent; et sic VII. 143 sine variet. ἐκλιπόντας χώρην τὴν Ἀττικὴν ἄλλην τινὰ οἰκίζειν, cf. Thom. Mag. p. 261, 1: οἰκῶ οὐ μόνον τὸ κατοικῶ, ἤγουν οἰκῶ τόνδε τὸν τόπον — ἀλλὰ καὶ τὸ ὡσανεὶ διοικῶ. — οἰκίζω δὲ τόπον τὸ οἰκεῖσθαι ποιῶ καὶ οἰκίζω τινὰ ἐν αὐτῷ. Καὶ οἰκεῖται τόπος ἤγουν κατοικεῖται. οἰκίζεται δὲ ἤγουν εἰς κατοίκησιν ἐνεργεῖται καὶ κατασκευάζεται. Cf. et Pollue. IX, p. 418 (Seber) et Suid.: ἀνοικίσαι τὴν πόλιν, ἀντὶ τοῦ ἀνακτίσαι (quod κτίζειν χῶρον vel νῆσον saepius apud nostrum invenitur: II. 44 Θάσον ἔκτισαν [cf. Eust. ad D. P. vs. 517]. III. 49. 59. IV. 12. VI. 47. VII. 153. 170. VIII. 62).

VI. 33 ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην — Μεσαμβρίην οἴκισαν edd. Genev. Schaef. Bekk., sed Gsf. al. cum Mss. falso praebent οἴκησαν. — V. 42 ἀπικόμενος — οἴκισε (futurum huic respondens κτίσων paullo supra erat positum) χῶρον κάλλιστον vulg. cum S. V., οἴκησε F. — VII. 170 ἀπὸ δὲ Ὑδρίης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκίσαι recte Bekk. et al., alii cum S. male οἰκῆσαι. — I. 94

Τυρσηνίην ἀποικίσαι nunc recte vulg. cum M. F. K. a. ἀποικῆσαι Ald. R. c. ἀποικῆσαι Steph. — II. 154 τούτους — κατοίκισε ἐς Μέμφιν recte F., ubi edd. vett. et S. κατοίκησεν. Ibidem sine variet. τούτων δὲ κατοικισθέντων et πρῶτοι οὗτοι κατοικίσθησαν. — IX. 106 ἐβουλεύοντο, ὅκῃ χρεὼν εἴη τῆς Ἑλλάδος κατοικίσαι (scil. τοὺς Ἴωνας) recte nunc cum M. P. F., κατοικῆσαι Ald. S. — III. 149 συγκατοίκισε αὐτὴν (τὴν Σάμον) recte vulg., sed συγκατοίκησε S. Ac similiter dixit Herod. II. 121, 6 θυγατέρα συνοικίσαι. — I. 68 ἐνοικίσθη, sedes suas ibi fixit, cf. et II. 30 ἐξοικισθέντων et VII. 171 ἐξοικίζεσθαι. — Sed οἰκῆσαι recte vulgatum est IV. 179: ἑκατὸν πόλιας οἰκῆσαι, notione intransitiva: situm esse (ut II. 166 οὗτος ὁ νόμος ἐν νήσῳ οἰκέει, cf. Schweigh. lex. Herod. s. v.), et plane rejiciendum οἰκίσαι codicis. d. — VI. 90 Σούνιον οἰκῆσαι ἔδοσαν (ut ibi habitarent) recte vulg., sed perverse cod. F. οἰκίσαι, cf. II. 154 δίδωσι χώρους ἐνοικῆσαι. — II. 178 ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν ἐνοικῆσαι, cui ἐνοικῆσαι mox infra respondet οἰκέειν his in vulgatis verbis: τοῖσι δὲ μὴ βουλομένοισι οἰκέειν, ubi quod cod. P. ἐσοικέειν praebuisse dicitur, e scholio natum esse videtur. — Interdum aoristus οἰκῆσαι notionem occupandi habet, ubi non claris verbis de coloniis deducendis agitur: I. 1 ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χῶρον, τὸν καὶ νῦν οἰκέουσι. Cf. et IV. 116. — Et οἰκῆσαι absolute positum habitare, sedes habere fixas: IV. 105 οἴκησαν μετὰ Βουδίνων, cf. et I. 163. — Praeterea IV. 148 συνοικήσων τούτοισι, una cum his habitaturus, recte nunc vulg. cum S. P. F.; alii cum c. συνοικίσων (cf. Bernhard. ad Dion. P. p. 933). IV. 159 συνοικήσοντας Κυρηναίοισι Λιβύην vulg. cum S. P. F. Paris.; alii male συνοικίσοντας. VII. 164 μετὰ Σαμίων ἔσχε τε καὶ κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην. οἴκησε S. V., sed cod. b. male κατοίκισε.

Ad alia autem huc pertinentia transeamus. I. 70 ὑστέρησαν edd., ὑστέρισαν e. VI. 89 ὑστέρησαν Ald. Bekk. al. cum S., ὑστέρισαν M. P. F. Gsf. Eadem fluctuatio est in Thucydidis libris (I. 134. VIII. 44), in Xenophontis Anabasi (I, 7, 12. VI, 1, 18), quum Cyri disciplinae (ed. Poppo) nunc omnibus in locis ὑστερίζειν legatur (I, 6, 40. V, 3, 53. VIII, 5, 7. VII, 5, 46). Etiam ex iis exemplis, quae Lobeckius (ad Phryn. p. 237), quamquam alia in quaestione occupatus, attulit, concludi posse mihi videtur, uno eodemque tempore eodemque significatu et ὑστερεῖν et ὑστερίζειν in usu fuisse, ita tamen, ut apud posteriores scriptores formae verbi ὑστερίζειν praevaluerint. — Neque aliter res sese habere videtur de verborum usu ἀτρεμίζειν et ἀτρεμεῖν (cf. Thom. Mag. p. 24, 1: καὶ ἀτρεμῶ καὶ ἀτρεμίζω. Ἀριστείδης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ· ἐξῆγεν ἀτρεμιζούσῃ τῇ ψυχῇ), quamquam recte, puto, nunc in Herodoteo loco VIII. 68, 2, pro olim cum cod. S. male vulgato ἀτρεμέειν, e codd. K. F. futuri formam ἀτρεμιεῖν restitutam esse (Plut. hoc ex loco ἀτρεμήσειν), ut ἀτρεμίζειν, uno loco excepto, ubique apud nostrum scriptum exstat: I. 185. 190. VII. 18. IX. 74. Is

unus autem locus est VII. 8, 1., ubi omnes ἠτρεμήσαμεν (οὐδαμά κω ἠτρεμήσαμεν) exhibent, cui librorum consensui ego contradicere non audeo, quamquam negari non potest, hoc in significatu quiescendi, pacem servandi magis verbum ἀτρεμίζειν frequentatum esse. Cf. praeter locos Herodoteos jam laudatos etiam interppr. ad Theogn. vs. 303. — Eidem socordiae debetur perversa scriptura ἄρτησις codicis S. I. 195 pro vero ἄρτισις, — καταρτήσω codicum F. a. b. V. 106 pro vero et cum S. vulgato καταρτίσω (vide et IV. 161. V. 28. 29 et Pollux I, 143, p. 41, 31 Seber), quare et IX. 66 in verbis nunc recte vulgatis ἤϊε κατηρτισμένος altera scriptura codicum F. a. d. κατηρτημένος vel codd. P. K. κατηρτημένως rejicienda erat (cf. Lob. Phryn. p. 448), aeque ac codd. M. P. K. F. d. f. ἐξηρτημένοι VII. 147 pro vero ἐξηρτυμένοι codd. S. V. a. b. c., quo spectat et Suidae glossa: ἐξηρτυμένος παρ' Ἡροδότῳ κατεσκευασμένος, ἠτοιμασμένος, et vide eundem sub vv. ἀρτύειν, ἀρτησάμενος, ἀπαρτῆσαι, διαρτᾶν, ἐξήρτα. — (Plut. Themist. c. 2. [p. 18 Sintenis] καταρτύσεως, et Soph. Antig. 474 interppr. de καταρτύω.) Herod. I. 12. 43. 61. II. 32. Thucyd. I, 80. 14. VI, 17. 31. — Nam ἐξαρτᾶν, a nostro quidem non usurpatum, et καταρτᾶν valent suspendere, adaptare, accommodare, ut III. 80 κῶς ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη omnes libri et Stobaei Serm. 48, p. 345 (Gesner), res apta vel accommodata (vide et Foes. Oec. Hipp. s. v. κατήρτητο), sed minus accurate Schweigh. lex. Herod. s. v. καταρτᾶν interpretatus est „bene composita, ordinata", qua in interpretatione H. Stephani suspicio (Thes. ling. gr. s. v.) κατηρτισμένον scriptum oportuisse non tam aliena nobis videretur, quam revera videtur.

Reliquum est, ut de loco isto vexatissimo IV. 64 ὀργήσας δὲ αὐτὸ ἅτε χειρόμακτρον ἔκτηται quaedam disseram; ὀργήσας enim (quae est scriptura codd. S. V., cujus loco codd. F. a. b. ὀργίσας praebent, ὀργάσας Portus proposuit) non minus falsam esse hujus loci scripturam dico quam σαρκήσας, quod legitimae formae σαρκίσας eodem capite (IV. 64) obviae Valck. substituere voluit, ac cum verbo σαρκάζειν confudit, quum jam Pollux II. 233 (p. 125, 22 Seber) recte Herodoteum verbum σαρκίζειν interpretatus esset: Ἡρόδοτος δὲ σαρκίσαι (sic enim pro vitioso σαρκασχίσαι reponendum esse censeo) τὸ τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφελεῖν. — Nec minus ὀργίσας, ex quo ὀργήσας corruptum putes, et quod etiam in glossis Herodoteis vulgo legitur, hoc loco ferendum esse judico, quum ii, qui haud dubie ex istis hausisse censendi sunt, Timaeus*), Hesychius, Suidas**) ὀργάσας praebeant. Quomodo enim ὀργήσας

*) Vide Ruhnk. ad p. 179 sq., 194, 281.

**) S. v. ὀργάσας, μαλάξας et paullo post ὀργώσας, μαλάξας, ubi apparet, siquidem omnino genuina sit haec repetitio, ὀργάσας restituendum esse. Et: ὠργασμένος, μεμαλαγμένος, ἀναδεδευμένος. Vide et Herodian. (post Phryn. Lob.) p. 460: ὀργάσαι ἐπὶ πηλοῦ, μάξαι ἐπὶ μάζης, et Piers. Moer. p. 468. Bekk. Anecd. I, 53, 31. Aristoph. Av. 821 (839):

vel ὀργίσας hoc loco commode explicare possis, si ab ὀργᾶν et ὀργίζειν ea deduxeris? An novam quandam his verbis supponendam esse notionem putas? Minime. Huc accedit, quod, quum in glossis Hippocrateis Erotiani et in codd. Mss. Hippocrateis formae ὀργίσασθαι (ὀργήσασθαι) et ὀργάσασθαι varient, Galenus scripturam ὀργίσασθαι ut nimis affectatam et ab Hippocratis usu remotam rejecit (cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. ὀργάσασθαι et ὀργασμός), et ὀργάσασθαι pro sola legitima forma habuisse videtur, prorsus immemor alterius aberrationis in ὀργήσας et ὀργήσασθαι, quae et in Erotiani glossario invenitur, ubi tamen alii ὀργάσασθαι ponunt. Praeterea verbum ὀργᾶν nunquam, quod equidem sciam, transitive cum accusativo objecti conjungitur, sed cum infinitivo, ut Herod. IV. 199, aut ὀργᾶν τινός, πρός τι vel ἐπί τι dicitur, cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. ὀργᾶν, Ruhnk. ad Tim. l. l. — Ut ὀργάζειν sic etiam compositum ὑποργάζειν dicitur (nunquam ὑποργᾶν), paullulum mollire, manibus subigere; neque Herodianus l. l. neque alii praescribunt ὀργῆσαι (vel ὀργίσαι) ἐπὶ πηλοῦ, sed ὀργάσαι. — His maxime, ut puto, idoneis rationibus motus ὀργάσας vel contra codd. auctoritatem Herodoto ut unice verum restituendum esse censeo.

η et υ: I. 28 Μαριανδυνοί S. Μαριανδηνοί F. Vide et III. 90. VII. 70 et Var. Lectt. ad I. 22. 72. 74. 80. 83. — I. 66 εὐθηνήθησαν, εὐθυνήθ. Ald. e., vide et II. 91. 124. — I. 171 ἠπειρῶτας, ὑπερέτας Ald. c., vide et IV. 2. — I. 12 ἤρτυσαν, ἤρτησαν S. VII. 142 ῥηχῷ, ῥυχῷ S. b. IX. 101 κληδών, κλυδών. d. Et similia saepissime alibi. Indidem est repetenda creberrima confusio pronominum ἡμεῖς, ὑμεῖς etc., cf. Var. Lect. ad I. 120. VI. 108. VII. 8, 2. 3. 9.

η et οι I. 18 οὐδαμοὶ Ἰώνων, οὐδαμῇ S. d. — V. 106 οἴκασι, ἤκασιν S. — 114 συνοίσεσθαι, συνήσεσθαι S. Vide et Krueger, Dion. Histor. p. 142.

η et ει I. 87 ἐπαείρας, ἐπαήρας P. 194 εἰρίνεον P. K. F. a. c. ἠρίνεον b. ἠριναῖον d. 196 ἔμπηρος, ἔμπειρος Ald. d. et mox ἐμπείρους. — 202 κατοικῆσθαι M. K. F. et nunc recte vulg., κατοικεῖσθαι Ald. alii cum S. V. R. Paris. Vide Schweigh. lex. Herod. s. v. — Hinc praeterea saepissime, imprimis in codice F., εἰρωτᾶν et ἠρωτᾶν, εἰρόμενος et ἠρόμενος similiaque inter se confusa sunt, vide infra p. 123 sq. et 126. — III. 61 εἶσε, ἧσε F. IX. 27 ἄξιοί εἰμεν, ἦμεν a. 46 εἰμέν, ἦμεν b., cf. Cornel. de Pauw. Praef. ad Phryn. p. XV.

ι et υ I. 45 μέν νυν, μέν νιν S., cf. et I. 76. 85. 79. VIII. 21. IX. 5. 7, 2. — I. 202 κατὰ εἴλας F. ἴλας a. c. ὕλας S. d. De Μυτιλήνη et Μιτυλήνη, de μόλιβδος et μόλυβδος vide supra p. 42.

ι et ει I. 9 στείχῃ, στίχῃ M. P. F., vide et Var. Lect. III.

πηλὸν ἀποδὺς ὄργασον (Schol. κυρίως πίσσωσαι· ὀργὴ γὰρ παρ' Ἴωσιν ἡ πίσσα). Interppr. Oedip. Tyr. 336.

14. 76. IX. 11. 56. 61. VII. 120 πανδημεί vulg., πανδημί f. — 144 πανδημεί vulg. πανδημί P. VIII. 40 πανδημεί vulg. πανδημί M., sed sine variet. recte πανδημεί scriptum exstat VI. 16. 63 (et Eust. Od. p. 1567). 108. VII. 206. VIII. 72. IX. 37.; vide et Herm. ad Eurip. Bacch. vs. 191. — II. 118 ἀνωμοτεί vulg. ἀωμοτεί F. Aliis in adverbiis forma in ῑ desinens vel poetica est, vel posterioribus scriptoribus usitatior, sic αὐτοχειρί codicis S. I. 123 pro αὐτοχειρίῃ codicum M. R. K. F. a. c. poeticum est neque Herodoteum, cf. Herodian. (Lobeck) p. 474, Lob. Parerg. p. 514 sq. et Herod. I. 140. III. 13. 66. 74, quibus in locis omnes recte αὐτοχειρίῃ exhibent. De posteriorum ἐθελοντί, falso hic illic nostro obtruso, vide supra p. 27. — V. 27 λειποστρατίης, λιποστρατίης F. S. — 62 Λειψύδριον F. et sic Suid. Hesych. Etymol. s. v., Λιψύδριον S. Wessel. al. Cf. et Sinten. ad Plut. Themist. p. 73 de λειποθυμήσας et λιποθ. — Praeterea vide Var. Lectt. ad I. 41. 59. (VI. 65. VII. 235.) I. 61. 91. 102. 123. (III. 32.) I. 164. 191. 194. 143. 109. II. 7. 94. 4. 6. 22. III. 14. IV. 152. 192. VI. 76. VII. 61. 77. 123. VIII. 111. 50. 52. 72. IX. 93 et saepius alibi.

ι et οι: I. 73 ἱκέτας, οἰκέτας d., cf. et Var. Lectt. ad I. 28 et 46. II. 115. 29. I. 179. II. 93. IV. 46. IV. 173. — III. 58. II. 11 ἦ ἐμέ vulg. οἴμοι S. Eodemque modo saepissime τι et τοι confusa cernuntur, vide Var. Lectt. ad I. 41. 80. 108. 146. 163. 32 alibi.

υ et ει I. 202 ἰχθῦς, ἰχθεῖς S., vide praeterea Variet. Lectt. ad I. 60. 124. II. 33. 106 VI. 66 et alibi.

υ et οι. I. 70 ἀπελοίατο M. R. F. a. c. Eton. ἀπελύατο d. e. IV. 198 ὕεται, οἴεται P. III. 74 μυρία, μοιρία F. II. 4 Μοίρεος M. K. a. c. Μύριος Ald. S. V. Vall. F., conf. et Var. Lectt. ad II. 13. 69. 101. 148. 149. III. 9.

ει et οι I. 17 διαφθείρεσκε, διαφθείροιεν d., et similia alibi, cf. Var. Lectt. ad I. 73. 124. 175. 91. 83. 109. 125. III. 61.

αι et ε I. 8 σπουδαιέστερα, σπουδεέστερα S. — 52 καὶ Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ, sic vulg., Θηβέων Reiskius, probante Bekkero; vide et Var. Lectt. ad I. 98. 1. 73. 176. II. 7. 54. 55. 93. III. 48. 93. — I. 59 Ἀλκμαίωνος, Ἀλκμέωνος M. F. a., cf. et I. 61. 64. — I. 179. 193. 194. II. 95. 130. 144. III. 150. V. 86. V. 92, 7. VII. 103. 127. 179. VI. 35. II. 100. — IV. 198 μελάγγαιος, μελάγγεος F., cf. et II. 12. IV. 23. II. 96. 100. 125. 150. IV. 12. 95. 96. 100. 181. 198.

Praeterea minus accuratae pronuntiationi saepissime debetur permutatio litterarum η̄ et ε̄, ω̄ et ο̄; sic I. 94 ἐξευρέσιν F. e corr., ubi pr. ἐξεύρησιν. — 151 Μηθυμναῖοι nunc recte editur pro perversa codd. Mss. scriptura Μεθυμναῖοι. Sic et δή et δέ saepe permutata videntur, cf. ad I. 85. 115. 122. 125. et alibi; et indicativi et conjunctivi, cf. ad I. 8. 9. IX. 2. VI. 86, 3 εἰ ληΐσηται Bekk. ληΐσεται codd. — I. 24 Ἀρίονα, Ἀρίωνα. d. — 29 Σόλων, Σώλων F. pr. et sic constanter. Cf. et Var. Lectt. ad

I. 69. 205. II. 156. VI. 114. 127. I. 117. II. 50. 51. 103. 144. 198. 82. II. 5. 85. III. 31. 64. 132. VI. 85. VII. 180. IX. 48. — I. 91 ἐπισπόμενος, alii ἐπισπώμενος. II. 11 ἄμπωτις, ἄμποτις S. I. 195 κομῶντες, κωμῶντες S. — 196 πωλέων, πολέων S. I. 1 ἐξεμπολημένων, ἐξεμπωλημ. c., cf. Lob. Parerg. p. 583 sq. et Var. Lectt. ad II. 85. — VI. 121 ὠνέεσθαι, ὀνέεσθαι S. — 109 οὐκ ἐώντων, ἐόντων Ald. Basil. — II. 47 πατέονται, πατέωνται F., et sic saepius haec conjunctivi et indicativi terminationes inter se confunduntur, cf. Var. Lectt. ad I. 11. 112. 194 et alibi. — II. 125 κρόσσας nunc vulg., cum F. a. c. vulgo cum S. κρώσσας, quam formam Passovius (lex. gr. s. v.) Jonice dictam esse contendit pro κρόσσαι; sed apud Homerum quidem κρόσσαι tantum reperitur (Jl. 12, 258. 444) et πρόκροσσαι (Jl. 14, 35) et eadem forma constanter alibi apud Herodotum (IV. 152. VII. 188) legitur. — VI. 42 inde a Wesselingio recte contra edd. vett. scripturam δοσίδικοι exhibentium est restitutum δωσίδικοι, quum id vocabulum eorum sit ex genere, quorum prima pars, vocali ō abjecta, ad similitudinem futuri primi est formata, vide Lob. Parerg. p. 678. — Nec minus vitiosa scriptura est IX. 76 codicis F. δουλωσύνης pro δουλοσύνης. Et ἱροσύνη constanter est scribendum apud nostrum, non ἱερωσύνη, neque etiam perverse ἱρωσύνη (cf. IV. 161. VI. 56), quum fere constet, his in vocabulis formandis eandem graecum sermonem secutum esse varietatis numerorum legem, quam et in aliis rebus et in comparativis et superlativis in — ότερος, — ότατος, — ώτατος exeuntibus servatam videmus; quamquam etiam in hanc normam librariorum culpa haud raro esse peccatum videre licet, veluti Herod. I. 116 ἐλευθερωτέρη, ἐλευθεροτέρη F. VII. 99 εὐδοξοτάτας S. V. F. a. c. εὐδοξωτάτας b. (vide et Var. Lectt. ad I. 95. 110. II. 85. IV. 161. 192. V. 82. VI. 56. VII. 102). Et recte Stallb. in Plat. Rep. V, p. 457 A. ἐλαφρότερα retinuit, ubi Bekkerus invitis libris omnibus ἐλαφρώτερα Platoni obtrusit, Porsoni, ut videtur, adnotatione ad Phoen. vs. 1367 in errorem inductus, ut brevem in hujusmodi formis vocalem per omnes Platonis libros ubique expulerit. Attici quidem suis in versibus εὐτεχνωτάτην et similia quod admiserunt, non magis mirum videri potest, quam quod in Homeri carminibus λαρώτατος, ὀϊζυρώτερος, κακοξεινώτερος inveniuntur (cf. Buttm. gr. gr. I, p. 257 sq.), neque tamen prosae orationis scriptoribus hanc licentiam concessam fuisse, neque ipsos hanc sibi sumsisse, vel ex Choerobosci grammatici praecepto eique apposito exemplo (Bekk. Anecd. p. 1287) conjici licet, qui quum dixisset, Atticos non solum ἀκρότερος, ἐλαφρότερος solito more usurpasse, sed etiam in hujuscemodi formis interdum longam vocalem ω admisisse, id posterius nonnisi Euripidis poetae exemplo εὐτεχνωτάτην (Hecub. 581) confirmavit. Quod autem nihilominus in libris atticorum prosae orationis scriptorum fluctuatio inter utramque formam talibus in comparativis ac superlativis haud rara invenitur, id eidem librariorum negligentiae debetur, cui et ἐλευθερωτέρη, εὐδο-

ξωτάτας, id genus alia, quorum de vera modulatione inter omnes constat, accepta referimus. Praeterea quid Attici aliique prosa oratione usi hoc in genere pro rato acceptoque habuerint, ex Platonis (Cratyl. p. 419 D.) scriptura nominum εὐφερωσύνη et εὐφροσύνη, regulae convenienter alternante, satis elucere mihi videtur.

Saepe librarii orationem depravarunt, quum sonum alicujus syllabae diutius auribus inhaerentem ad alienam syllabam transtulerunt, aut duobus vel pluribus se invicem excipientibus vocabulis eandem terminationem affixerunt. Quo referenda esse videtur illa jam inveterata scripturae depravatio I. 92 ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων, cujus jam Philemo grammaticus apud Porphyr. Quaest. Hom. l. l. meminit; neque vero ei fraudi esse debebant librariorum errores, quum nulla justa subsit causa, neque ulla idonea ratio reddi possit, cur Herodotus, nisi consulto a communi consuetudine eum recessisse dicas, illud nomen patronymicum foeminino genere usurpasse putandus sit. Neque etiam cum Lobeckio (ad Buttm. gr. gr. II, p. 436) illud cum talibus locorum nominibus, qualia sunt Ἀγιάδαι, Αἰνειάδαι, Βωταχίδαι, Πατριαγάδαι (cf. Steph. Byz. s. v. Πατριαγάδαι, Περσικὸς τόπος, οἱ οἰκήτορες ὁμοίως Πατριαγάδαι), conferam, sed cum Reiskio et Bekkero et isto in loco τοῖσι Μιλησίων scribi velim, et II. 159 cum cod. S. ἐς Βραγχίδας τοὺς Μιλησίων pro vulgato τὰς Μιλησίων; ut omnes sine ulla varietate I. 158 πέμψαντες ἐς τοὺς Βραγχίδας praebuerunt. Aliis in locis (I. 46. 155. V. 36) non additur articulus aut adjectivum participiumve ullum, cujus ex terminatione genus substantivi appareat; quod valet etiam de aliis multis posteriorum scriptorum locis, ubi Branchidarum mentio est injecta, unde merito dubitare possis, anne apud hos posteriores nomen Βραγχίδαι pro loci nomine interdum habendum sit; cf. Paus. V, p. 299 (Sylb.): κατὰ Βραγχίδας πρὸς λιμένι ὀνομαζομένῳ Πανόρμῳ,—VII, p. 405: τότε ἐν Βραγχίδαις τῆς Μιλησίας. Sed quae in Cononis narratione XXXIII (p. 274 Th. Gale) leguntur: ὁ δὲ Βράγχος ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπίπνους μαντικῆς γεγονὼς ἐν Διδύμοις τῷ χωρίῳ ἔχρα, καὶ μέχρι τοῦ νῦν χρηστηρίων Ἑλληνικῶν, ὧν ἴσμεν, μετὰ Δελφοὺς κράτιστον ὁμολογεῖται τὸ τῶν Βραγχίδων, haec formam οἱ Βραγχίδαι masculino genere positam indubitatam reddunt; cf. etiam narrationem XLIV (p. 290.) et Strab. XIV, 1. — Ac monuit ipse Philemo, τὰς Βραγχίδας Graecorum facile neminem dixisse, neque Alexandrum grammaticum Cotyaensem vulgatum τῇσι I. 92 pro genuino habuisse, sed τῆς (scil. χώρης, γῆς) scribi voluisse; sese autem ipsum in vulgato foeminino τῇσι persistendum esse existimasse, quum Iones etiam alia nomina, alias masculino genere usurpata, foeminino genere dicere solerent. Qua de fallaci ratione jam supra diximus.

Similiter peccatum est, quum I. 192 nunc vulgo cum codd. M. P. K. F. R. a. c. legitur μεδίμνου Ἀττικῆς (ἡ ἀτάρβη χωρέει μεδίμνου Ἀττικῆς πλέον χοίνιξι τρισὶ Ἀττικῇσι) pro olim recte cum codicibus S. b. d. vulgato Ἀττικοῦ; nam VII. 187 omnes recte

exhibent τριηκοσίους ἄλλους μεδίμνους, neque aliter ulli alii, quantum equidem sciam, locuti sunt Graeci; sed isto in loco (I. 192) error describentis librarii ex proxime secuto Ἀττικῇσι natus esse videtur. Ac similis est ratio erroris codd. b. d. eodem illo in loco (I. 192) χοίνιξι Ἀττικοῖσι praebentium pro vero Ἀττικῇσι. —

III. 128 τοὺς ἀκινάκας, τὰς ἀκινάκας F. II. 92 τῇ μήκωνι recte vulg. cum S. V. R. et Eust. ad Od. ι' p. 1616, 46 (337, 26)*), sed τῷ μήκωνι M. P. K. F. c. — I. 92 ἐν δὲ Προνηΐης τῆς ἐν Δελφοῖσι M. K. F. a., alii Προνηΐοις τοῖσι, τοῖς Ald. I. 146 τοῖσι Ἰωνίης μέτα, τῆς Ἰωνίης K. τοῖσι Ἰωνίοις Ald. — 179 πλίνθους ἱκανάς, ἱκανούς b. — 185 περίοδος μακρή, μακρός M. P. K. F. R. a. c. — II. 65 τῇ μελεδωνῷ vulg. τῷ μελεδ. S. — 35 ἐν τῇσι ὁδοῖσι, ἐν τοῖσι ὁδοῖσι F., idem II. 80. VII. 114 I. 195 τῇσι Βοιωτίῃσι ἐμβάσι vulg. τοῖσι Βοιωτίοισι ἐμβ. S. V. — I. 46 ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων M. alii et F. m. sec., ubi fuit τῶν, quod habent etiam Ald. al. — IX. 73 τοὺς Δεκελέας, τὰς Δεκελέας S. — Praeterea I. 3 τοὺς δέ, προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγὴν recte vulgat. (vide Poppo. Thucyd. Vol. I, p. 121), sed προϊσχομένους Steph. marg. Ven. C. b. d. e. et Eust. Hom. 405, 18=307, 16. — I. 103 τούτοισι δὲ ἐπισπόμενοι φεύγουσι, ἐπισπομένοισι Ald. c. — 208 τὴν Κροίσου δὲ ἑλόμενος vulg., τοῦ Κροίσου P. — 113 ἐς τοῦ Ἁρπάγου recte vulg., ἐς τὸ Ἁρπάγου S. — 3 Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, τοῦ Πριάμου S. — 7 ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, τοῦ Κροίσου c. IV. 35 ἐς τὴν θήκην τῆς Ὤπιος male vulgatur recteque igitur Bekkerus τὴν Ὤπιος emendavit. I. 32 εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο, πάντα καλὰ ἔχοντα, M. F. V. R. a. c. et Stobaeus, ἔχοντι Ald. S. P. b. d. e. — I. 33 ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ vulg., λέγοντι τῷ Κροίσῳ A. R.

Alia etiam ad idem depravationis genus pertinentia vitia sunt, quum e socordia librariorum litterae vel syllabae quaedam male omissae aut male repetitae novaeque additae cernuntur; quae vitia quaque fere in pagina conspicua saepius gravissima Jonicae Herodoteae orationi inflixerunt vulnera. Et vocales quidem cujusvis generis saepissime omittebantur, et consonantes; atque ex iis imprimis consonantibus, quae geminandae erant, saepius alteraeutrae neglectae videntur: III. 107 κασίη καὶ κιννάμωμον, alii κασσίη καὶ κινάμωμον, cf. et III. 110. 111. Aelian. Nat. Anim. XVII, 21. — VII. 60 συννάξαντες Reiskius bene emendavit pro codd. Mss. scriptura συνάξαντες (vide infra p. 296). — IX. 80 σάκκους recte vulg., ubi quidem cod. F. θάκους. IV. 23 σακκέουσι, quod libri Hero-

*) Ἡρόδοτος δέ φησιν, ὅτι ἐν Αἰγύπτῳ ἐπὰν ὁ ποταμὸς πλήρης γένηται καὶ τὰ πηδία πελαγίσῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλά, ἃ Αἰγύπτιοι καλοῦσι λωτόν. Ταῦτα δρέψαντες Αἰγύπτιοι αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον· εἶτα τὸ ἐκ μέσου τοῦ λωτοῦ πτίσαντες ἐμφερὲς ὂν τῇ μήκωνι ποιοῦνται ἐξ αὐτοῦ ἄρτους ὀπτοὺς πυρί. Ἔστι δέ σφισι καὶ ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ τούτου ἐδωδίμη. Ὁ δ' αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι ὁ καρπὸς τοῦ λωτοῦ μέγεθος ὅσον σχῖνον, γλυκύτατος, τῷ καρπῷ τοῦ φοίνικος ὁμοίως.

dotei omnes et glossae recte geminato $\bar{\varkappa}$ et per ε scriptum exhibent, unde sane mirum videtur, Suidam, Photium, Eustathium, alios hoc ex loco modo σακεύουσι, modo σακκεύουσι, attulisse*), quum certum sit scripturam per simplex $\bar{\varkappa}$, σάκος, σακέω, ὑποσακίζω, non Herodoteam esse, sed Atticismum quendam angustissimis circumscriptum finibus, vide Lobeckium ad Phryn. p. 257 et Bekk. Anecd. I, p. 68, 30. Piers. Moer. p. 354. Schol. Aristoph. Acharn. 817: (οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον) σάκος νῦν δι' ἑνὸς $\bar{\varkappa}$, ἀνωτέρω δὲ διὰ δύο. — Thom. Mag. p. 344, 14**). — Perversa vero permutatio syllabarum $\overline{\varepsilon\omega}$ et $\overline{\varepsilon\upsilon\omega}$ latius patet, quam quis fortasse suspicetur, neque absonum esse videtur statuere etiam nostro in loco (IV. 23) olim Herodoteos libros hoc modo fluctuasse. Sic et V. 41 κομπέειν, κομπεύειν F., et vide Var. Lectt. ad I. 8. 115, 66. 211. 120. 153. 158. 210. II. 2. 67. 86. 139. III. 142. VII. 115 (vide Lob. Parerg. 591.), quo et creberrima illa verborum βουλεύεσθαι et βούλεσθαι confusio referenda esse videtur, cf. Var. Lectt. ad I. 165. 59. VI. 66. 85. VII. 8, 4. 10, 4. VIII. 142. IX. 86. — Praeterea de ἀεθλέω pugnare (I. 67. VII. 212) et ἀεθλεύω in sollemnibus ludis certare (V. 22) vide Polluc. IV, 144 (III, p. 167 Seber). Sed I. 90 ἐπηγορεύων male est vulgatum, ubi quidem cod. K. ὑπηγορεύων habet, et Lobeckius (Parerg. p. 702) ἐπαγορεύων substituit; sed falso. ἐπηγορέων enim reponendum esse ex indubitata nominis substantivi forma ἐπηγορία (Dio Cass. 55, 18) et ex Doricis ἐπαγορία, ὑπαγορία apud Hesychium obviis (cf. Lob. l. l.), huc et specie et significatu trahendis, satis clare apparet; ac facilius fieri potuisse, ut terminationes $\overline{\varepsilon\upsilon\omega}$ et $\overline{\varepsilon\omega}$ inter se confunderentur, quam ut $\bar{\eta}$ illud secundae ab initio syllabae, etiam altera in lectione codicis K servatum, pro $\bar{\alpha}$ poneretur, aeque apparet. Omnino nescio an nullus antiquioris aetatis graecus scriptor illud verbum ἐπαγορεύειν unquam usurpaverit; equidem ne unum quidem scio exemplum. Similiter etiam VII. 13 scriptura codicis P. παρηγορευόμενοι posthabenda est alteri παρηγορεύμενοι (S. V.) sive παρηγορεόμενοι (F). Etiam verbum ἰδιοβουλεύειν apud Herod. VII. 8, 4 vulgatum, merito a Lobeckio (Parerg. p. 624) in suspicione positum esse videtur, quum ab interposito vel supposito nomine ἰδιόβουλος analogiae convenientius ἰδιοβουλέω exsistat; quare non eum eodem Lobeckio ἰδίᾳ βουλεύεσθαι reponam, sed, si quid mutandum est, ut Dio Cass. 43, 27. et Menander Histor. p. 76. C. ἰδιοβουλεῖν usurparunt, sic nostro in loco malim ἰδιοβουλεύειν in

*) Suid. s. v. σακεύουσι, τὸ ὑλίζουσι παρ' Ἡροδότῳ. Σάκκος καὶ σακκίον. — Eustath. ad Il. ν' 940, 17 = 914, 10: ὁ κοινὸς λεγόμενος σάκκος δι' ἑνὸς κάππα προεφέρετο παρ' Ἀττικοῖς, καθά φησιν Αἴλιος Διονύσιος· ὅθεν καὶ σακεύειν φησὶ τὸ ὑλίζειν, ὡς Ἡρόδοτος. — Antiattic. Bekk. I, p. 113. 32: σακκεύειν τὸ ὑλίζειν, Ἡρόδοτος τετάρτῳ.

**) Huic similis est Atticismus, quem in verbo γρυλίζειν per unum λ scribendo grammatici observarunt. Thom. Mag. p. 74: γρυλίζειν Ἀττικὸν δι' ἑνὸς λ, — cf. et Anecd. Bekk. I, p. 33. Lob. Phryn. p. 101 sq.

ἰδιοβουλέειν verti. — Verumtamen nullus dubito, quin, forma perversa κατηλογέοντα III. 121, immerito adhuc retenta, et immerito pro Ionica a quibusdam venditata, vi ac furca expulsa, καταλογέοντα reponendum sit, cujus ex aoristi forma κατηλόγησε*) illa vitiosa quodam analogiae errore nata esse videtur. Cui simili de errore, ex quo pro παρενόμησε dictum sit παρηνόμησε, vide infra p 259 sq. —

Sed, ut ad institutum revertar, non omittebantur solum e geminandis litteris alteraeutrae, sed geminabantur etiam non geminandae; id quod quum aliis in litteris fieri solebat, tum inprimis in semivocalibus: I. 215 σαγάρις, σαγγάρις Ald. S., coll. IV. 70. — VIII. 33 συλήσαντες, συλλήσαντες Ald. S., coll. c. 35. 53. — I. 14. Κυψέλου, Κυψέλλου b. c., vide et Var. Lectt. ad I. 20. 23. V. 95. VI. 34 et Casaub. et Menag. ad Diog. Laert. I. 94. — II. 8 τεταμένον τὸν αὐτὸν τρόπον recte vulg. cum cod. b., ubi τεταμμένον S. V. c. d., ac vana esse videtur Bekkeri suspicio, ne τετραμμένον rescribendum sit videndum esse; cf. Bernh. ad Dion. Perieg. p. 587. Alia exempla vide infra p. 96 sq.

Praeterea aliae singulae litterae plerumque haud sine magno sententiae dispendio vel omittuntur vel perperam adduntur, veluti II. 3, ubi male Ald. S. V. b. d. λογιμώτατοι exhibent (quos sequi non debebat Eustath. ad Dion, P. vs. 232) pro sola vera atque elegantissima codicum M. K. F. R. a. c. scriptura λογιώτατοι (οἱ γὰρ Ἡλίου πολῖται λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι), cf. Thom. Mag. p. 277, 7 λογίους τοὺς πολυΐστορας οἱ ἀρχαῖοι ἀττικίζοντες, ὡς καὶ Ἡρόδοτος. — καὶ λόγιμον καὶ ἐλλόγιμον τὸ λόγου ἄξιον. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ (c. 143) ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον. — Piers. Moer. p. 249 λογίους τοὺς πολυΐστορας ἀττικῶς καὶ Ἡρόδοτος. Lob. Phryn. p. 198. Hesych. II, p. 493. Herod. I. 1. II. 77. IV. 46. — Alteram in partem peccatum est I. 65, ubi pro solo vero νόμιμα perperam habetur in codd. R. a. νόμια, de quo vide Interppr. ad Apoll. Rh. IV, 1218.

Syllabae vero singulae vocesque ita plerumque male omittebantur aut addebantur, ut vocabuli alicujus initium negligeretur aut male iteraretur, vel ex media parte quaedam, vel denique syllabae finales. Quorum omnium generum multa afferri possunt exempla; veluti I. 122 τότε τελευτῆσαι, τὸ τελευτῆσαι S. I. 80 ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμένους falso est in codd. Mss. et plerisque editionibus; sed, quum ubique alias στολὴν στέλλεσθαι non ἐνστέλλεσθαι dicatur (cf. locos a Schweigh. lex. Herodot. s. v. laudatos),

---

*) I. 84 κατηλόγησε τοῦτο ὡς ἐὸν ἄμαχον, sic recte τοῦτο Reiskius et Bekkerus reposuerunt pro vitiosa codicum Mss. scriptura τούτου, quam immerito etiam nunc plerique sequuntur. Vide enim I. 144 νικήσας τὸν νόμον κατηλόγησε vulg., ac recte non audiendus est cod. a. τῶν νόμων praebens. III. 121 καταλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα. cf. Matth. gr. gr. p. 822 sq. (edit. tert.).

patet, praepositionem ἐν, ex male repetita vocis praecedentis finali syllaba natam, abjiciendam esse, reponendumque cum Schaefero ἐσταλμένους. — Vide praeterea Var. Lectt. ad II. 51. I. 18. 19. 192. 28. 68. 108. 146. 157. 134. 126. III. 25. VII. 100. 238. IX. 62. — I. 51 in verbis ταῦτα ἀπέπεμπε ἐς Δελφούς, καὶ τάδε ἄλλα ἅμα τοῖσι vulgo vitiose scribitur ἅμα τοῖσι, et apparet vel cum codd. F. a. c. αὐτοῖσι reponendum esse, vel id, quod eodem capite paulo infra positum est, ἅμα τούτοισι (ἀπέπεμψε ἅμα τούτοισι ὁ Κροῖσος), cf. et p. 231. — I. 60 ἐν Ἀθηναίοισι τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισι recte vulg., sed αὐτοῖσι πρώτοισι a. c. F. m. sec. — III. 40 ἦν τε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι ταῖς πάθαις προσπίπτωσι, τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο, sic τοι ταῖς πάθαις praebet S., τὠπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι αὐταῖσι πάθαισι cod. F. (et fortasse etiam M. P. K.), unde inde a Gronovio a quibusdam τοιαύταισι πάθαισι repositum est; sed, ut taceam τοιαύτῃσι πάθῃσι certe ponendum fuisse, vel τῇσι τοιαύτῃσι πάθῃσι (cf. Matth. gr. gr. II, p. 709), vel τῇσι τοιαύτῃσι τῶν παθέων, ut IV. 183 τὰ τοιαῦτα τῶν ἐρωτέων (Bernh. Synt. gr. p. 155), vel ex sequentibus verbis τρόπῳ τῷ κ. τ. λ. quum pateat, has res adversas non eas esse, cum quibus Amasis ipse suaserit Polycrati ut fortunam misceret ac temperaret, non τοιαύτῃσι πάθῃσι Herodotum ponere potuisse consentaneum est; verum αὐτῇσι πάθῃσι, ut similiter noster dixit IV. 3 ἠντιοῦντο αὐτοῖσι κατιοῦσι (sic verissime codd. M. P. K. F. S. V. Paris., τοῖσι κατ. edd. vett.) vel etiam αὐτῇσι τῇσι πάθῃσι, cf. Lob. Phryn. p. 99 sq. et Herod. II. 65 σύντροφα αὐτοῖσι τοῖσι ἀνθρώποισι vulg., sed τοῖσι omiserunt S. V. II. 111 σὺν αὐτῇ τῇ πόλι. VI. 31 αὐτοῖσι τοῖσι ἱρεῦσι. III. 100 αὐτῇ κάλυκι ἕψουσι vulg. cum S. Alii αὐτῇ τῇ καλ. Sed αὐτοῖσι ἱματίοισι ἀπ' ὧν ἔβαψε sine variet. cf. et III. 126. IV. 64. 69. VI. 93. VII. 39. VIII. 17. — VII. 164 fine olim haec verba sic vulgabantur: ἀπίκετο ἐς Σικελίην ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, quam tmesin quum facile appareat plane alienam esse ab hoc loco (cf. Wentzel, de praepositionum tmesi, quae apud Herodotum invenitur, p. 13 sqq.) et ἀπὸ πάντα ex vero ἅπαντα corruptum esse, recte fecisse mihi videntur, qui hoc ἅπαντα cum codicibus quibusdam in ordinem receperunt; cf. Bernh. Synt. gr. p. 197.

De lacunis majoris mensurae jam supra est expositum; hic de singulis etiam quibusdam vocibus vel expellendis vel addendis agatur. II. 158 ex schol. Aristoph. Plut. 388*) (et Lex. Seg. 418) ἀπαρτὶ est inserendum his verbis: ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι ἀπαρτί. — V. 34. αὐτίκα μὲν ἐσηνείκαντο τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ τεῖχος, παρεσκευάσαντο δὲ ὡς πολιορκησόμενοι καὶ σῖτα καὶ ποτὰ τὸ τεῖχος ἐσάξαντο; sic male Gaisf. et al. καὶ τεῖχος ἐσάξ.

*) κέχρηται αὐτῷ (ἀπαρτί) Ἡρόδοτος, λέγων ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδια (?) δύο ἀπαρτί.

Ald. al. καὶ τὸ τεῖχος ἑάξ. Bekk. al. recte cum codd. S. P. F. a.; cf. infra p. 286. — I. 93 omnes haec verba vulgo sic exhibent: θώυματα δὲ γῆ Λυδίη — οὐ μάλα ἔχει, neque in ullo libro antecedit articulus ἡ nomini Λυδίη, prorsus Herodoteus ac necessarius. Consuevit enim noster dicere ἐς γῆν τὴν Μηδικὴν I. 73. IV. 12., χώρης τῆς Μιλησίης I. 19., ἐς γῆν τὴν Μιλυάδα I. 173., ἔνερθε λίμνης τῆς Μοίριος II. 4, et sic saepius alibi, cf. I. 104. II. 33. IV. 11. 179. V. 122. VII. 42. IX. 14. 65. 87. — Quae omnia exempla satis ut puto approbabunt, etiam eo in loco, de quo agitur, γῆ ἡ Λυδίη reponendum esse. Nec minus bene jam recentiores aliquot editores, quamvis non addicentibus codd. Mss., restituerunt III. 16 τὸ πῦρ bis (Πέρσαι θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ — τὸ πῦρ θηρίον εἶναι ἔμψυχον), quem articulum graecae linguae legibus convenientem et Stobaeus, ubi illa Herodotea attulit (Serm. 122, p. 614), agnoscit, et Valck. et Wessel. ad h. l. comprobarunt. Simili enim ratione Herodot. articulum praeposuit nomini I. 74. 174. 193. II. 33. 149. — Sic et IX. 76 in his vulgatis verbis: καὶ αὐτὴ καὶ ἀμφίπολοι, Reiskius recte καὶ αἱ ἀμφίπολοι restituit. — I. 210 ἀντὶ δὲ ἄρχεσθαι olim vulgata erant cum codd. Mss., non addito articulo τοῦ, quem quidem Reiskius, Schaef. (ad Greg. Cor. 39) Bekk. al. recte nunc adjecerunt. Eodemque modo recte nunc editur VI. 32 ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνόρχιας (ἐνόρχις), VII. 170 ἀντὶ δὲ τοῦ εἶναι νησιώτας, cf. Schaef. Apparat. crit. ad Demosth. II, p. 564.

De particulis quibusdam nostro hic illic fortasse restituendis nunc non decernam, sed interim, donec ipse hanc ad quaestionem accesserim, Werferum hac de re disputantem (Act. Philol. Monac. I, p. 75 sqq.) lectores doctissimi consulant.

Sequitur nunc ultimum corruptionis genus, quod in perturbato litterarum, syllabarum, vocabulorumque ordine continetur; quum autem quattuor hujus generis causae esse dicantur (cf. Herm. Opuscul. III, p. 100 sq.), una, non imputanda librariis, in mala libri, unde describitur, condicione posita, altera ex consilio, tertia ex negligentia, quarta ex errore librariorum profecta, tres posteriores potissimum ad Herodoteam orationem mutandam plurimum fecisse mihi videntur. Consulto enim mutatum esse verborum ordinem, vel inde conjici licet, quae jam supra de grammaticorum vel librariorum, illorum vice fungentium, ratione veterum scriptorum libros tractandi, de modo, quo ludimagistri cum discipulis suis exercitationis causa illos legebant, diximus; quamquam hoc perturbati ordinis genus non ubique satis distincte ab iis vitiis discerni potest, quae in librariorum negligentia et errore sita esse dicuntur. Quum enim ii, qui verba quaedam transponunt, seu consilio seu alia de causa, magis ad sensum enuntiati alicujus quam ad genuinum verborum ordinem attenti sint, consequitur, semper talem exsistere ordinem, qui nihil perspicuitati sententiae describentibus quidem officiat, quin immo his interdum magis sit perspicuus. Talis vero

perspicuus ordo, quamquam non genuinus, vel casu quodam etiam tum exoriri potest, quum librarii errore aut negligentia peccarunt, ut singulo quoque in loco, quae fuerit perturbationis causa, pro explorato nihil contendas, nisi alia etiam negligentiae indicia accesserint. Quamquam haud nego, diversas esse causas, consequens tamen idem esse potest. Id quod et haec ex Herodoteis libris allata exempla demonstrabunt. I. 1. *Φοίνικάς φασι γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους* Ald. et alii vulg. *Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι τῆς διαφ.* Bekk. Sed Ptolemaeus Heph. III, p. 314 solum genuinum servasse mihi videtur ordinem: *Φοίνικας αἰτίους γενέσθαι φασὶ τῆς διαφορῆς.* I. 14 *ἀλλ᾽ οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ᾽ αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο*, quem vulgatum horum verborum ordinem etiam Suid. s. v. *Γύγης* exhibet; sed cod. F. sic posuit: *ἀλλ᾽ οὐδὲν γὰρ μέγα ἀπ᾽ αὐτοῦ ἄλλο ἔργον.* Vide et Var. Lectt. ad I. 22. 27. 30. 53. 57. 60. 77. 94. 102. 105. 127. 128. 131. 141. II. 40. V. 101 et alibi. Praeterea I. 125 vulgo male editur: *νῦν, ἔφη τε λέγων, ὦ Πέρσαι, προαγορεύω ὑμῖν*, sed, quum *νῦν* ipsa ad verba Cyri pertineat, patet eum ordinem, qui in codice S. servatur, genuinum esse: *νῦν τε, ἔφη λέγων.* Similiter I. 118 *τῷ τε γὰρ πεποιημένῳ, ἔφη λέγων, ἐς τὸν παῖδα κ. τ. λ.* III. 156 *νῦν τε, ἔφη λέγων, ἐγὼ ὑμῖν ἥκω μέγιστον ἀγαθόν.* Quod autem ad horum verborum *ἔφη λέγων* positionem attinet, animadvertendum est, illa mox sic collocata esse, mox sic *ἔλεγε φάς, λέγει φάς* vel *φάμενος*, cf. I. 122. IV. 43. V. 18. 39. 50. 67. VI. 67. 80. 81. 82 etc. etc. — I. 138 *ξεῖνον δὲ πάντα τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τουτέων πολλοὶ ἐξελαύνουσι ἐκ τῆς χώρης, καὶ τὰς λευκὰς περιστεράς, τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες* sic vulgo haec verba collocantur; Gaisf. cum cod. F. *πολλοὶ καὶ ἐξελαύνουσι.* Sed Reizius solus veram istorum verborum collocationem mihi invenisse videtur, quum sic ille scripserit: *ξεῖνον δὲ πάντα τὸν λαμβ. ὑπὸ τουτ. ἐξελαύνουσι ἐκ τῆς χώρης, πολλοὶ καὶ τὰς λευκ. περιστ. κ. τ. λ.* — III. 135 *ταῦτα εἶπε καὶ ἅμα ἔπος τε καὶ ἔργον ἐποίεε*, sic recte nunc vulg. cum S. V. et Eustath. ad Il. p. 1182 = 1249 (*ἅπερ Ἡρόδοτος ζηλώσας φησί, ταῦτα εἶπε, καὶ ἅμα ἔπος τε καὶ ἔργον ἐποίεεν,*) quamquam codd. P. M. haec praebent collocationem atque interpolationem: *ἅμα τ᾽ ἔπος ἔφα* (*ἔφατο* K. et Valck.) *καὶ ἔργον ἐποίεε*, et cod. a.: *ἅμα τε ἔπος τ᾽ εἶπέ τ᾽ ἔργον ἐποίεε*, et cod. F. *καὶ ἅμα τ᾽ ἔπος τ᾽ εἶπε καὶ ἔργον ἐποίεε.* Sed istam veram primo loco positam collocationem et alii et hi confirmare possunt loci: IX. 92: *ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ τὸ ἔργον προςῆγε*, IX. 16: *ταῦτά τε ἅμα τὸν Πέρσην λέγειν καὶ μετιέναι κ. τ. λ.* (sic nunc recte vulg. cum S. V., quum olim male ederetur: *ταῦτα ἅμα τε τὸν Πέρσ. κ. τ. λ.*). — De vera positione particulae *τε* in verbis *ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπατῆς* (I. 69. IX. 7) et similibus vide Schweigh. Lex. Herod. s. v. *τε.* — VI. 101 pro vulgata veraque verborum collocatione *τούτου σφι ἔμελε πέρι*, exhibent codd. S. F., quos nonnulli perperam sequi voluerunt, *τούτου σφι πέρι ἔμελε.* Sed tum praepositio *περὶ* cum *σφι*

potius conjungenda sit, non cum *τούτου*; quod quum fieri hoc loco non posse pateat, in vulgari istorum verborum collocatione acquiescendum est, confirmata etiam Aeschyli quodam loco, qui est Choeph. vs. 769. *μέλει θεοῖσιν ὧνπερ ἂν μέλῃ πέρι.* — VI. 109 ediderunt Gaisf. al. cum S. V. haec verba sic collocata: *ἡμέων δίχα γίνονται αἱ γνῶμαι, τῶν μὲν κελευόντων συμβαλέειν, τῶν δὲ οὐ συμβαλέειν.* Alii (edd. vett. Bekk.) cum codd. F. b. *τῶν μὲν κελευόντων, τῶν δὲ οὔ συμβαλέειν*, sed ne sic quidem recte sunt posita; quum enim negationem *οὔ*, acuto notatam, et aliorum et ipsius Herodoti multis exemplis demonstrari possit in fine totius enuntiati ponendam esse, nihil relinquitur dubii, quin hic a me propositus verborum ordo solus sit genuinus: *τῶν μὲν κελευόντων συμβαλεῖν, τῶν δὲ οὔ. ἢν μέν νυν κ. τ. λ.*

Quum igitur viderimus, tam multas fuisse causas, ex quibus tam deformata Herodotea oratio exsisteret, neque omnino vere Fr. A. Wolfium (Prolegg. p. VI) sibi animadvertisse visum esse pateat, quam prope germano nitori redditos haberemus Herodoti libros, statim quaestio exoriatur necesse est, quae via quaeque ratio nobis sit ingredienda, ut illa quam maxime genuina sinceraque reddatur. Et dicat aliquis, libros de dialectis compositos, a recentioribus doctis viris utilissimis adnotationibus illustratos, multum nobis posse hoc in negotio prodesse; ac revera aliqua ex parte prosunt, imprimis Schaeferiana illa Gregorii Corinthii libri de Graecis dialectis editio, multis doctissimisque instructa commentariis. Sed hi libri recensum tantum aliquot formarum dictionumve ex quaque dialecto excerptarum exhibent, neque eum plenissimum, neque satis distinguentem inter varia cujusque dialecti genera et scriptorum, qui iis usi sunt. Nec vero, etiamsi singula quaeque, quae ab aliis scriptoribus alia occasione ad hanc rem pertinentia tradita sunt, diligentissime collecta addiderimus, et ita omnia cuique dialecto peculiaria in unum conspectum coegerimus, id quod novissimis temporibus Giesius et Ahrens doctissime facere inceperunt*), magno cum fructu in arte critica, ad hunc vel illum scriptorem adhibenda, procedere poterimus, nisi accuratius in hujus unius, quem tractamus, scriptoris propriam dictionem propriumque usum inquiramus. Neque enim multum adjuvat, quum formae quaedam vel dictiones traduntur Ionicae esse, qua de re plerumque nulla est dubitatio, si ignoramus utrum Herodoteae illae sint an alius Ionici scriptoris; si ignoramus, etiamsi constet Herodotum eas usurpasse, utrum semper iis usus sit, an aliis in locis alia admiserit. Quare rursus ad nostros corruptissimos codices Mss. nobis confugiendum est. Sed hi, quamquam nullius adhuc codicis accuratam constantemque habemus collationem, ne eo-

---

*) Et Giesii quidem liber de dialecto Aeolica conscriptus in hac ipsa dialecto tractanda constitit, quia auctor praematura morte abreptus est; alterius autem etiam alterum volumen de dialecto Dorica nuper est editum, quod quidem ut nanciscerem nondum mihi contigit.

rum quidem, qui soli ipsis ab editoribus Herodoti sunt inspecti, F et S., quum saepius taceatur, quid in his scriptum exstet, quid non exstet*), nostri igitur Herodotei codices ita comparati sunt, ut ubi unus aut alter Herodoteam quandam formam praebet, ibi alii Atticam aut aliam quamlibet sed non Herodoteam exhibeant, et ubi ii, qui modo aliquo in loco genuinam habebant scripturam, non Herodoteam praebent, ibi ii, qui modo falsas scripturas habebant, rectas praebeant. Cui variationi, quum minime nobis statuere liceat, Herodotum idem vocabulum vocabulorumque genus modo hac modo illa forma usurpasse, et quum parum praesidii insit singulis in locis, sic occurrendum esse videtur, ut collectis unius ejusdemque vocabuli vocabulorumque generis exemplis omnibus, ratione quoque in loco codicum scriptura habita, summam quandam vel depravatarum vel rectarum formarum subducamus atque conferamus, indeque codices ipsos inter se conciliemus. Restabunt tamen interdum nonnulli loci, ubi codices omnes summo consensu (si enim silentium eorum, qui codicum conferendorum munus in se susceperunt, pro consensu est habendum) contra Herodoteum usum nituntur; sed, quum, ut pessimos nonnunquam cum praestantissimis conspirare vidimus et optimos falsa exhibuisse, sic etiam fieri potuerit, ut omnes superstites quibusdam in locis malo de exemplari describerentur, maleque descripta servarentur, nihil nos impedire video, quominus istis in locis, dummodo pleraque exempla regulae ac normae sese accommodaverint, prorsus codicum Mss. auctoritatem negligamus,

*) Vide Praefationes Wesseling. et Schweigh. — Struve, Spec. II, p. 15; III, p. 4 et 5. — Qua in occasione facere non possum, quin querar de illiberalitate quadam et occultatione, in qua absconditi plerumque retinentur codices manuscripti iis in locis, ubi semel sunt positi. Mea quidem ex sententia omnes quotquot supersunt cujusvis scripti codices manuscripti omnibus cum vitiis omnibusque cum signis, lineolis, ductibus accuratissime diligentissimeque typis describendi sunt, ut eorum exemplaria omnes in terras omnesque in bibliothecas omniumque in manus dimitti possint. Obmutescent tum querelae, fortasse nunc quidem interdum inanes, de levitate, indiligentia atque incuria collatorum, quorum alius alias ad res in codicibus conferendis respiciat, suis quisque ipsius et temporis rationibus ductus, ut iidem codices Mss., donec e communitate disjuncti occultentur, sua sponte pateat fore, ut semper eodem modo conferendi, novandi et iterandi sint. Tum etiam celerius ac felicius omnibus in partibus antiquitatis studiorum nos procedemus, quippe qui omnes nos edocti primarios fontes, omnium tum in disputationibus quotidie agitatos; ac sperandum est, fore tum, ut, fundamentis firmius jactis, altissima quaeque haec nostra studia appetant, majoremque in gloriam laudemque, nunc quidem in dies magis iis immerito negatam, veniant. Atqui inscriptiones veterum nonne sicut inventae sunt typis describendas curarunt ac curant? Nonne alii quidam codices Mss. paullo post inventam typographicam artem, sic ut erant, exscripti sunt typis, ut nulla justa veraque causa mihi quidem subesse videatur, cur etiam aliis codicibus majore cum detrimento id beneficium denegetur, praesertim quum etiam alii his in studiis summae auctoritatis viri nostris temporibus in libris veterum e codicibus Mss. primum edendis versati quam fidelissime prima in editione codicum scripturam reddendam esse censuerint.

ac rationi et analogiae obedientes esse malimus. Haec ratio, quam in superioribus jam secuti sumus, a Godofredo Hermanno jam in praefatione ad Homeri Odysseam (Opuscul. III, p. 79 sqq.) alia in re monstrata, a Struvio summo cum fructu Herodoteae critice tractandae orationi adhibita est; quam utilissimam nostro navatam operam ne Struvius continuaret, morte est prohibitus. Nam tria tantum quaestionum de dialecto Herodoti specimina ediderat, de pronominibus ὅστις et ὅς (Regim. 1828), de declinatione nominum in ευς exeuntium (Regim. 1829) et de orthographia vocabuli θῶυμα et derivatorum.

Hac igitur via procedendum mihi esse, pro certo habeo; sed ne semper repetenda sint, quae jam pro exploratis habenda esse videntur, et quae jam in editione a re critica optima, ut nunc quidem sunt editiones Herodoteae, Bekkerianam dico, rectissime restituta sunt, hac editione innitar, et ex numero contrarii generis ad Gaisfordianam potissimum respiciam. Illa enim editio, quamquam permulta ei insunt, quae vereor ut omnibus probentur, tamen prima quorundam verborum constantiam quandam, a Struvio potissimum jam ante demonstratam, persecuta est, quum haec saepius etiam collocationes ipsas codicum vel negligenter tractarit vel plane omiserit.

LIBER SECUNDUS.

Summam quandam veterum Graecorum linguae praestantiam ea in re positam esse, quod plura loquendi genera, quas dialectos vocant, ita excoluerit, ut eorum quodque omni ex parte ejus, quae quodque loquebatur, gentis naturam expresserit, omnes sciunt. Alia autem virtus, ipsa in diversitate atque affinitate harum dialectorum conspicua, est ea, quod in his eae plerumque permutantur litterae, quae sunt ejusdem naturae ejusdemque rationis, ut omnes fere diversitates habeant suas e rerum natura profectas leges, omnesque unius totius populi uniusque linguae indole tanquam vinculo contineantur. Nec tamen negari potest, ipsas has certas litterarum permutationes cujusque dialecti proprias quoque fere tempore fuisse causam creberrimae confusionis a librariis aliisque factae, et nostris in codd. Mss. conspicuae; quod ad vitium Herodoteis ex libris plane evellendum, spero fore ut nostra haec disputatio non paucum conferat.

Et Tenues quidem inter se permutatae sunt, quum Herodotus constanter dixerit κοῦ pro ποῦ, ὅκου, ὅκως, κῶς, κω, κοῖος, κοίη, κοῖον, ὁκοῖος, κότε, οὐδέκοτε, κόθεν, ὁκόθεν, κόσος, ὁκόσος, κότερος, ὁκότερος. οὔκω, κη, ὁκότε; quae omnes formae, quarum exempla satis multa quaque in pagina invenies, ubique nostro vel servandae vel restituendae sunt; quamquam raro tantum codd. Mss. in Atticam consuetudinem aberrarunt, rarius etiam nostrae editiones, ut facile et sine ulla haesitatione contraria corrigi possint: I. 153 κόσοι πλῆθος nunc vulg. πόσοι Ald. al. cum cod. a. — 188 ὅκη — ἐλαύνῃ Bekk., ὅπη vel ὅποι vulgo. — II. 165 ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι vulg. ὅπου S. V. III. 38 ἐπὶ κόσῳ nunc vulg. cum P. K. F. V. M. et Origin. ctr. Cels. 5, 608. Olim vulg. πόσῳ. — 155 κῶς οὐκ ἐξέπλωσας sic S. V. Alii cum F. πῶς. V. 78 κῇ γῆς οἰκημένοι Bekk., vulgo cum S. πῇ. VI. 61 ὅκως ἐνείκειε vulg. ὅπως ἐνείκειεν S. — 128 καὶ δή κου vulg. δή που F. b. — 137 κοτε vulg. ποτε F. S. — VII. 103 κῶς ἂν δυνοίατο vulg. πῶς S. V. IX. 106 ὅκη χρεὼν εἴη Bekk., vulg. ὅπη vel ὅποι. — Sed

uno in loco I. 183 omnia adhuc exemplaria male ὅπου θύεται praebent, quod statim, quamvis nihil aliud e codd. Mss. sit adnotatum, in Herodoteum ὅκου mutandum est. Nec tamen recte Bekkerus mihi fecisse videtur, quum sine codd. Mss. auctoritate V. 13 vulgatum ὁποδαπὴ (sic M. P. K. F. — ποδαπὴ Ald. V. A. d. ποταποὶ S.) in ὁκοδαπὴ et IX, 6 ὁποδαπὸς in ὁκοδαπὸς mutavit, quum idem ipse vulgatum ποδαπὸς (VII. 218), unde tamen hanc litterarum permutationem profectam esse oportuisset, intactum reliquerit. Et id ipsum, quod adhuc e nullo codice manuscripto forma κόδαπος aut ὁκόδαπος est allata, docet aliam horum quam illorum rationem esse, quamquam haud ignoro et antiquiores et recentiores grammaticos, etsi in posteriore horum vocabulorum parte derivanda inter se dissident, tamen in priore pronomina interrogativa vel relativa ποῦ, ὅπου, πόθεν, ποῖον latere, omnes consentire. Nec unquam arbitror scriptores recentioris Iados κηλίκος aut ὁκηλίκος pro πηλίκος, ὁπηλίκος, quorum quidem de derivatione nulla est dubitatio, usurpasse.

Et Liquidae inter se permutantur; nam κλίβανος Herodot. II. 92 dixit pro κρίβανος, cf. Eust. Hom. p. 975, 52 = 973, 32 οὐ μόνον κλίβανος διὰ τοῦ λ, ὡς παρ' Ἡροδότῳ, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ῥῶ Ἀττικῶς, coll. cum Athen. III, p. 110 C et Lob. Phryn. p. 179. — Praeterea λίτρῳ II. 86 (ταριχεύουσι λίτρῳ) recte nunc vulgatur cum codd. M. P. K. F. a., ubi quidem codd. S. P. c. b. d. in νίτρῳ aberrarunt, quod vere Lobeckius ad Phryn. p. 305 asserit Alexandri demum temporibus evicisse (vide et Piers. Moer. p. 246 et grammaticos a Maitt. (Sturz) p. 4 laudatos) quare et II. 87 τὸ λίτρον cum codd. F. a. retinendum est, neque cum aliis et cod. S. νίτρον scribendum.

Media et Tenuis ejusdem naturae; sic Herodotus dixit κναφεύς et κναφήϊον IV. 14, pro quo Attici γναφεὺς, γναφεῖον dicere maluerunt, cf. Lob. Aj. vs. 1031 et grammaticos a Maitt. (Sturz) p. 3 laudatos. — Praeterea I. 92 ἐπὶ κνάφου ἕλκων vulg. nunc; et sic lex. Herod. Hesych. Suid. Olim κναφηΐου male vulgatum; γνάφου Plut. Wyttenbachii p. 858 E., ubi edd. vett. νάφου, Steph. τάφου. cf. et Eust. ad Il. λ' p. 854. — Sed III. 108 καταγνάφων vulgatum est cum S., quem ad locum vide Interppr., ubi quidem edd. vett. καταγράφων male exhibent. — Similiter et alii et noster dixerunt κάμπτειν pro γνάμπτειν (vel κνάμπτειν) cf. IV. 42. 43. VII. 122. 193. VII. 58. καμπὴ I. 185. αἱ ἐπικαμπαὶ I. 180. — ἀνακάμπτει II. 8.

Tenues et Aspiratae: Sic Herodotus constanter dixit δέκομαι pro δέχομαι, et καταδέκεσθαι, παραδέκεσθαι, προσδέκεσθαι, ἐνδέκεσθαι, ὑποδέκεσθαι et ἀποδέκεσθαι; quae omnia recte sic nunc ubique scribuntur, etiam ubi alii codd. Mss. vel aliae editiones vulgarem formam δέχομαι praebuerant, sic I. 204 ἐκδέκεται nunc vulg. cum M. F. K. S. Paris. Alii ἐκδέχεται. I. 89 προσδέκεσθαι vulg. προσδέχεσθαι Steph. alii. — III. 39. δεκόμενος vulg. δεχόμενος F.

IV. 49. δέκεται M. P. K. F. Paris. S. V. Alii διαδέχεται. IX. 116 προσδεκόμενος S. K. F. Paris. Vulgo προσδεχόμενος. — De forma ἀπίκατο vide infra p. 268. — De ἴσκε VI. 36 pro vero ἴσχε vide Interppr. ad h. l. et Herm. de emend. p. 58. Neque etiam huc pertinet μῆκος quod Steph. et seqq. IV. 151 pro vero μῆχος (sic Ald. alii cum M. P. V. K. F. Paris. σμῆχος S.) exhibent; quum in formam μῆχος per χ scribendam II. 181 omnes consentiunt libri, vide Wessel. et Valck. ad h. l. — Etiam πανταχῆ quod II. 124 Gaisf. al. receperunt, falsa Ionismi specie nititur, neque hinc in lexica graeca referri debebat, quum non solum hoc in loco codd. K. V. F. S. verum πανταχῇ a Bekkero aliisque merito receptum suppeditaverint, sed etiam in aliis omnibus huic similibus vocibus immutatum hoc χ relictum sit. Et ipsum πανταχῇ quidem sine ulla varietate habes III. 38. V. 52 et 78 et Stob. hoc ex loco, Serm. 41 p. 242. — praeterea VII. 106. VIII. 133. πανταχόθεν VII. 25. VIII. 80. πολλαχῇ I. 42. VI. 21. 106. ἑνιαχῇ I. 199. II. 19. πενταχοῦ III. 117 (ubi alii quidam πανταχοῦ). — VII. 36 τριχοῦ (τριχῇ S.). ὀλιγαχόθεν III. 96.

Sed pertinet huc forma οὐκὶ pro οὐχί posita, veluti I. 133. 173. IV. 155. VII. 46. 49, 1. 157. Etiam ubi alii οὐχί male exhibuerant, nunc recte οὐκί est restitutum: V. 13 οὐκὶ πρόσω nunc vulgat. οὐχὶ S. V. οὔκη Gaisf. F. a. VII. 49, 1 οὐκὶ ἵνα αὐτόν vulgat. οὐχὶ S. — I. 91 fine. Καὶ οὐ τοῦ θεοῦ vulgat. οὐχὶ b. d. οὐκὶ Schaef.

Praeterea αὖτις dixit noster constanter pro αὖθις; et habes αὖτις permultis in locis sine ulla varietate positum, ut etiam ibi, ubi libri variant, recte nunc nostro sua forma est restituta: I. 54 αὖτις vulg. αὖθις F. a. — 56 αὖτις vulg. αὖθις F. II. 122 αὖτις vulg. αὖθις S. — 86 αὖτις vulg. αὖθις S. III. 2 αὖτις vulg. cum S. F. Paris. αὖθις alii. — V. 81 αὖτις nunc vulg. cf. Koen. ad Greg. Cor. 64. — Olim vulg. αὖθις. — VIII. 60, 2 αὖτις vulg. αὖθις S. I. 62 μεταῦτις nunc vulg. (μετ' αὖτις F.) μεταῦθις e. II. 149 αὐτιγενές Bekk. αὐθιγενές vulgo. IV. 48. αὐτιγενέες nunc vulgat. αὐθιγ. K. F. a. αὐθηγ. S. — IV. 180 αὐθιγενέϊ θεῷ vulgat. αὐθιγενεῖ S. αὐθιγενέη F. αὐτιγενέϊ Schaef. Bekk. — De Ἐπιάλτης vide VII. 213 sqq.

Interdum in una eademque voce transponuntur Aspiratae et Tenues, sic ἐνθεῦτεν constanter apud nostrum est scribendum pro vulgari ἐντεῦθεν: I. 2 ἐνθεῦτεν vulgat. ἐντεῦθεν S. P. ἐντεῦτεν F. pr. m. I. 75 ἐνθεῦτεν vulg. ἐντεῦθεν S., sed aliis permultis in locis sine ulla enotata varietate recte ἐνθεῦτεν legitur. Similiter ἐνθαῦτα I. 61. 62. 63. II. 68 et Greg. Cor. d. d. Ion. § 56 hoc ex loco, et sic permultis aliis in locis sine librorum fluctuatione. Etiam I. 48 ἐνθαῦτα recte est vulgat., ubi ἐνταῦθα cod. e. — 76 ἐνθαῦτα bis vulgo. ἐνταῦθα S. — 79 ἐνθαῦτα vulg. ἐνταῦθα S. — 190. ἐνθαῦτα vulg. ἐνταῦτα S.

Et κιθών, κιθῶνος Herodoteum sine varietate legitur I. 155.

195 bis. II. 81. VI. 125. VII. 91. VIII. 99. IX. 22. Etiam ubi libri inter se dissident recte nunc illa Herodotea forma est praelata, vide Var. Lectt. ad I. 50. V. 87. 106. VI. 125. VII. 61. 75. 90. 139. — Etiam Καλχηδονίης IV. 85 recte nunc vulgatur, ubi quidem Χαλκηδονίης d. Χαλιδονίης b. IV. 144 Καλχηδονίους κτίσαντας S. F. c. Alii male Χαλκηδονίους. Sed eodem capite paulo infra Καλχηδονίους omnes. V. 26. Καλχηδονίους recte vulg. Χαλκηδ. cod. b. VI. 33 Καλχηδόνιοι Bekker. recte cum S., ubi alii vulgo Χαλκηδόνιοι. Etiam eo, quod interdum a vera scriptura Καρχηδονίων aberratum est ad Καλχηδονίων, nisi si hoc ex sola usitataque litterarum ρ et λ confusione profectum dicas, ista Herodotea hujus vocis forma confirmari posse mihi videtur, sic V. 42 Λιβύων καὶ Καρχηδονίων (Καλχηδονίων S.). VI. 17 Καρχηδονίων δὲ καὶ Τυρσηνῶν (Καλχηδονίων S. V.).

Sed, quamquam Ionibus κύθρη, κύθρος, κυθρίδιον et similia communi fere omnium consensu tribuuntur*), tamen Herodotus ex omnium librorum auctoritate et V. 88 ἐκ χυτρίδων dixit, et VII. 176 χύτρους (Eustath. ad Dion. P. 437 χύτρας) quare, quum etiam in nostris Hippocrateis exemplaribus χυτρίδιον et χύτρινος vulgatum sit (cf. Poes. Oec. Hipp. s. vv.) et indubitata hujus Ionicae formae exempla apud posteriores demum inveniantur (κύθρη Herodes in Stob. Serm. p. 453. κυθριδίοις Clem. Alex. Paedag. 2 p. 141 B. κυθρογαύλους Joseph. Antiqq. p. 233 et Var. Lectt. in 3 Reg. 7, 38., vide Maitt. (Sturz) p. 125) videndum est, ne omnino hic Ionismus antiquioribus quidem abjudicandus sit, recteque illa vulgata sese habeant.

Etiam ante vocalem spiritu aspero vulgo pronuntiandam manet tenuis Herodoteo ex usu; ut enim ἀπηλιώτης, ἀντήλιος aliaque non Iones solum sed omnes etiam Graeci dixerunt (cf. Lob. Aj. p. 356 sq.); sic Herodotus ipse usurpavit αὐτήμερον II. 122. VI. 139. κατάπερ, ἀπ' ἵππων et alia permulta; et ut olim permultis in locis hoc in genere peccatum est asperataque pro tenui male posita, sic ne nunc quidem omnia hujuscemodi vitia sublata sunt.

I. 5 οὐκ ὁμολογέουσι vulg. οὐχὶ S. F. a. c. II. 37 οὐκ ὁ μὲν vulg. cum F. Reliqui οὐχ. II. 5 κατύπερθε vulg. nunc, καθύπερθ. S. — I. 169 κατάπερ K. F. a. c. καθάπερ edd. vett. — 118 κατάπερ vulg. καθάπερ S., item 131. — I. 208 κατὰ ὑπέσχετο vulg. καθὰ S., et sic κατὰ saepius, pro quo cave ne κατὰ τὰ reponere malis cf. Struve I, p. 34 sq. Et sic repono IV. 76 in vulgatis verbis κατὰ ταὐτὰ κατὰ τὰ ὥρα (Gaisf. al. cum S. V. Paris.) sive κατ' ἃ (Bekk.) unice verum κατὰ ὥρα. II. 99 κατὰ τὰ ἤκουον Gaisf. al. κατὰ ἤκ. Bekk. V. 11 κατὰ τὰ εἵλοντο Ald. Gsf. al. cum S. V. A. B. κατὰ εἵλ. Bekk. cum M. P. K. F. b. — 89 κα-

*) Eustath. ad Hom. Il. δ' p. 468 = 357 Ἰωνικῶς δὲ ἰδιώτισται καὶ τὸ ἐκ τῆς χύτρας συντεθὲν μονόκυθρον, quod vocabulum immerito nostris lexicis deest.

τὰ τὰ εἴρηται Gaisf. alii, vulg. κατὰ εἴρ. Bekk. — V. 112 κατὰ τὰ συνεθήκατο A. B. V. Gsf. κατὰ συνεθ. Ald. Bekk. S. — VI. 53 κατὰ τὰ Ἕλληνες λέγουσι Gsf. al. κατὰ Ἑλλ. Bekk. VI. 88 κατὰ τὰ συνεθήκατο Gaisf. al. τὰ omiserunt b. et Bekk. Idem κατὰ IX. 82 pro vulgato καθὼς (κατὰ ταῦτα καθὼς) etiam ab Athen. IV. 138 C. repetito, reponendum esse censeo; nam καθὼς vel aspirata sua non pro Herodoteo habendum etiam omnino praestantioribus scriptoribus abjudicatur, cf. Thom. Mag. p. 195, 9 καθότι καὶ καθά. τὸ δὲ καθὼς παρὰ τοῖς δοκίμοις οὐκ ἔστιν, cf. et Lob. Phryn. p. 425 et Struv. I, p. 35 sq. — Schaefero quidem hoc in loco καὶ reponendum esse videbatur aeque Herodoteum, sed non aeque prope ad codd. Mss. scripturam καθὼς accedens atque alterum κατά. — Praeterea II. 121, 4 ἀπαμμένους nunc vulg. cum S. V. Paris. R. ἀφαμμ. M. K. F. — 121, 5 κατίσαι vulg. καθίσαι cod. S. — 126 κατίσαντα vulg. καθίσ. S. — I. 37 μέτες Schaef. Bekk. μέθες vulgo. cf. praeterea Var. Lectt. ad I. 39. 77. 166. 206. II. 116. III. 118. V. 20. 105. 106. VI. 30. VII. 60. 142. VIII. 70. 140, 2. IX. 18. — III. 83. I. 45. IV. 66. VI. 23. III. 68. VII. 150. IV. 43. VIII. 110. — I. 69. VIII. 40. — VIII. 22 et alibi saepius. Sic etiam II. 95 pro καθεύδει, quod omnes male retinuerunt, κατεύδει reponendum est, et IV. 25 κατεύδουσι pro vulgato καθεύδουσι. V. 41 ἔπεδρον rescribendum pro vulg. ἔφεδρον, praesertim quum I. 17 ἐπέδρης et in Herodoteis libris et apud Suid. s. v. Γύγης legatur, et ἐπέδρην V. 65. Etiam vulgatum ἀφεῖτο VIII. 49 (sive ἀφεῖται Ald. a. b.) jam dudum in ἀπεῖτο mutandum erat. Sed VII. 193 in vulgatis verbis: ἐνθεῦτεν γὰρ ἔμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν, ἐπὶ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὔνομα γέγονε Ἀφέται, forma vulgata ἀφήσειν propter nomen proprium Ἀφέται retinenda esse videtur, ut Ἀφέται ipsum constanter apud nostrum per aspiratam φ scribitur, vide VII. 196. VIII. 4. 6. 7. 8. 11. 14.

Etiam ipse spiritus asper nonnullis in vocibus Ionice in spiritum lenem transit, quum Atticis interdum etiam iis in vocabulis, in quibus non Iones solum sed alii etiam omnes Graeci spiritum lenem pronuntiabant, spiritus asper fuerit peculiaris; cf. Piers. Moer. p. 179. ἤνυσα δασέως ἀττικῶς, ψιλῶς ἑλληνικῶς cf. Herm. ad Euripid. Bacch. vs. 1092. Maitt. (Sturz) p. 88. Interppr. ad Euripid. Bacch. 702. ἑσμὸς Herod. V. 114 et sic alii, ἑσμὸς Attice. — ἁραιὸς Attice pro ἀραιὸς cf. Lob. Aj. 613. — Aristoph. Ran. 1089 ἐπαφαυάνθη pro ἐπαπαυάνθη. Eust. Hom. p. 1387, 7 δασύνεται Ἀττικῶς τὸ ἄθρους, vide Interppr. ad Aesch. Pers. 420.

Quamquam apud Iones istum ad spiritum lenem alia etiam plerumque accedit primae syllabae mutatio, quo et pertinent verba Eustathii ad Il. ν' p. 920, 44: τὸ δὲ ἴρηξ ἰωνικῶς ψιλοῦται, εἰ καὶ τὸ ἱέραξ δασύνεται, et sic ἴρηκας leni spiritu notatum apud nostrum II. 67 recte est vulgatum, quamquam et alii et cod. F. ἵρηκ. aspero spiritu scriptum praebent; qui idem cod. F. II. 65 cum nunc vulgato ἴρηκα consentit. Unde haud dubie pro vulgato ἱρήκων III.

76 ἱρήκων est reponendum, neque multum hanc ad quaestionem tribuendum loco Gregorii Corinth. d. d. Ion. ἡ κρᾶσις του ῑ καὶ ε εἰς ῑ μακρὸν τῶν Ἰώνων ἐστίν. ἱρεύς, ἵραξ, ἵρηξ. (De οὖρος, οὐρίζω vide p. 138.) De ἠώς pro ἕως jam supra p. 33 vidimus. Eodemque modo formis Herodoteis οὖρος et οὐρίζω constanter lenis spiritus est addendus, neque ulla hujus legis exceptio admittenda; quare adsentio Bekkero aliisque qui III. 142 male vulgato οὔρισε Herodoteum οὔρισε substituerunt. — Praeterea Ionico ex more dixit noster Ἀΐδην II. 122.

Alia vocabula alio in significatu usurpata alio spiritu notari solita sunt, sic ὤρη (ratio, quae habetur alicujus) et ὥρη (tempus, coeli atque aëris temperies, coeli plagae) constanti significatione inter se differunt; vide exempla in Schweigh. lex. Herod. s. vv. et Etymol. Mag. 448, 45 s. v. θεωρός . . . . . ὤρην γὰρ ἔλεγον τὴν φροντίδα, et quamquam codd. Herodoteorum scribae interdum hac ab norma aberrasse deprehenduntur, ut I. 4, ubi pro vero ὤρην (μηδεμίαν ὤρην ἔχειν) alii ὥρην, codd. S. V. ὥραν posuerunt. III. 155 τῆς οὐδεμία ἔσται ὤρη ἀπολλυμένης (ὥρη ἔσται S.) tamen recte fidem non invenerunt, sed ubique nunc quidem illa ex differentia hinc ὤρη, illinc ὥρη recte scriptum invenitur.

His adnumeranda sunt verba ἔργω excludere, et ἕργνυμι includere (Herod. II. 86 ἐσεργνῦσι, IV. 69 κατεργνῦσι; sed κατέργοντες VI. 102 prementes et in angustias urgentes, vide Buttm. gr. gr. II, 169) ἕρξε III. 136 inclusit, et ἑρκτή IV. 146 bis. 148 (cf. Buttm. l. l. et Lob. Aj. vs. 753). Alibi, ubi cum praepositione quadam haec verba apud nostrum conjugata cernuntur, non manifesta fit differentia, quum jam supra viderimus Herodotea ex consuetudine spiritum asperum constanter non valere ad immutandam tenuem praecedentem. Sed recte codicis b scriptura εἴργεσθαι VII. 197 in vulgatis verbis ἔργεσθαι τοῦ πρυτανηΐου neglecta est, quum hoc in loco ἔργεσθαι nihil nisi excludi possit denotare.

Verum ut ἕρδω et ἕρδον in praesenti et imperfecto tempore constanter apud nostrum aspero spiritu scribenda esse contendo, sic aoristum ἔρξαν V. 65. VIII. 8, 2. (ἀπέρξαντες IV. 62) leni spiritu et ab inusitata praesentis temporis forma ἔργω derivandum. Et ἕρδειν quidem summa consensione omnes scribunt I. 137. II. 121 (ἕρδουσι) III. 38 ἕρδειν (et sic hoc ex loco Origenes ctr. Cels. V, p. 254, ed. Cantabrig. anno 1658) III. 80 (ἕρδει) VI. 88. IV. 60 ἑρδομένη; unde patet, iis paucis locis, ubi alii lenem spiritum huic verbo addiderunt, malam grammaticorum correctionem sese immiscuisse, vide Lexic. περὶ πνευμ. p. 218 τὸ ἑρδω ἐν τοῖς τοῦ Ἰωάννου δασυνόμενον εὗρον, ἔνιοι δὲ ψιλοῦσι. Sed Eustath. Od. 1577 = 281 τὸ δὲ ἕρδειν, ὅτι δασύνεται, ὡς ἀπὸ τοῦ ῥέζω. cf. Lob. Aj. vs. 905. Et sic I. 119 recte nunc vulgatur ἕρδῃ cum codd. M. K. S. F. a. c. (ἔρδοι alii cum R. d.) ἕρδοι b. — 131 θυσίας ἕρδειν Bekk. alii, et Origen. ctr. Cels. V, p. 259 hoc ex loco, alii ἔρδειν. VIII. 143 ἕρδειν vulgat. ἔρδειν F. IX. 103 ἕρ-

δον vulg. ἔρδον F. a. Etiam pro male vulgato ἔρδεσκε VII. 33 Bekkerus recte ἕρδεσκε restituit. — Num in Homeri carminibus ἕρδειν an ἔρδειν rectius scribendum sit, nunc non quaero. In aoristo ἔρξαν in locis modo supra laudatis leni spiritu scribendo omnes consentiunt, quamquam Suid. s. v. εἱρκτή tradidit τὸ δὲ ἕρξας τὸ πράξας δασέως ἀναγινώσκομεν.

Sed aliis in vocabulis quamquam prima eorum vocalis Ionice mutata est, spiritus asper ut in vulgari sermone additur, sic εἱλίσσω noster semper dixit, et immerito quidam II. 38 ελίσσων receperunt, quum codd. M. P. K., ut constanter alibi, εἱλίσσων praebuerint. Ac falso in Eustathii Comment. ad Hom. Il. p. 177 = 234 scribitur εἰλίχατο ex Herod. VII. 90, ubi nostri Herodotei libri εἱλίχατο habent. Et vereor ut exemplis indubitatae fidei probari possit quod Tzetzes ad Hesiod. p. 109 tradidit: τὸ ἕλιξ Ἀττικοὶ δασύνουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ψιλοῦσιν.

Praeterea noster aspero spiritu dixit ἱστίη, ἱστιᾶν, etc. Quod autem ἰσσόω leni spiritu notatum codd. F. S. b. d. fere semper praebuisse dicuntur (ut I. 207 pro vulgat. ἑσσωθείς, ἑσσωθείς), id ex perversa quadam ratione profectum esse videtur, ut I. 200 ὅλμον codicum F. a. b. (Ald.) pro nunc vulg. ὅλμον. I. 71 ἀβρὸν codicum S. b. pro vulg. ἁβρὸν. II. 7 ὀδῶν codicis K. pro ὁδῶν. I. 24 ἐδώλια codicis F. et Suid. s. v. pro ἑδώλια cf. Lob. Aj. vs. 1277. — De ἵετο et perverso ἴετο vide infra p. 322.

Porro σ̄ cum aliis litteris lingualibus permutatur, sic σ̄ et τ in σήμερον Herod. III. 71, vide Maitt. (Sturz) p. 7. — Huc etiam pertinet Ionica quorundam nominum terminatio in σία (σίη) pro Attica τία cf. Lob. Parerg. p. 505 sqq. Sic ἀλουσίη Herod. II. 86. Hippocrat. de Vict. San. II. 10. 51. — ἀδυνασίη Herod. III. 79. VII. 172 (sed ἀδυναμίη Herod. VIII. 111. Hipp. Plat. alii). — ἀκρητοποσίη Herod. IV. 84 cf. Lob. l. l. p. 522. στρατηλασίη Herod. II. 1. IV. 105. VII. 14. 15. 10, 2. 21. 106 et 138.

Praeterea σ̄σ̄ multis in vocibus posuerunt Iones Herodotusque pro Atticorum ττ, sic πίσσα IV. 145. ἅσσα I. 47 et alia permulta, quae omnia nunc recte scribuntur, etiam ibi, ubi codd. quidam in Atticam consuetudinem aberraverant, ut I. 197 ἅσσα vulg. ἅττα S. III. 50 Μέλισσαν et Μελίσσης vulg. Μελίττης S. IV. 134 ἀπαλάσσεσθαι vulg. ἀπαλάττεσθαι F. V. 6 φυλάσσουσι vulg. φυλάττουσι S. VII. 46 συνταράσσουσαι vulg. συνταράττ. F. IX. 62 ἐλάσσονες vulg. ἐλάττ. F. — σ et ρ II. 70 θηρευτής recte nunc vulg. cum codd. M. P. K. F. a. b. c. ubi θηρευτήρ Ald. S. V. R. d. — Et ρσ constanter dixit Herodotus cum veteribus Atticis in Τυρσηνίην, χέρσον, θαρσύνειν aliis multis, constanter sic scribendis, et sic scribuntur nunc quidem omnia illa, etiam ubi codd. Mss. inter se dissident, veluti IX. 120 Χερσονησιτέων S. V. Paris. Χερσονησιωτέων edd. vett., sed cod. F. Χερρονησιτέων, vide et Var. Lectt. ad IV. 143. IX. 114. 116. II. 93. III. 76. V. 49. IX. 25. VI. 17. 22.

Porro μόγις, quod solum in Homeri carminibus invenitur, At-

ticisque usitatius atque acceptius quam μόλις fuisse dicitur *), etiam ab Herodoto usurpatum est constanter, sic I. 116. III. 12. IV. 29. 140. VI. 37. 83. 125. VII. 168. VIII. 81. 132. —

Supra jam est dictum ea de permutatione, ex qua litterae ττ apud Iones in σσ transeunt, quarum de geminatione ne mediocris quidem exstat dubitatio. Sed aliis in vocibus incertum esse potest, utrum per geminatum an per simplex σ sint scribendae. Quae haesitatio latius etiam patet, et ad alias quasdam geminandas aut non geminandas litteras pertinet. Et tradidit Eustath. ad Hom. Il. μ' 15. 20: Φέρεται κανὼν τονικὸς τοιοῦτος, τὰ εἰς σος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ η παραληγόμενα ἔχοντα καὶ ἕτερον σ ὀξύνεται, Ἁλικαρνασσὸς, Λυκαβησσὸς, Γαρτησσὸς, Λυρνησσός. τὸ Κάρησος, μὴ δισσὸν ἔχον τὸ σ, ἐξηλλάγη κατὰ Ἀρίσταρχον, εἰ καὶ ὁ Τυραννίων οὐ βούλεται. — Et sic apud nostrum Ἁλικαρνησσεὺς et Ἁλικαρνησσὸς recte nunc ubique per geminatum σ scripta vulgantur, quamquam alii codd. Mss. saepe simplex σ tantum praebent, vide Var. Lectt. ad I. Prooem. et interppr. ad h. loc. I. 144. 175. II. 178. III. 4. 7. VII. 99. IX. 107. Etiam in nummis geminatum ostendunt sibilantem litteram Halicarnassenses, quamquam posteriorum et alii et Eustath. Suid. scripturam per simplex σ fere constanter secuti esse videntur. Et valet de his quod Eustath. ad Hom. Odyss. τ' vs. 466 de scriptura nominis Παρνησσὸς tradidit: ἡ δὲ διὰ τῶν δύο σσ γραφὴ τοῦ Παρνησσοῦ κατήργηται παρὰ τοῖς ὕστερον. — Nam scriptura per simplex σ primum a poetis metri causa in his et similibus nominibus admissa, deinde apud posteriores et vinctae et solutae orationis scriptores indiscrete est frequentata. Sic Procopius de bell. Goth. IV, 6 Ἁλικαρνασεὺς Ἡρόδοτος. — Pausan. X, 32 Παρνασὸς et alibi, et Plut. Syll. p. 461. Euripid. Phoen. 216. Hom. Callimach. Del. 93. Pind. Nem. II, 19 (Boeckh.) Sed apud Herodotum Παρνησσὸς constanter per geminatum σ est scribendum: VIII. 27 Παρνησσὸν nunc vulg. et sic habet Eust. Il. ν' vs. 542 εἰ πόντος (Ἡροδότου) περί τινων, ὡς περιέφθησαν τρηχέως καταληφθέντες εἰς τὸν Παρνασσόν. — sed Παρνησὸν P. F. VIII. 32 Παρνησσοῦ vulg. Παρνησοῦ P., vide et VIII. 36. 37. 39. IX. 31. Et Ταρτησσός I. 163. IV. 152. 192. Ὑμησσός VI. 137. Ὀρδησσός IV. 48, sic cum M. P. K. F. a. c. Vall. (Ὀρδισσός. b.) Ὀρδησός S. — IV. 93 Σαλμυδησσόν vulg. et vide Schol. Apoll. Rh. II, 177. Aesch. Prometh. vs. 726. sed Σαλμυδισόν cod. S. — V. 100 Κορησσῷ. —

Praeterea duplici consonante exarandum est Κνωσσίου III. 122. Οἰνούσσας I. 165. (cf. Lob. ad Buttm. II, p. 423.) Ἰλισσός VII. 189 et sic Suid. Ἰλισσὸς ὄνομα τόπου καὶ ποταμοῦ cf. Interppr. Suid. s. v. Ἀμνισός. Strabon. IX, 400. Pausan. I. 19, 5. Et sic femininum Ἰλισσίς et Εἰλισσιάδες apud Steph. Byzant. et Paus. l. l. —

*) Cf. Poppon. Thucyd. I, p. 208 et grammaticorum locos a Maitt. (Stürz). p. 2 laudatos. Greg. Cor. p. 65. — Alios Atticos mox μόγις mox μόλις dixisse, vide Lob. Aj. vs. 306.

Etiam "Ἄμφισσαν VIII. 36, ubi quidem cod. F. male "Ἄμφισαν, sed VIII. 32 omnes "Ἄμφισσαν.

Simplici autem σ exaranda esse censeo haec: Κηφισός VII. 178. VIII. 33, quos ad locos vide Var. Lectt. et Bernh. ad Dionys. P. p. 604. Aliter statuit Herm. ad Soph. Oed. Colon. vs. 693. Sed Pausanias etiam X, 8 τοῦ Κηφισοῦ. — Πίσαν II. 7, sic S. V. F. a. Πεῖσαν M. K. Πίσσαν Ald. R. cf. Creuz. Melett. critt. I, 19. — Νῦσαν II. 146, sic cum codd. S. V. P. K. F. Paris. Νύσσαν olim vulg. cum Eust. ad Dionys. P. 1153. — III. 97 Νύσην vulg. cum S. P. V. Paris. Vall. Alii Νίσσην, et cod. F. νῆσσαν; sed patet, Νῦσαν unice verum reponendum esse, atque valde irascor editoribus, quod omnes hoc α breve in η immerito mutatum retinuerunt. Ceterum vide Valck. Observatt. ad aliquot Hesychii λέξεις Ὁμηρικάς (in Opuscul. I, p. 213), Interppr. ad Hymn. Hom. 25, 5. ad Soph. Antig. vs. 1118. Lob. Aj. vs. 699. Apoll. Argon. II, 905. 1214. Ellendt ad Arrian. T. II, p. 130. — Νίσαιαν I. 59 vulgat., ubi quidem cod. c. Νίσσαιαν; vide III. 106. VII. 40. IX. 20. Δήρισαι I. 149, sic Bekk. al. cum M. K. a., alii Δήρισσαι., vide Wessel. ad h. loc. — IX. 1 Δηρισσαῖος alii, alii cum Bekk. Δηρισαῖος. — 58 ὁ Δηρισαῖος cod. F. Bekk. al. Alii Δηρισσαῖος. cf. Schol. Apoll. Rhod. I, 40. — IX. 58 τὸν Δηρισαῖον et nummi frequenter Λαρισαίων; quamquam Aristot. Polit. V, 6 vulgo ἐν Λαρίσσῃ et Steph. Byz. s. v. — Κρισαίου VIII. 32 Bekk. et alii recte ediderunt, sed Κρισσαίου M. P. S. V. vide Poppon. ad Thucyd. I, 210. — Μυλάσοισι I. 171 nunc vulg. cum P. F. Strab. XIV. p. 974=659. Μυλάσσοισι edd. vett., vide et V. 121. — Πηδασέες recte vulg. I. 175. (Πηδασσέες F.) V. 121. VI. 20. VIII. 104. — Ἰηλυσός I. 144 Bekk. Alii vulgo Ἰηλυσσός, vide Interppr. ad Hom. Il. II. 656. —

Sed duplici ρ scribendum est Περραιβοί VII. 128. 131. 173, coll. cum Eust. ad Hom. Il. p. 335=254, 40. Et duplici ν Γόννος VII. 128. 173 et Eust. l. l. —

Praeterea duplicatur ν in nominibus ex vocabulo νῆσος compositis, et sic apud nostrum, ut apud alios, constanter Πελοπόννησος, Πελοποννήσιοι per duplex ν scribitur et scribendum est ex grammaticorum veterum praeceptis (vide Eustath. ad Dionys. Perieg. Etymol. Mag. p. 659, 48. Herodot. I. 56. 68. VII. 137. 233. VIII. 31. 73. IX. 73.) Quam scripturam quum seriorem Thucydide fuisse Poppo (Thucyd. Vol. I, p. 209) judicavit, non meminisse videtur, non solum apud Herodotum istam inveniri, sed etiam in Hymno Homerico in Apoll. vs. 250. 290 metri legibus retineri. — Praeterea Προκόννησος et Προκοννήσιοι Herod. IV. 13. 14. VI. 33. — Sed Χερσόνησος per simplex ν est scribendum (cf. Eust. ad D. P., ubi de Πελοπόννησος agitur) et Χερσονησῖται, Herod. IV. 99. VI. 140. VII. 33. IX. 118, quare unice verum est vulgatum Χερσόνησος VI. 33 neque recipiendum codicis S. Χερσόννησος. — Aeque simplici tantum ν est scribendum III. 97 ἐβένου, cum Eustath. ad D. P.

vs. 218. ad Hom. Il. δ' p. 469=357. Theocrit. XV, 124 ὦ ἔβενος. Sed ἐβέννου nostro in loco falso scriptum exhibent codd. F. P. c. d. III. 114 ἔβενον vulg. ἔβεννον. c. — Atque ἀγενές V. 6 et ἀγενέστερος I. 134 sine ulla haesitatione per simplicem litteram ν ut Herodotea scribenda esse censemus; nam ἀγεννές, quod cod. Florent. aliique et Eust. ad. D. P. vs. 322 (Bernh.) praetulerunt, Atticum magis est quam Herodoteum, cf. Stallb. ad Plat. Phileb. p. 133 sqq. Fisch. ad Euthyphr. I, 1, 11. Held ad Plut. Timol. 15, p. 400. — Neque vero, etiam si concedamus, omnes Graecos discrimen illud, quod inter ἀγενές ad natales et genus, et ἀγεννές ad animum relatum, esse volunt, semper et religiose observasse, ullo modo in illis Herodoteis locis scriptura per geminatam litteram ferenda est, quum utrobique de natalibus et de genere agatur. In Suidae quidem lexic. mox ἀγενεία, mox ἀγεννές scribitur, additurque ἀγενής, Ἰσαῖος ἀντὶ τοῦ ἄπαις. — Praeterea ἐλινύειν, quod Moeris p. 161 (Piers.) Atticis tribuit (ἐλινύων Ἀττικῶς, ἀναπαυόμενος Ἑλληνικῶς) constat fere nunc, simplici ν esse exarandum *) et sic ἐλινύειν I. 67 nunc vulgatum est cum cod. F., ubi quidem ἐλλιννύειν P. a. c., praeterea VII. 56. VIII. 71. — Similiter etiam in Hippocratis scriptis (cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. —) istam scripturam ubique esse restituendam judico. Atque nomen substantivum ἐλινύες, feriae, supplicatio, aeque simplici ν est scribendum, et sic scribitur apud Polybium. — Ac δαίνυσθαι, quamquam nostris in exemplaribus recte sic scriptum editur, I. 211. II. 100. III. 18. IX. 16., tamen I. 211, ut apud Hesychium s. v., ἐδαίνυυντο in cod. K. est repertum, procul dubio rejiciendum; vide enim Herm. Praef. ad Soph. Antig. p. XXII sqq. (edit. tert.) — Et ἐντανύουσι II. 173 Bekk., al. recte nunc ediderunt, quum vulgo male ἐντάννυουσι scriberetur; vide Lob. ad Buttm. gr. gr. II, p. 67 sqq. Eodemque modo Atticorum consuetudini propius ἀποτίνυσθαι VI. 65 scribendum esse arbitror, ἀποτινύμενοι VI. 101. τίνυσθαι V. 77 cum codd. K. F. a. cf. Bekk. Anecd. p. 29. ἀποκτινύναι δι' ἑνὸς ν· οἱ δὲ διὰ δυοῖν γράφοντες ἁμαρτάνουσι. Et sic τίνυσθαι praeterea Hesiod. Opp. vs. 711 cum Interppr. et apud Hom. — Similiter ἐρινύς simplici ν Hesiod. Theog. 472 cum Interppr. —

De nomine πλημυρίς scribendo bifariam dividuntur virorum doctorum sententiae, quorum alii, ex πλήν et μύρω illud compositum esse rati, pro duplicando μ, πλημμυρίς, pugnant, alii omnino compositionem ullam subesse negantes, sed ex πλήμη productum esse, scripturam per simplex μ verissimam ducunt. Etiam Eustath. ad Hom. Od. ι' vs. 486 τὸ δὲ πλημυρὶς τινὲς τῶν παλαιῶν προπαροξύνουσι καὶ δι' ἑνὸς δὲ μ γράφουσι, ὡς ἀπὸ τῆς πλήμης.

*) Cf. Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 973. Etymol. Mag. s. v. — Blomfield Gloss. Aesch. Prometh. 53. — Apoll. Rhod. I, vs. 589. — Boeckh. Pind. Nem. V, 1. ἐλινύσοντα. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Ion. p. 502., ad Suid. s. v. ἐλινύειν. — Callimach. Cer. 48. Aristoph. Thesmoph. vs. 598 ἀλλ' ὦ γυναῖκες οὐκ ἐλινύειν ἐχρῆν.

πλῆμαι δέ εἰσι πάθη θαλάσσης, κ. τ. λ. —. Neque equidem dubito, quin Herodotus quoque isto in veterum numero habendus sit, scribendumque VIII. 129 πλημυρίς, simplici μ, quamquam proparoxytonesin istam nego Herodoteam esse. Nam in uno illo ex πλήν composito vocabulo πλημμελής, πλημμελέω habet πλήν notionem τοῦ χωρίς (vide Fragm. lex. Graec. in Herm. de emend. p. 336) neque cum πλημυρίς est componendum. Praeterea Πλημύριον apud Steph. Byz. s. v. per simplex μ scriptum exstat, ut in Virg. Aeneid. III. 693 duobus in libris scriptura Plemyrium reperitur (vide Heyn. ad illum loc.) et apud Thucyd. (VII. 22. 23. 24. 25 et alibi) Πλημύριον vulgatum est. — Sed κρόμμυα duplici μ scriptum apud nostrum IV. 17 exstat, ut in Aristoph. Eccles. vs. 307 δύο κρομμύω, Xenoph. Anab. VII. 1, 37 κρομμύων (ubi vide Popponem). Quam scripturam cur Passovius in lex. gr. s. v. deteriorem fuisse dixerit, equidem non video, quum multis in locis probatorum scriptorum codd. Mss. auctoritate illa retineatur, quamquam in Homeri carminibus κρόμυον per simplex μ scriptum reperitur. (Il. 11, 630. Od. 19, 253.)

De scriptura nominis ψέλιον non in Herodoteis solum libris, sed in aliis etiam multis saepe a librariis erratum est; quam ambiguitatem collatis optimis codicibus adjuvanteque poetarum usu, nunc ita docti viri coercuerunt, ut tuo tibi jure statuere posse videaris, apud Herodot. aliosque scriptores semper hoc nomen per unum λ rectius exarandum esse. Vide L. Dindorf. ad Xenoph. Anab. I, 2, 27, Popponem ad Xenoph. Cyrop. I, 3, 2 et quos hic laudavit, Piers. Moer., Th. Mag., Schaef ad Dion. Hal. de Compos. Verb. c. 14. — Sinten. ad Plut. Themist. p. 117. Bekk. Anecd. I, p. 116, 2. Et apud nostrum quidem ψέλια III. 22 sine ulla enotata varietate sic scriptum legitur, sed III. 20 ψέλια nunc quidem vulg. cum M. P. K. F. S. V. a., olim autem cum cod. c. ψέλλια, ut etiam III. 22 in Aldina ψέλλια scriptum exstat. IV. 168 ψέλιον vulg. cum M. P. K. V. S. F. b. d. ψέλλιον a. c. IX. 80 ψέλια, sic S. P. F. ψέλλια a. b. — ψελιοφόρους VIII. 113 exhibent omnes. — De Σαρδαναπάλλου II. 150 apud nostrum vulgo cum codd. M. K. P. per geminatum λ scripto, (Σαρδαναπάλου S.) apud alios autem per unum λ, vide Naek. Choeril. p. 196 sqq. et Baehr Ctes. Reliqq. p. 430. Suid. s. vv. ἀγχιάλη et Ἀρβάκης. —

Consonantes quaedam si cum aliis concurrunt vel his sese accommodant certis ex legibus, vel immutatae relinquuntur. Sic συσσίτια I. 65 et σύσσιτος V. 24. Sed συστρατεύεσθαι V. 44. VII. 18. 52. 66 et alibi. συστασιῶται V. 70. συσπεύδων I. 92. συστήσας I. 103 et alibi. συστραφέντες IV. 136. VI. 6. — συζευγνύναι IV. 189. Sed προσσχόντας I. 2 aliaque ejusmodi quidam scribere solent, fortasse ne praepositiones πρό et πρός confundantur (cf. Etymol. Mag. 700, 16) quamquam προσχόντας (ex προς et ἔχω compositum) aliaque in Codd. Mss. fere constanter servantur et propter euphoniam in usu fuisse grammaticus docet post Greg. Cor. p. 680, ipso Schaefero

non improbante. Quantumvis autem convenientius sit regulae si προσχόντας, extrito priore σ, scribas, tamen perspicuitati consulendum atque προσσχόντας similiaque scribenda esse judico; quam eandem scripturam ipse Schaeferus in edendis Herodoti libris secutus est. Vide Lob. Paralipp. gr. p. I, p. 17.

Praeterea dicit noster πανσελήνῳ II. 47 bis. VI. 106. 120. — πανστρατιῇ I. 62. III. 39. VII. 203. VIII. 27. 66. cf. Lob. Aj. vs. 836.

ὀδμή dixit noster constanter pro vulgari ὀσμή III. 24. 105. IV. 195. I. 80 ὀδμήν vulg. nunc, ubi quidem ὀσμήν S. V. b. e. — Et ἴδμεν ubique est restituendum etiam ubi codicum scriptura variat, cf. Var. Lectt. ad I. 178. II. 12. 68. IV. 152. 197. V. 119. VI. 112. — Atque ἀναβαθμός II. 125, quod alii ἀναβασμός dicere maluerunt, vide Lob. Phryn. p. 324. —

Interdum etiam Graeca in lingua metathesis quaedam litterarum cernitur, et nomina peregrina a quibusdam Graecis ad similitudinem Graecarum vocum transformata inveniuntur; qua de re vide imprimis Platonis Critiam p. 113 sq. *) Neutrum tamen Herodoteae convenit rationi; sed noster dixit καρδίῃ III. 35 neque ut hoc loco in cod. f. scribitur κραδίῃ. VIII. 2 κράτος recte cum S. F. a. κάρτος Wessel al. VIII. 12 ναυμαχίη καρτερή, sic S., κρατερή V. F. Schaef. IX. 90 καρτεροῦ sic nunc cum S. P. K. F. κρατεροῦ olim vulg. — VII. 9. 3 θράσεος recte nunc scribitur, θάρσεος S. V.

Porro, de scriptura Ἀγβάτανα haec tradidit Steph. Byz. s. v. Ἀγβάτανα· Ἡρόδοτος τρίτῳ· Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α γράφει· (de quo vide Baehr Ctes. Reliqq. p. 88 et p. 454) παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις (sic) διὰ τοῦ ε τὸ Περσικὸν, ὡς δειχθήσεται. Παρὰ Χάρακι δὲ καὶ αὕτη διὰ τοῦ ε. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ συντάξεως στοιχείων ἐγκρίνει τὴν διὰ τοῦ κ γραφήν, παραιτούμενος τὴν διὰ τοῦ γ, λέγων οὕτω· μή τι ἄρα παρακινδυνεύει τὸ β ὑποτετάχθαι τῷ γ, ἐν οἷς ὑποτέτακται ἐν τῷ Λάγβα, τὰ ὄρκια (quae verba Herodiani mutilata esse apparet) τὴν δὲ διὰ τοῦ γ γραφὴν καὶ ἐν τῷ ε διασαφήσομεν. — Vetustiores igitur fere omnes scripturam Ἀγβάτανα secuti sunt, in Herodoteis libris ubique, ubique in Aeschyli Persis restituendam (cf. Blomfield Gloss. ad Aesch. Pers. vs. 16. — Lob. Parerg. p. 484) Herod. I. 98 Ἀγβάτανα Gsf. Bekk. al. cum M. P. Ἐκβ. F. a. c. — 110 τῶν Ἀγβατάνων nunc vulg. cum M. V. K. S. F. b. d. Ἐκβ. Steph. et a. c. — 153 Ἀγβάτανα nunc vulg. cum M. K. F. (Ἀκβάτ. Ald. c. a., vide supra p. 56, et Herodiani verba a Steph. Byz. laudata) Ἐκβ. Steph. alii. — III. 62 τῆς Συγίης ἐν Ἀγβατάνοισι Wess. Gsf. Bekk. alii cum Valla et Steph. Byz. l. l., sed Ἐκβ. edd. vett. et Mss. — 64 Ἀγβάτανα nunc. vulg. cum S. V. Vall. (Ἀκβάτανα M. P. K. F. a. b. c. d. cf. I. 153.) Ἐκβ. edd. vett. — Ibidem Ἀγβατάνοισι ter nunc vulg. Ἐκβ. vett. editt. —

*) Cf. et Classen, de grammat. Graec. primordiis p. 35 sq. et A. Meineke Euphor. p. 128 sq.

III. 92 Ἀγβάτανα nunc vulg. cum M. S. K. A. B. (Ἀκβ. F. a. b. Ald. Vall. cf. I. 153 et III. 64.) Alii Ἐκβ.

Praeterea quae scriptura Ἀρταφρένης in Aeschyli Persis commode frequentata est ad Graecum nomen ficta, ea falso saepissime in Herodoteos quoque libros est illata. Tribus enim exceptis locis (V. 31 Ἀρταφέρνεα, 35 Ἀρταφέρνεϊ, 96 Ἀρταφέρνης) aliis in omnibus variant libri inter Ἀρταφέρνης et Ἀρταφρένης, quod posterius nemo nunc dubitabit apud Herodotum damnare: V. 25 Ἀρταφέρνεα sic S. Ἀρταφρένεα K. P. F. Vall. — 30 Ἀρταφέρνης vulg. cum S. Ἀρταφρένης F. c. — 32 Ἀρταφέρνης vulg. cum S. et sic Suid. hoc ex loco s. v. ὑπερθέντι., Ἀρταφρένης P. K. V. F. c. — 73 Ἀρταφέρνης nunc vulg. cum Suid. s. v. ἀπεκορύφου., Ἀρταφρένης P. V. F. a. Vide et Var. Lectt. ad V. 96. 100. 123. VI. 1. 30. 42. 94. 119. VII. 8, 3. 10, 2. 74. — Similiter variatur inter Ἰνταφέρνης et Ἰνταφρένης, vide ad III. 70. 78. 118. 119. — Huic statim adnectenda est quaestio de fluctuatione scripturae inter Ἀρταξέρξης et similia et Ἀρτοξέρξης et similia, quorum priora, ut sola Herodotea, ubique praeferenda esse duco. Nam quamquam Ctesias et Plutarchus istam posteriorem scripturam tamquam abusive, ut ita dicam, secuti videntur, tamen plerique omnes, ut Thuydides, Xenophon, Diodorus, Stephanus Byz., Cornel. Nep. alii, illam priorem confirmant. Et ἄρτα, non ἄρτο legitimum esse initium, quocum Persica nomina componantur, docet ex Gesenii et Rosenmuelleri libris Baehr ad Ctes. Reliqq. p. 186 sq. 446. 457. — Quare Herodoteis in libris scriptura Ἀρτοξέρξης, quae plerumque a codice S. est exhibita, ubique est posthabenda, atque Ἀρταξέρξης reponendum, vide ad VI. 43. 98. VII. 106. 151. 152. Steph. Byz. s. v. Ἀρταῖα --- τάχα δὲ καὶ ἐντεῦθέν μοι δοκεῖ Ἀρταξέρξαι καὶ Ἀρταβαζοί κ. τ. λ. Et memoratu dignum est quod apud Plutarchum de Malig. Heród. constanter Ἀρταξέρξης tanquam Herodoteum vulgo scribitur; id quod non minimi esse potest momenti ad quaestionem de auctoritate hujus scripti instituendam. — VII. 2 ἐπρέσβευε Ἀρταβαζάνης alii cum S. Vall. Alii Ἀρτοβαζάνης; eadem fluctuatio eodem capite paullo post, et VII. 3. cf. Thom. Mag. p. 299, 16 Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἑβδόμῃ (c. 2) τῶν μὲν δὴ προτέρων ἐπρέσβευσεν Ἀρταβαζάνης, ubi quidem alii Codd. Mss. Ἀρτοβαζ. ut Phavor. — VI. 69 Ἀστραβάκου recte nunc vulgatur cum S. V. Valla. Paus. III. 16. Clemens. Alex. Protrept. p. 35. Sed Ἀστροβάκου male codd. F. Paris. — Sed Ἀρτάβανος omnes libri habent VII. 10 et sic hoc ex loco Thom. Mag. p. 361, 8 Ἀρτάβανος ὁ Ὑστάσπεω πάτρως ἐὼν Ξέρξῃ. Praeterea IV. 83. VII. 11. 17. 46. 52. 66, ut cetera omnia nomina, quae ab hoc vel huic simili initio inducuntur, quorum exempla quisque Herodoteus Index satis multa tibi indicabit.

De quibusdam litteris mobilibus.

Quum Graeci multum suavitati aurium ac vocalitati in dicendo tribuere soliti sint, mirandum sane non est, mobiles quasdam in eorum lingua fuisse litteras, quas, prout auribus atque ori placuerat, vel adderent vel demerent vocibus. Inter has mobiles litteras ν et σ ἐφελκυστικά, quae vocant, recensenda esse, fere constat. Illa autem non solum hiatus vitandi causa addita esse vocabulis quibusdam, sed etiam ut eorum usu alii quoque suavitati aurium servire-tur, vel ex eo concludi potest, quod apud poetas saepissime metri causa, apud scriptores solutae orationis non solum in fine sententiarum, sequente consona, apposita esse invenies, sed etiam media in sententia nullo hiatu cogente cf. Apoll. de Pron. in Bekk. Anecd. II. p. 520 sq. Pors. Euripid. Orest. vs. 24 et Addenda in Argument. et Nott. ad Medeam p. 502 sq. — Quamquam minime infitiari potest apud Atticos politiore usos oratione constanter has litteras certis vocabulorum formis accessisse hiatus vitandi causa, antiquiore autem tempore latius patuisse earum usum; qua quidem libertate poetae omnium temporum libenter et ad rem suam accommodatissime utebantur. Sic optime concilies inter se recentiorum grammaticorum diversas opiniones, quorum alii ν ἐφελκυστικὸν hiatus vitandi causa a Graecis usurpatum esse contendunt*), alii negant, sed deminutionem consonarum esse causam, cur illud non saepius positum sit**). Quod enim argumentum Buttmannus ad sententiam suam confirmandam attulit, Graecos multis aliis vocabulorum terminationibus in vocales desinentibus, sequente vocali, non addidisse illud ν, neque sensisse ullum hiatum, id non multum valere mihi videtur apud eum, qui mobilem minimeque sibi constantem aurium sensum, alias voces aliter audientium, in una eademque lingua probe sciat. Neque etiam unquam eas vocabulorum terminationes, quibus illud ν additum est, paucis exceptis, apostropho posito abjectas fuisse, sed hiatus vitandi causa illud ν recepisse constat. Huc et accedit diversitas dialectorum Graecarum, in quarum alia et hiatus et deminutio consonarum obtinebant, in alia minime obtinebant, ut in hac vocabulorum terminationes cum illis mobilibus litteris conjunctas fuisse videas, in illa non reperias***). Et apud Herodotum quidem nunc nostris in exemplaribus perpauca supersunt illius ν finalis exempla, ab omnibus communiter retenta; quamquam alibi haud raro ista variant, ac saepius etiam in Codd. Mss. quibusdam illud additum reperitur, aliis non consentientibus. Et tum plerumque etiam proxime praecedens vocabulum vel proxime sequens in Atticam vulgaremque consuetudinem invenias mutatum, aut genuino ordine

---

*) Cf. Matth. gr. gr. I, p. 125 sq.

**) Buttm. gr. gr. I, p. 93. Nec dirimit controversiam locus quidam Dionysii Hal. περὶ συνθέσ. c. 6. p. 56 Upton. cf. Fisch. ad Vell. I, p. 143.

***) Notissimum illud Homericum (Il. γ′ 388) ἤσκειν pro ἤσκει, cf. Fisch. ad Vell. I, p. 187 sq. Greg. Cor. d. d. Attic. p. 121 (Schaef.)

turbato verba ita transposita esse, ut e vulgaribus legibus ν̄ finale adderetur necesse esset. Praeterea saepissime pronomini σφι et σφίσι falso additum deprehenditur. Cujusvis generis exempla vide haec: I. 16 ἐβασίλευσε ἔτεα Bekk. al. ἐβασίλευσεν Gsf. et vulg. — 13 ἐβασίλευσε οὕτω Bekk. al. ἐβασίλευσεν Gsf. et vulg. — 14 ἀνέθηκε ἄλλον Bekk. al. ἀνέθηκεν Gsf. et vulg. Ibidem ἐστὶ ὁ θησαυρός Bekk. al. ἐστίν Gsf. et vulg. — 11 ἔλεγεν ἡ γυνή Bekk. et vulg. ἔλεγε Gsf. al. Ibidem paullo supra: τότε μὲν — ἡσυχίην εἶχεν, ὡς δὲ ἡμέρη κ. τ. λ. Bekk. et vulg. εἶχε Gsf. al. ἦγε A. R. c. — 16 οὐκ ὡς ἤθελεν, ἀπήλλαξεν Bekk. et vulg. ἤθελε, ἀπήλλαξε Gaisf. al. — 22 οἰκοδόμησεν ὁ Ἀλυάττης Bekk., alii ᾠκοδόμησεν ὁ Ἀλ. sed Gaisf. al. vel οἰκοδόμησε, vel ᾠκοδόμησε. — 32 ἔστιν ἰδέειν Bekk. et vulgo. ἐστι Gsf. al. — I. 5 ἔμαθεν ἔγκυος omnes praeter Matth. et Apetz. qui ἔμαθε reposuerunt, qui iidem I. 10 ἀνέβωσε αἰσχυνθεῖσα praebent pro vulgato ἀνέβωσεν (ἀνεβόησεν S. V.) et I. 109 ἔστι ὁ παῖς pro vulgato ἔστιν. VI. 37 ἀπειλήσε ὁ Κροῖσος pro male vulg. ἀπειλήσεν. — Praeterea I. 60 ἐπ' ἀλλήλοισιν ἐστασίασαν et paullo infra λεγομένοισιν εἶναι vulgat. et Bekk., sed Gaisf. al. recte ἀλλήλοισι et λεγομένοισι. — I. 65 ξείνοισι ἀπρόσμικτοι Gaisf. al. ξείνοισιν Bekk. et vulg. — 66 Δελφοῖσι ἐπί Gaisf. al. Δελφοῖσιν Bekk. et vulg. — III. 108 πεποίηκε, ἵνα μή Bekk. recte posuit pro vulgat. πεποίηκεν. — VII. 3 δοκέει δέ μοι (sive δοκέει δ' ἐμοί) — βασιλεῦσαι ἂν Ξέρξης vulgat., sed Bekk. δοκέειν δ' ἐμοὶ — ἐβασίλευσεν ἂν Ξέρξης, ubi certe ἐβασίλευσε Herodoteo ex more scriptum esse oportuisset. — VII. 87 ταῦτα — ἵππευεν. ἀριθμὸς δὲ τῆς ἵππου κ. τ. λ. sic ἵππευεν nunc male vulgat. cum S. V. Alii ἱππεύει; sed ἵππευε est reponendum. — 159 οἰμώξειε ὁ Πελοπίδης Bekk. recte reposuit pro vulg. οἰμώξειεν. — VIII. 68, 1 ἐστι ἀποδείκνυσθαι Bekk. alii, sed vulg. ἐστιν ἀποδ. — IX. 113 κατέκτεινε αὐτὸν Schaef. Gaisf. al. κτείνει S. κατέκτεινεν Bekk. κατέκτειναν Ald. al. — IX. 97 ἐστὶ ἱρὸν Bekk. al. ἐστὶν Gsf. et vulgo. Praeterea vide Var. Lectt. ad I. 1. 24. 30. 73. 122. 189. 190. II. 2. 10. 15. 37. 39. 82. 86. 116. 146. 128. III. 10. 41. 52. 67. 98. 111. 113. 118. 146. IV. 3. 33. 43. 167. 172. 198. 203. V. 21. 82. 88. VI. 17. 63. VII 120. 161. 164. 207. 208. VIII. 118. IX. 3. 28. 76. 86. — Sed plerisque in aliis iisque permultis locis, quorum enumeratione me supersedere posse credidi, quum nusquam ν̄ illud finale additum appareat, et recte illis in locis, ubi variatur in codd. Mss., aut ubi fortasse codd. Mss. consentiunt, vel omnes vel singuli quidam editores illud ν̄ omiserint, haud dubie omnes mecum consentientes habebo, si etiam VII. 161 in verbis omnibus in libris sic male scriptis ἀπέπεμψεν ἡμέας, et VIII. 118 in verbis οὐκ ἔστιν οὐδεμία, et hic ἔστι et illic ἀπέπεμψε restituendum esse contenderim, atque eam sibi dixisse legem Herodotum, dialecto, qua utebatur, convenientem, ut ubique illud ν̄ negligeret. Quae sententia etiam Maximi Planudis testimonio (in Bekk. Anecd. II, p. 1400 b.) confirmari potest, quo ille

affirmavit, apud Herodotum ν̄ ἐφελκ. negligi solitum esse. Nam quod ibi vulgo Ἡσίοδος pro Ἡρόδοτος legitur, id et per se a rei veritate abhorrere nemo non videt, et confusionem istam facilem atque haud raram esse; vide Matth. gr. gr. l. l.

Haud vero dissimilis ratio est illius ν̄ in vocibus ταὐτόν, τοσοῦτον et τοιοῦτον. Et Herodotum quidem semper τωυτό scripsisse, recte contendere mihi videor, quum duobus tantum in locis, quantum quidem enotatum sit, codd. Mss. inter se dissideant (I. 126 ἐς τωυτὸ vulgat. τωυτὸν P. K. F. III. 61 τωυτὸ vulgat. τωυτὸν S. V.), ceterisque omnibus permultis omnes in scriptura τωυτό sine ν̄ finali exhibenda consentiant cf. I. 1. 13. 53. 60. 62. 95. 97. 139. 142 bis. 148. 198. 202. 206. 207. II. 4. 20. 42. 73. 82. 83. 122. 127. III. 12. 14 91. 92. 119. IV. 53. 105 (ubi quidem alii ἐς ταὐτὰ pro ἐς τωυτὸ). 113 bis. 118. 119 bis. 120. 149. 162. 166. 180. 189. V. 3. 36. 37. 60. 63. 65. 86. 92, 2. 106. 113. 117. VI. 12. 14. 57. 58. 77. 84. 103 bis. VII. 3. 14. 15. 17. 104. 127. 129. 145 bis. 156 bis. 206. 216. VIII. 25. 45. 68. 137. IX. 11. 17. 51. 66. 70. 108. — Quae omnia exempla eo minus a correctore profecta esse videntur, quo magis nunc constat Atticos aliosque fere semper in soluta oratione ταὐτὸν usurpasse cf. Piers. Moer. p. 368. Etymol. Mag. p. 748, 5. Apoll. Synt. p. 56. Schneider. ad Plat. Rempubl. VII, 525 A. Lob. Aj. vs. 441. Ita, ut etiam τὸ ἄλλον quidam in Arriani Anab. I, 19, 10 intulerint, quod nunc recte ex Schmiederi emendatione cum ἄλλο est commutatum.

Difficilior esse videtur dijudicatio in examinandis vocibus τοσοῦτο et τοιοῦτο, utrum eae apud Herodotum finali littera ν̄ addita scribendae sint, an sine ea, an omnino nulla sit observanda constantia. Libri enim et mss. et editi non unam praebent harum vocum speciem. Consentiunt quidem omnes in τοιοῦτο sine ν̄ finali scribendo his in locis: I. 98. II. 8. III. 146. IV. 82. VI. 47. VII. 16, 3 (ubi quidem cod. a. τοιόνδε). VIII. 86. Et aliis in pluribus, ubi codd. quidam τοιοῦτον exhibent, intelligentiores editores recte τοιοῦτο, ab aliis libris praebitum, praetulerunt: I. 34 τοιοῦτο πρῆγμα nunc vulg. cum M. A. B. τοιοῦτον Ald. S. F. b. d. e. — 57 τοιοῦτο Gsf. Bekk. alii cum F. a. c. Alii olim τοιοῦτον. — 93 τοιοῦτο vulg. τοιοῦτον F. — 185 τοιοῦτο vulg. τοιοῦτον Mss. — 197 τοιοῦτο Bekk. cum F. a. c. Alii cum cod. S. τοιοῦτον, — II. 5 τοιοῦτο Bekk. al. cum cod. a. τοιοῦτον Ald. S. V. R. b. c. d. — 20 τοιοῦτο Bekk. al. cum F. a. Olim vulgat. τοιοῦτον. — 119 τοιοῦτο Bekk. Gsf. al. τοιοῦτον S. V. b. — 142 τοιοῦτο οὐδὲν Bekk. al. οὐδὲν τοιοῦτο aut τοιοῦτον P. K. S. V. F. — 149 ἕτερον τοιοῦτο Gsf. Bekk. alii et cod. a. τοιοῦτον cod. S. — 150 τοιοῦτο vulgat. cum codd. M. K a. c. τοιοῦτον P. S V. F. b. — III. 82 τοιοῦτο bis vulgat. et sic hoc ex loco Stob. Serm. 45 p. 324. τοιοῦτον cod. S. — 108 τοιοῦτο nunc vulg. τοιοῦτον S. V. — IV. 78 τοιοῦτο vulgat. τοιοῦτον S. V. — V. 92, 7 τοιοῦτο vulg. τοιοῦτον S. F. — 106 τοιοῦτο ποιεῦσι vulg. τοιοῦτον S. V. Ibi-

dem paullo supra τοιοῦτό τι ἐπρήχθη Bekk. τούτων τι S. V. τοιοῦτόν τι Gsf. al. — VI. 58 τοιοῦτο vulg. τοιοῦτον S. — VII. 23 τοιοῦτο nunc vulgat. cum cod. F. Alii cum S. τοιοῦτον. — 128. τοιοῦτο vulg. τοιοῦτον S. — 235 τοιοῦτο vulg. τοιοῦτον S., item VIII. 88. 132. IX. 47. 48. Sed IV. 99 nunc vulgo legitur τοιοῦτον ἡ Ταυρική, neque aliter praebuisse dicuntur codd. S. V. M. P. K. F. Paris., veteres autem editiones recte, ut puto, τοιοῦτο exhibent. Quod enim τοιοῦτο vocalis η est secuta, id neque hic neque alibi similibus in locis quemquam impellere debet, ut finale ν addendum esse existimet. Verumtamen aliquot in locis (II. 46. 150. III. 27. 77. 85. V. 106 (τοιοῦτον, οἷον). VI. 3. VII. 103) nostri editi libri omnes τοιοῦτον exhibent, neque quidquam varietatis e codd. Mss. est adnotatum. Sed quum ut ταὐτὸν sic et τοιοῦτον, τοσοῦτον Atticae consuetudini convenientius esse nunc fere constet (cf. Lob. Aj. l. l. Alii utrumque in Atticorum scriptis ferendum esse judicarunt, vide Popp. Thucyd. I, p. 225. Thom. Mag. p. 358, 5. Maitt. (Sturz) p. 49 sq.) et τωυτὸ, libris et manuscriptis et editis tantum non ubique consentientibus, apud Herodotum constanter scribendum esse modo viderimus, nonne manifestum est, etiam τοιοῦτο et τοσοῦτο Herodoteas fuisse formas ubique ei restituendas, praesertim quum τοιοῦτο quibusdam in locis omnes praebuerint libri et ii, qui in aliis τοιοῦτον habent, recte quidem a nonnullis editoribus spretum, Atticismum nimis amplexi esse censendi sint, ut etiam paucis illis in locis, ubi omnes libri τοιοῦτον male retinuisse videntur, Herodoteum τοιοῦτο substituendum esse pateat.

Et de τοσοῦτο quidem, quamquam eadem nostris in exemplaribus cernitur inconstantia, idem judicium est. VII. 12 ἐπὶ τοσοῦτο vulgat. sine adnotata varietate, nisi quod cod. S. τοσούτῳ. — I. 124 ἐς τοσοῦτο Bekk. al. cum cod. a. τοσοῦτον Gsf. — 192 τοσοῦτο nunc vulgat. cum S. K. F. a. c. Olim τοσοῦτον. II. 5 ἐπὶ τοσοῦτο nunc vulg. cum F. a. Olim τοσοῦτον. III. 96 τοσοῦτο nunc vulg. cum cod. a. Olim τοσοῦτον. — 113 ἐς τοσοῦτο vulgat. τοῦτο F. et τοσοῦτο in marg. τοσούτων S. — IV. 143 τοσοῦτο vulgat. cum codd. F. f. τοσοῦτον S. — 160 τοσοῦτο ὥστε vulgat. τοσοῦτον S. V. — VI. 97 τοσοῦτο nunc vulgat. τοσοῦτον S., item cap. 134. VII. 16, 1 τοσοῦτο vulgat. cum cod. F. τοσοῦτον S. — 16, 3 τοσοῦτο vulgat. τοσοῦτον S. V. — 152 τοσοῦτο τοσούτῳ F. τοσοῦτον S. V. P. — τοσοῦτο nunc vulgat. τοσοῦτον S., item cap. 172. 226. VIII. 19. 68, 1. 107. 109. 125. IX. 65. — IX. 18 τοσοῦτο vulgat. cum codd. P. F. τοσοῦτον S. — Sed VIII. 29 τοσοῦτον vulgo editur, ubi cod. S. τοσούτω praebuit, quod ad verum τοσοῦτο ducere potest. — IX. 15 τοσοῦτον vulgo, cod. S. aeque damnandum οὕτως. Aliis in locis (I. 107. 178. 207. II. 36. IV. 45. 199. V. 16. 50. VII. 103. 153) ubi τοσοῦτον vulgatum est nihil varietatis est adnotatum. Verumtamen ex iis, quae modo supra disserui, patet, et his in locis τοσοῦτο esse reponendum, et in illis, ut solum Herodoteum, cum plerisque editoribus retinendum.

Neque offensioni esse debet, quod Hippocrates (cf. Fisch. ad Vell. I, p. 187 sqq.) aliique Iones saepius his vocibus finale ν̄ nostris quidem in exemplaribus admisisse cernuntur, quum Hippocratem alibi etiam in Atticum morem inclinasse, aliosque Ionica usos dialecto non tam constanter unam persecutos esse rationem sciamus, quin modo huc modo illuc nutarent.

Quum in adverbiis localibus in *θεν* desinentibus ν̄ finale a poetis saepius omissum esse constet*), mirandum sane non est, Iones quoque interdum hoc sibi sumsisse, quippe qui quam maxime consonantes deminuere studuerint. Apud Herodotum autem in his sex tantum adverbiis *πρόσθε*, *ἔμπροσθε*, *ὕπερθε*, *κατύπερθε*, *ὄπισθε*, *ἔνερθε*, in quibus notio originis, terminatione *θεν* vulgo expressa, paene deleta est, hoc factum esse demonstrabo. Et *πρόσθε* quidem omnibus in libris exstat I. 11. II. 145. IV. 118. VIII. 89. 126. IX. 26. Alibi ubi nostri editi libri variant, nam e manuscriptis nihil adnotatum est, Bekkerus ubique recte *πρόσθε* praetulit, vide I. 71. IV. 72. V. 75. VII. 53. VIII. 29. 41. — Atque *ἔμπροσθε* omnes exhibent II. 96. 126. 176. IV. 180. 183 bis. VII. 144. 176 bis. VIII. 27. 53. 87. Aliis in locis variatur: II. 110 *ἔμπροσθε ἀνδριάντα* Bekk. *ἔμπροσθεν* Gsf. et vulg. Ibidem *ἔμπροσθε τῶν ἐκείνου ἀναθημάτων* Bekk. *ἔμπροσθεν* Ald. al. et vulgo. — III. 117 *ἔμπροσθε ἐώθεσαν* Bekk. *ἔμπροσθεν* Gsf. et vulgo. *οἱ πρόσθεν* S. IV. 24 *ἔμπροσθε ἐθνέων* Bekk. *ἔμπροσθεν* Gsf. et vulgo., item IV. 61. V. 62. VII. 126. *ὕπερθε* VI. 61 et *κατύπερθε* I. 67. 104. 185. 194. II. 5. 32 bis. 92. 158 bis. IV. 7. 8. 16 bis. 17. 18 bis. 20 bis. 21. 25 bis. 27. 31. 40. 49. 53. 100 bis. 101. 124. 184. 175. 201. V. 3. 5. 28. 69. VII. 23. 36 (quo ex loco Thom. Mag. p. 270, 2 *ὕπερθε* pro *κατύπερθε* exhibet: *Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἑβδόμῃ· καὶ ὕπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου*) 57. 115. 128. VIII. 19. 39. 60, 3. 75. 136. IX. 22. 64. — *ὄπισθε* I. 9. 45. 59. 80. 191. II. 96 bis. 135. 182. 162. 170. IV. 60. 72. V. 22. VII. 40 bis. 176 bis. 213. 223. VIII. 53. 89. IX. 107. 118. Variatur autem I. 199. *θεραπηΐη δέ σφι ὄπισθε ἕπεται πολλή* sic Bekk. sed vulgo cum codd. F. K. *θεραπηΐη δέ σφι ἕπεται πολλὴ ὄπισθεν*. IV. 35 *ὄπισθε τοῦ Ἀρτεμισίου* Bekk. *ὄπισθεν* Gaisf. alii. V. 12 *ὄπισθε εἵποντο* Bekk. *ὄπισθεν* Gsf. al. et Mss. — VII. 40 *ὄπισθε αὐτὸς Ξέρξης* Bekk. al. *ὄπισθεν* Gsf. al. — 41 *ὄπισθε αἰχμοφόροι* Bekk. *ὄπισθεν* Gsf. al. — *ἔνερθε* I. 91. 107. II. 4. 13 bis. 14. 18. 154. IV. 65. V. 92, 1. — Sed IV. 9 *ἔνερθεν ὄφιος* Gsf. et vulgo, ubi quidem Bekk. recte *ἔνερθε* reposuit.

Recte igitur a Bekkero quidem haec sex adverbia ubique sine ν̄ finali scripta esse patet; quum enim alia adverbia localia semper in θεν̄ desinentia appareant**), illa autem sex saepius sine dissen-

*) cf. Matth. gr. gr. I, p. 127 Not. 2. Buttm. gr. gr. II, p. 349. Lob. Phryn. p. 284 sq. Aj. vs. 441.

**) *ἀρχῆθεν* I. 131. II. 138. III. 25. VII. 104. VIII. 22. III. 80. 39.

sione librorum in θε exeant, nihil dubii relinquitur, quin partim illa contraria exempla, sine indicio, qua codicum Mss. auctoritate niterentur, posita, partim illa, ubi libri nutant, in melius mutanda sint.

Sed ν illud finale hoc in genere adverbiorum litteram esse adventiciam, Dorum Aeolumque consuetudo demonstrat, haec adverbia in α exire jubens (cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Dor. p. 186 sqq.). Ut vero horum adverbiorum terminationes θε, θεν, et α ad suam quaeque dialectum pertinent, neque omnes unius ejusdemque propriae sunt, sic vocabulorum ἔπειτα et ἔπειτεν, εἵνεκα et εἵνεκεν terminationes εν et α eadem in dialecto vel eodem in scripto promiscue usurpatas esse videas. Sed, quamquam has voces in εν desinentes proprie Ionicas fuisse dicas, quia debilitatio plenorum sonorum Ionum est; quin etiam Aelius Dionysius apud Eustath. ad Hom. p. 1158, 39 = 1215, 33 (ἐν τοῖς Διονυσίου φέρεται, ὡς ἀττικὰ μὲν τὸ εἶτα καὶ ἔπειτα, τὸ δὲ εἶτεν καὶ ἔπειτεν, ἰακά. διό, φησί, καὶ παρ' Ἡροδότῳ κεῖνται. cf. Reizii epist. ad Garvium p. XVI) disertis verbis ita scripsisse ait Herodotum, tamen nullum vestigium formae ἔπειτεν hodie in nostris Herodoteis codd. Mss. superest, si recte collatores codicum adnotarunt, sed quae hujus formae exempla nunc editi libri exhibent, ea nostri demum editores e conjectura, arteque critica adhibita, Herodoto restituerunt: sic I. 146 καὶ ἔπειτεν ταῦτα ποιήσαντες αὐτῇσι συνοίκεον sic Reizius pro codd. scriptura ἐπεὶ τε, quod significare Herodotea e dialecto, quum, postquam jam supra vidimus, sed hic adverbium temporis, tum, deinde, quod est ἔπειτεν, requiri patet. Vide Herm. ad Vig. p. 784. Sed recte Hermannus l. l. ἐπεί apud Herod. II. 32 tuitus est, ubi Reiskius εἶπον male, Bekkerus ἐκεῖ vel ἐκείνους reponi maluit, recteque ille addidit, apodosin inde a verbis διεξελθόντας δὲ χῶρον κ. τ. λ. incipere. Alia etiam huic simillima exempla Herodotea afferre poterat Hermannus, veluti IV.

V. 18. ἔξωθεν I. 194. II. 99. 107. 175. VIII. 7 et alibi constanter: ἄνωθεν II. 17. 99. IX. 51. κάτωθεν IV. 72. ἔσωθεν II. 175. VII. 96. VIII. 37. ἀμφοτέρωθεν II. 29. ὅθεν IV. 14. ὁκόθεν I. 35. II. 106 alibi. κόθεν I. 35. II. 93. ἔνθεν II. 142. ἑκατέρωθεν III. 102. ἔνδοθεν II. 68. αὐτόθεν VIII. 64. δῆθεν VI. 39. χαμάθεν II. 125. πατρόθεν III. 1. VI. 14. VIII. 90. μητρόθεν VII. 99. ἐκεῖθεν VIII. 68, 2. ὀλιγαχόθεν III. 96. πάντοθεν II. 138. III. 117. VII. 128 alibi. ἑτέρωθεν II. 85. πανταχόθεν VII. 25. ἀγχόθεν IV. 31. Praeterea ἀνέκαθεν I. 170. II. 43. V. 55. 62. 65. VI. 35. 125. VII. 221. Sed VI. 128, ubi edd. vett. recte ἀνέκαθεν habent, Schweighaeuserus ἀνέκαθε ex codd. Mss. quibusdam immerito recepit, neque eum Schaef. Bekk. alii sequi debebant, ut hac in re laudandus sit Gaisf., ἀνέκαθεν retinens. Idem Gaisf. VI. 33 πέρηθεν cum edd. vett. recte retinuit, ubi Bekk. Schaef. male πέρηθε non Herodoteum. VII. 225 πάντοθεν edd. vetustiores et vett. cum cod. S., sed Schweigh. Schaef. Bekk. male cum cod. F. πάντοθε. Quae vitiosa exempla non ex errore graphico ortum habere, sed e grammaticorum quorundam disciplina, Lobeckii ad Phryn. l. l. expositio manifestum facit.

10 *τὴν δὲ, ἐπεὶ τοὺς παῖδας ἀνδρωθῆναι, τοῦτο μέν σφι οὔνοματα θέσθαι, κ. τ. λ.*, ubi a verbis *τὴν δὲ*, ante *ἐπεὶ* positis, incipit apodosis. IV. 33 *ἐπεὶ δὲ — οὐκ ἀπονοστέειν — οὕτω δὴ φέροντας — ἐπισκήπτειν.* IX. 93 *πρόφαντα δέ σφι ἔν τε Δωδώνῃ καὶ ἐν Δελφοῖσι ἐγίνετο, ἐπεί τε ἐπειρώτευν τοὺς προφήτας κ. τ. λ.*, sic *ἐπεί τε* merito Schweigh. Gaisf. alii ex emendatione Reiskii receperunt pro male vulgato *ἔπειτα*, hoc ab loco plane alieno, quum appareat *ἐπεί τε ἐπειρώτευν* protasin esse et *πρόφαντα δέ κ. τ. λ.* et *οἵ δὲ ἔφραζον κ. τ. λ.* apodosin. cf. supra p. 38 sqq. IX. 84 *ἐπεί τε δὲ Μαρδονίου ὁ νεκρὸς ἠφάνιστο, — ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφάνης θάψαι Μαρδόνιον.* Quam inter protasin et apodosin Herodotus inseruit, non certo se scire, a quo Mardonii cadaver esset sepultum, quum plures id de se praedicassent: *ὑπ' ὅτευ μὲν ἀνθρώπων κ. τ. λ.* quibus respondent *πολλοὺς δέ τινας — ἤκουσα κ. τ. λ.* Postquam vero cadaver Mardonii altero die subductum fuit, habet nonnihil famae Dionysophanes vir Ephesius sepeliisse Mardonium, quamquam etiam alii plures id de se praedicaverunt, unde certum non habeo dicere, quisnam eorum revera id fecerit. Et sic *ἐπεί τε* recte est vulgatum (*ἐπεὶ δὲ* V. *ἐπὶ δὲ* S.) neque *ἔπειτεν δὲ* Schaef. et Gaisf. recipere debebant, quamquam Schaeferus in Reiziana editione *ἐπεί τε δὲ* retinuit. — Sed II. 52 *ἔπειτεν δὲ — ἐπύθοντο* recte Reizius reposuit pro *ἐπείτε δὲ*, quod Gronov. Wess. al. scripserunt cum codd. P. M. K. *ἔπειτε δὲ* F. *ἔπειτα δὲ* Ald. al. cum S. — IX. 98 *ἔπειτα ἀνενειχθέντα* vulgat. *ἐπείτε* male cod. S., sed Schaef. *ἔπειτεν*. — At, etsi locus iste apud Eustath. ex Dionysio laudatus nonnihil suspicionis mihi movet, aut non recte memoriae tradidisse Eustathium, aut non recte praecepisse Dionysium, quippe qui etiam vocabulum *εἶτεν* Herodoto in usu fuisse contenderit, quum neque *εἶτα* neque *εἶτεν* nostris in libris invenias, tamen multo pluribus in locis, quam nunc conjectura erui potest, ne dicam in omnibus, *ἔπειτεν* ab Herodoto ipso positum fuisse, jure merito contendere mihi videor. Nam *ἔπειτεν*, quod etiam a Pindaro usurpatum vides, (cf. Pyth. IV, 211. Nem. III, 54. cf. Herm. Opusc. I, p. 265. Lob. Phryn. p. 124), a Megarensi apud Aristoph. Acharn. 745 (710) *κἤπειτεν ἐς τὸν σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε*, et a posterioribus saepius, constat fere inter omnes Ionicum esse. Attamen Herodotum, vere Ionice loquentem, nullo loco, uti nostri codd. Mss. suadent, istam Ionicam formam usurpasse, putemus? Minime, atque adeo aliis etiam in locis, ubi dissensio librorum conjecturam admittit, Ionicum *ἔπειτεν* restituendum esse censeo. Sic vera scriptura *ἔπειτεν* VI. 83 mihi latere videtur in corrupta lectione codd. S. V. *ἐπείτε — ἐξέβαλον*, pro quo omnes editiones *ἔπειτα* nunc praebent. Et ibidem paullo post scriptura codicis S. *τέως μὲν — ἐπείτε δὲ* (*ἔπειτα* editiones) ad verum *ἔπειτεν* nos ducere potest. Eodemque modo VI. 91 pro codicum K. F. b. corrupta scriptura *καὶ ἐπείτε — ἐξῆγον*, aut pro vulgata *ἔπειτα*, reponi velim *ἔπειτέν*. cf.

Bast. ad Greg. Cor. p. 377. Comment. Palaeogr. p. 740. 762. — Etiam pro olim vitiose vulgato et a codd. Mss. praebito ἔπεὶ δέ VII. 219 conjiceres ἔπειτεν reponendum esse, nisi elegantius esse videretur quod Valckenarius proposuit ἐπὶ δὲ, a Bekkero merito hunc in locum receptum, et ab Herodoto sine controversia usurpatum IV. 59. 181. VII. 55. VIII, 67. 93. 113. IX. 35; vide et Eust. ad Hom. Il. α΄ 162 = 123 ὡς γὰρ τὸ μετὰ δὲ ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα δὲ, καὶ ἐπὶ δὲ, καὶ πρὸς δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τούτοις καὶ πρὸς τούτοις, οὕτω κ. τ. λ. — Aliis autem permultis in locis pertinaci constantia omnes libri Atticam formam retinent I. 4. 25. 32. 155. 164. 166. 170. 172. 176. II. 29 ter. 38. 39. 42 bis. 47. 56. 68. 85. 86. 88. 92 (sed Eust. ad Hom. Od. loco supra p. 80 Not. laudato εἶτα exhibet) 95. 121, 4. 129. 131. 158. 169. III. 8. 24. 31. 47. 72. 76. 134. 155. IV. 26 bis. 30 bis. 43. 60. 61. 62 bis. 70 bis. 71 bis. 72 bis. 73. 75 bis. 100. 103. 114. 122. 148. 172. 195. 196. V. 8. 91. 101. 125. VI. 31. 83. 84. 119. VII. 10, 2. 15. 30. 41. 107. 180. 239 bis. VIII. 113. IX. 51. 93 et μετέπειτα I. 108. II. 110. 118. III. 36. V. 68. VII. 7. 17. 137. 197. 233. VIII. 9. 128. IX. 48. — Quae exempla quamquam plerumque a correctore vel parum attento librario profecta esse statuam, tamen omnia sine codicum aut aliorum scriptorum auctoritate in Ionicam formam mutare temerarium mihi esse videtur. — Jam ut ἔπειτεν vere Ionicam fuisse formam vidimus, sic εἵνεκεν tantum, non εἵνεκα Herodotum semper usurpasse non immerito aliquis dicat. Nam εἵνεκεν solum est Ionicum; ἕνεκεν quidem et εἵνεκα etiam Atticorum in more fuisse, jam pridem viri docti demonstrarunt, sed εἵνεκεν minime*). — Et εἵνεκεν omnes libri retinent I. 2. 30 bis. 80 (εἵνεκεν ἐσεσόφιστο). 82. 99. 129. II. 3. 4. 182. III. 49. 69. 71. 74. 79. 84. 85. IV. 97. V. 91. VI. 52. VII. 20. 36. 37. IX. 13. 99 bis. 110. Aliis in locis variatur, ita tamen, ut terminatio in εν desinens praevaleat, I. 4 εἵνεκεν vulgo. εἵνεκε d. εἵνεκα S. — 22 εἵνεκεν nunc vulg. cum codd. M. F. a. c. Olim cum S. εἵνεκα. — 30 θεωρίης εἵνεκεν ἐς Αἴγυπτον nunc vulg. εἵνεκα Ald. al. — 42 εἵνεκεν vulg. εἵνεκε e. — 70 εἵνεκεν nunc vulg. cum M. S. V. εἵνεκα e. Alii εἵνεκα. — 73 εἵνεκεν nunc vulg. εἵνεκα M. S. (ἕνεκα F. e corr.) εἵνεκε vel εἵνεκεν alii. — 80 τῶνδε εἵνεκεν nunc vulg. et sic vel εἵνεκε M. S. V. R. K. F. a. b. c. d. e. Alii εἵνεκα. — 86 εἵνεκεν nunc vulg. cum M. S. K. F. εἵνεκα Ald. e. — 109 εἵνεκεν οὐ Bekk al. cum cod. d. εἵνεκα

---

*) Thom. Mag. p. 151, 4 καὶ ἕνεκα καὶ εἵνεκα Πλάτων, Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι. Θουκυδίδης δὲ ἀεὶ ἕνεκα. — Phavor. p. 267 ἕνεκα καὶ ἕνεκεν Ἀττικοὶ γράφουσι. — De ἕνεκεν apud Xenoph. vide Popp. Praef. ad Cyrop. p. 38 sq. Plat. Resp. X, p. 610 B. et Interppr. ad h. l. Sibilis ad Paus. I, 5, 4. Buttm. gr. gr. II, p. 369 et quos laudavit. — Sed εἵνεκεν etiam apud Archimed. p. 330 B. (127, 20) est inventum et primum apud Pindarum.

Gsf. Ibidem εἵνεκεν ἐμοὶ Bekk. alii. εἵνεκα Gsf. al. — 115 εἵνεκεν Schaef. Bekk. al. ἕνεκεν c. εἵνεκα Gsf. alii et S. F. b. ἕνεκα Alii. — II. 37 εἵνεκεν Bekk. al. εἵνεκα Gsf. — 41 εἵνεκεν nunc vulg. cum M. K. P. f. εἵνεκα S. al. — 65 εἵνεκεν nunc vulg. cum codd. S. P. M. K. F. Olim εἵνεκα. — 77 εἵνεκεν nunc vulg. εἵνεκα M. K. F. — 89 εἵνεκεν nunc vulg. et P. K. F. εἵνεκα S. — III. 43 εἵνεκεν Bekk. al. et F. S. εἵνεκα Gsf. — 49 εἵνεκεν τῆς αἰτίης Bekk. al. Olim ἕνεκα. — 122 εἵνεκεν nunc vulgat. cum M. S. K. P. F. Paris. Olim εἵνεκα. — 127 εἵνεκεν Bekk. al. et cod. F. Vulgo εἵνεκε. — IV. 2 εἵνεκεν vulg. εἵνεκα S. — 33 εἵνεκεν nunc vulg. εἵνεκα S. — 135 εἵνεκεν bis vulg. εἵνεκα S. bis. — V. 24 εἵνεκεν vulg. εἵνεκα F. — 92, 3 εἵνεκεν Bekk. al. cum S. V. εἵνεκα Gsf. al. — VI. 136 εἵνεκεν nunc vulg. ex codd. S. V. F. εἵνεκα Wessel. al. — VII. 10, 7 εἵνεκεν cod. S. εἵνεκα vulgo. — 15 εἵνεκε S., unde εἵνεκεν reponendum pro vulgato εἵνεκα. — 32 εἵνεκεν S. εἵνεκα vulgo. — 133 τῶνδε εἵνεκε F., i. e. εἵνεκεν. εἵνεκα vulgo. — VIII. 35 εἵνεκεν S. εἵνεκα vulgo. — 55 εἵνεκεν vulgo. εἵνεκε S. — 76 τῶνδε εἵνεκεν ἀνῆγον nunc vulgat. εἵνεκα F. Wessel. al. Ibidem τῶνδε εἵνεκεν, ὡς nunc vulgat. εἵνεκα Ald. al. — 85 τοῦδε εἵνεκα μέμνημαι vulgo, sed vide Var. Lectt. apud Schweigh. — 100 εἵνεκεν Gsf. εἵνεκα vulgo. — IX. 4 εἵνεκεν S. εἵνεκα vulg. — 46 εἵνεκεν Bekk. al. εἵνεκα F. S. Gsf. — 57 εἵνεκεν S. εἵνεκα vulgo. — 85 εἵνεκεν nunc vulg. e codd. V. S. P. K. F. εἵνεκα Ald. al. — 91 εἵνεκεν vulg. εἵνεκα S. — 104 σωτηρίης εἵνεκε K. i. e. εἵνεκεν. εἵνεκα vulg. Ibid. τούτου τε εἵνεκεν Gsf. et cod. F. εἵνεκα alii. — 114 εἵνεκεν nunc vulg. e codd. S. V. P. F. εἵνεκα Wessel. alii. — Praeterea εἵνεκα vulgo editur nulla scripturae varietate enotata I. 17. 115. 120. 136. 137. 138. 141. 145. 146. 186. 187. 165. II. 35. 38. 41. 46 bis. 62. 108 bis. 121, 5. 133. 147. 160 bis. 175. 181. III. 47. IV. 2 bis. 4. 22. 31. 79. 155. 187. 201. V. 13. 51. 67. 92, 3. 98. VI. 3. 30. 53. 86, 4. 130. VII. 8, 3. 24. 31. 36. 53. 133. 148. 151. 158. 187. 205. VIII. 6. 40. 41. 59. 68, 1. 92. 102. 105. 112. 128. 142. IX. 25 bis. 27 bis. 28. 42 bis. 45. 79. 82. — Quum autem ut initialem hujus vocis syllabam εἰ fuisse Herodoteam, sic etiam finalem κεν non κα vel ipsa librorum discrepantia extra omnem positum esse mihi videatur dubitationem, ac non paucis in locis omnes libri in scripturam εἵνεκεν conspirent, planum est, quemadmodum ubi variatur nemo facile dubitaverit εἵνεκεν praeferre, sic ubi εἵνεκα omnes servasse dicuntur, ibi Herodoteum εἵνεκεν restituendum esse.

Jam, ut modo vidimus, ν illud ἐφελκ. plerumque ab Ionibus, imprimis ab Herodoto abjectum esse, ita res sese habet de σ ἐφελκ., ut ita dicam, in vocibus μέχρι et ἄχρι, quas sic sine σ scriptas et ante vocales et ante consonantes omnes exhibent libri his in locis: I. 136 et Eust. ad D. P. vs. 1056 hoc ex loco. — I. 172. II. 7. 53. 154. III. 91. 92. IV. 89. 99. V. 28. 52. VI. 44. 104. 119.

VII. 89. 111. 115. 225. VIII. 99. 108. 124. I. 7. 82. 94. II. 5. 6. 9. 15 bis. 17. 29. 31. 32. 80. 99. 124 bis. (II. 138 ἄχρι τῆς ἐσόδου) 154. III. 5 μέχρι Σερβωνίδος λίμνης. 31. 93. 96. 97 (μέχρι τοῦ Καυκάσιος). 160. IV. 3. 23. 24. 25. 33. 38 bis. 39. 40. 53. 72 bis. 98. 99 ter. 100. 119. 150. 168. 169 (μέχρι τοῦ στόματος). 185. 186. 191. V. 15. 54. 98. VI. 12. 34. 40. 53 ter. VII. 9, 1 et 2. 16, 3. 20. 108. 121. 127. 167. 184. 186. 201. VIII. 23. 76. 84. 126. 132. IX. 40. 41. 77. 102. Sed I. 117 ubi nunc vulgatur ἄχρι οὗ cum codd. M. F. a. b. c. d., habet cod. S. male ἄχρις. — 181 μέχρι οὗ Bekk. alii; quod et Gaisf. rectius esse putavit quam quod retinuit μέχρις. — 187 μέχρι οὗ Bekk. al. μέχρις F. a. d. f. μέχρις ἐς S. — II. 19 μέχρι οὗ nunc vulg. μέχρις Ald. F. S. — 113 μέχρι ἐμεῦ nunc vulg. cum plurimis Mss. Alii μέχρις. — 173 μέχρι ὅτου vulgat. (sed rescribe ὅτευ vel ὅτεο) μέχρις S. — 179 μέχρι οὗ nunc vulg. μέχρις F. S. — 182 μέχρι ἐμεῦ Bekk. al. μέχρις Gsf. F. S. — III. 5 μέχρι οὔρων nunc vulg. μέχρις F. S. — μέχρι Ἰηνύσου nunc vulg. μέχρις F. S. — 10 μέχρι ἐμεῦ vulg. μέχρις F. S. — 21 μέχρι δὲ τούτου vulgo. μέχρις F. — 97 μέχρι ἐμεῦ vulg. μέχρις F. S. — 104 μέχρι οὗ Bekk. al. μέχρις Gsf. al. IV. 169 μέχρι Ἀφροδισιάδος vulgo. μέχρις S. — 181 μέχρι ἐς τῶ nunc vulg. μέχρις F. S. f. — 185 μέχρι Ἡρακλέων στηλέων vulgo. μέχρις S. — V. 114 μέχρι ἐμεῦ vulgo cum codd. F. a. μέχρις Wessel. a. — VI. 98 μέχρι ἐμεῦ vulgo. μέχρις S. — VII. 60 μέχρι οὗ Bekk. al. μέχρις Gsf. — VIII. 3 μέχρι ὅσου vulgat. μέχρις S. a. Bekkerus igitur nullo in loco, etiam codicibus non consentientibus, σ illud finale admisit, id quod et Gaisfordus aliique fecissent vellem. Nam praeterquam quod nusquam omnes libri in formam μέχρις aut ἄχρις conspirant, sed contra ii loci, ubi variatur, facile multitudine alterius scripturae, consentientibus omnibus libris, obruuntur, etiam vetus Attica dialectus, saepissime cum Ionica, quacum olim una eademque erat, consentiens (vide Interppr. Greg. Cor. p. 490) haec adverbia abjecto σ adhibuit; quod Thom. Mag. p. 135 sq. Thucydidem semper fecisse docet. cf. Popp. Thucyd. I. p. 215. Stallb. ad Plat. Rempubl. V, p. 471 B. III, p. 423 B. VIII, p. 559 E. Heind. ad Plat. Gorg. p. 93. Lob. Phryn. p. 14.

Quae cum ita sint, σ illud cum Bekkero ubique expellendum esse censeo. Idem statuo de adverbio οὕτω et οὕτως, quarum formarum illam sine σ finali scriptam Herodotum semper usurpasse contendo. Et tenent quidem recte plerisque in locis omnes libri et ante consonantes et ante vocales positum οὕτω, quorum locorum eos permultos huc transscribi non opus esse mihi visum est, ubi οὕτω ante consonantes summa cum constantia legitur; sed I. 5 pro recte vulgato οὕτω Φοίνικες praebuit cod. M. οὕτως Φοίνικες, qua de loquendi ratione vide Popponem ad Thucyd. I, p. 215 et quos Matth. gr. gr. I, p. 128 sq. laudavit. — Ante vocales autem est οὕτω recte positum omnibus in libris I. 20. 87 et sic Stob. 55, 10 hoc ex loco. — I. 96. 97. 103. 106.

112. 120. 123. 126. 170. 171. 196 bis. II. 6. 8. 13. 38. 42. 43. 50. 54. 62. 85. 86. 93. 100. 116. 137. 149. 152. 154 bis. 162. 169. III. 6. 12. 21. 25. 31. 35. 40. 50. 57. 71. 72. 74. 75. 105. 118. 138. IV. 13. 42. 49. 73. 101. 111. 118. 136. 142. 154 bis. 159. 186. 195 bis. 199. V. 13 bis. 22. 49. 63. 86. 95. 103. VI. 3. 9. 25. 30. 44. 46. 67. 68. 70. 83. 86, 4. 98. 104. 120. 124. 131. 137. 139. VII. 8, 1 et 3 et 4. 11. 18. 19. 25. 41. 46 bis. 47. 49, 2. 65. 67. 89. 118. 119. 137 bis. 139. 150. 161 bis. 168 bis. 170. 182. 188 bis. 209. 212. 213. 217. 220. 223. 234. 237. VIII. 10. 27. 32. 61. 68, 1. 77. 85. 90. 99. 119. 125. 127. 129. 136. 137. 138. 140, 1. 143. 144 quater. IX. 9. 11. 22. 26. 31. 37. 45. 51. 61. 67. 70. 73. 85. 89. 101. 109. 118.

Contra quem communem omnium librorum consensum tam multis illis in locis conspicuum nihil valere posse certum est eos paucos locos, ubi alii aliud praetulerunt, aut omnes ab Herodotea scriptura recesserunt. Sunt autem ii loci I. 9 οὕτω ὥστε vulg. οὕτως F. — 11 οὕτω ἀποθνήσκειν vulgo. οὕτως S. — 14 οὕτω ἔσχον vulgo. οὕτως S. — 32 οὕτω ὢν, ὦ Κροῖσε, vulg. οὕτως οὖν S. V. οὕτω ὦ Κρ. Stob. 103 p. 564 (Gesn.) — 70 οὕτω ἔσχε vulgo. οὕτως Wessel. al. — 72 οὕτω ὁ Ἅλυς vulgo. οὕτως S. οὗτος d. e. (qua de varietate vide supra p. 62) — I. 167 οὕτω ἔσχε Ald. Bekk. al. οὕτως Gsf. F. a. c. — 212 οὕτω ὥστε vulgat. οὕτως S. F. a. b. c. d. — II. 3 οὕτω ἐποιήσατο Bekk. al. οὕτως Gsf. — 26 οὕτω εἶχε nunc vulg. et cod. F. οὕτως al. — 33 οὕτω αἱρέει nunc vulg. e codd. S. K. F. Alii οὕτως. — 138 οὕτω ἔχει vulg. οὕτως F. S. — 142 οὕτω ἐν vulgo. οὕτως S. — III. 105 οὕτω οἱ Ἰνδοὶ vulgat. cum V. Paris. οὕτως Ἰνδοὶ S. οὗτοι οἱ Ἰνδοὶ M. P. K. F., vide supra ad I. 72. — III. 138 οὕτω ἐπρήχθη vulgo. οὕτως ἐστάθη S. V. — IV. 4 οὕτω οἱ Σκύθαι vulgo. οὕτως S. — 22 οὕτω ἀπικόμενοι vulgo. οὕτως S. — 58 οὕτω ἔχει Bekk. alii. οὕτως Gsf. — 201 οὕτω ἔχῃ vulgo. οὕτως S. — V. 36 οὕτω αὐτούς vulgo. οὕτως plures Mss. — 122 οὕτω ἐτελεύτησε. Ἀρταφέρνης δὲ κ. τ. λ. sic vulgat. ἐτελεύτησεν οὕτως. Ἀρταφέρνης δέ cod. S. — VI. 25 οὕτω ἐγένετο vulg. οὕτως ἐγένετο S. — 86, 4 οὕτω ἐσήκουον vulgat. οὕτως ἤκουον F. — VII. 147 οὕτω οὐδὲ δεήσειν vulgat. οὕτως F. οὕτως οὐ δεήσειν S. V. — 213 οὕτω ὕστερον vulg. οὕτως S. — IX. 7, 1 οὕτω ἀκίβδηλον vulg. οὕτως S. — 33 οὕτω ἔτι vulgo. οὕτως S. P. K. F. — In οὕτως autem ante vocalem posito omnes libri consentire videntur: I. 5 οὕτως ἢ ἄλλως κως. I. 11 οὕτως οὐδὲν. 56. 117. 76. 176. II. 11. 125. III. 35. 104. IV. 134. 139. VII. 175. Quibus quidem in locis patet οὕτω esse reponendum vel contra omnium codd. Mss. auctoritatem, ut neque iis in locis ubi variatur facile est quisquam, qui dubitet, quin οὕτω solum sit praeferendum, quum non in illis solum tam multis locis modo supra enumeratis omnes libri οὕτω ante vocalem positum retineant, sed ne ibi quidem ubi facta mutatione quadam vel transpositione accidit, ut οὕτω ante vocalem sit positum, finalis littera σ addita sit, quamquam disertis verbis quae tum sit quoque

in loco codicum Mss. scriptura, negligunt collatores monere; sic III. 16 *οὕτω δὴ οὐδετέροισι* nunc vulg. cum S. V. *οὕτω οὐδετέρ.* edd. vett. et F. a. c. IV. 13 *οὕτω δὴ οὐδὲ οὗτος* vulg. nunc cum S. V. *οὕτω οὐδὲ* edd. vett. VI. 1 *οὕτω τελευτᾷ* vulgo. *ἐτελεύτα* S. V. P. IX. 118 *οὕτω δὴ ὑπὸ νύκτα οἴχονται* vulgo. *δὴ* omiserunt codd. S. V. Sed VII. 143 in verbis vulgo sic editis cum codd. M. P. F. Paris. *οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι* (*οὕτω μοι* Ald. K.) habent codd. S. V. male *οὕτως ἡμῖν;* quod *ἡμῖν* etiam Laurentius Valla ibi invenisse videtur.

Apud Herodotum constans intercedit discrimen inter *ἰθύ* et *ἰθύς*, quorum illud, semper cum genitivo constructum, de eo tantum dicitur, quod directo in aliquem locum fertur; hoc autem significat statim, et idem est quod *ἰθέως*, quod et ipsum Herodoto familiare est. Sic habes *ἰθέως* II. 111, 2 bis. III. 73. 155. IV. 68. V. 41 bis. 92, 2 et 7. VI. 10. 17. 49. VIII. 108, et *ἰθύς* eodem significatu I. 65. III. 58. Praeterea *ἰθὺ τοῦ Ἴστρου* IV. 89. *ἰθὺ Ταναΐδος* 120 et ibidem *ἰθὺ τῶν χωρέων*. 136 *ἰθὺ τοῦ Ἴστρου*. VI. 95 *ἰθὺ τοῦ Ἑλλησπόντου*. VII. 179 *ἰθὺ Σκιάθου*. VIII. 38 *ἰθὺ Βοιωτῶν*. IX. 69 *ἰθὺ τοῦ ἱροῦ*. 89 *ἰθὺ τῆς Θρηΐκης*. Quare rectissime nunc quidem ex Reiskii conjectura et codicis F. auctoritate *ἰθὺ τῆς ἀρχῆς* (I. 207) repositum est pro olim vulgato et in codd. Mss. quibusdam reperto *ἰθύς*. Sed pro eo quod II. 119 nostri codd. Mss. omnes tenere dicuntur *οἴχετο φεύγων τῇσι νηυσὶ ἐπὶ Λιβύης* praebuit liber, qui sub Plutarchi nomine fertur, de Malignitate Herodoti c. 12 (Hutten) *ἰθὺ ἐπὶ Λιβύης*. Verum *ἰθύ*, ut Homericum *ἰθύς* et Atticum *εὐθύ* semper solum, nulla alia praepositione addita, cum genitivo constructum fuisse, praeter locos istos ex Herodoti libris modo laudatos pluribus aliis demonstrari potest exemplis cf. Hom. Il. 20, 99. 12, 106. Odyss. I, 119. II, 301. III, 17. Il. XIII, 601. Valck. ad Hippol. 1197. Heind. ad Plat. Lys. p. 203 a et b. Lucian. Diall. Mort. 27, 1 *εὐθὺ τῆς καθόδου*. Lob. Phryn. p. 144 sqq. Matth. gr. gr. p. 826 (ed. tert.) Ruhnk. ad Tim. lex. Plat. p. 126 sq. — Tales autem loci non sunt confundendi cum iis, ubi *εὐθύ* et *εὐθύς* (*ἰθύ*, *ἰθύς*) non praepositiones sunt, cum genitivo constructae, sed, quamquam eodem significatu, adverbia loci, unde haud raro praepositio quaedam iis addita cernitur, veluti Hom. Il. 14, 403. 12, 137. Hym. Hom. in Merc. 342. 355. Nec profecto mirandum, quum et notiones et formae harum vocum magna similitudine et cognatione inter se contingantur, si non librarii solum dormitantes eas interdum confudisse deprehenduntur, sed Graeci ipsi maxime recentiores ultro citroque nutasse, ac mox *εὐθύς* veterum Atticorum, Atticistarumque regulae convenienter pro statim usurpasse, et *εὐθύ* pro directo (cf. Interppr. Suid. s. v. *εὐθὺς καὶ εὐθέως· ἀμφότερα Ἑλληνικά, τὸ δὲ εὐθὺ διαφέρει τούτων. οὐ γὰρ τὸ παραχρῆμα σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἕως καὶ εἰς.* — Vide et Valck. ad Ammon. p. 90) mox *εὐθύ* pro statim (cf. Antiattic. Bekk. p. 96) et *εὐθύς* cum genitivo construxisse. Sed haec con-

fusio non est Herodotea, neque ἰθύ pro adverbio loci positum nostro est familiare, quamquam idem IX. 51 ὥσπερ κατιθὺ ἐόντων. Quare nostro in loco II. 119, si in vulgato ἐπὶ Λιβύης persistendum esse negaveris, quum auctorem illius libri suo in exemplari Herodoteo ἰθύ ibi invenisse verosimile sit, id quod Reizius et Schaeferus jam fecerunt, ἰθὺ Λιβύης tibi rescribendum erit, sive ἰθὺς (ἰθέως) ἐπὶ Λιβύης. Huic loco alius etiam apud nostrum V. 64 obvius adnectendus est: οἱ δὲ περιγενόμενοι ἀπαλάσσοντο, ὡς εἶχον, ἰθὺς ἐπὶ Θεσσαλίης, quibus in vulgatis verbis ἰθύς male habebat Wesselingium, et praetulisset ἰθὺ ἐπὶ Θεσσαλίης, nisi eum, hic ἰθύς pro directo accipientem, aliorum quorundam locorum vel depravatorum vel a nostro loco alienorum comparatio abstinuisset (vide eum ad h. l.). Nec tamen video ullam justam causam, cur a vulgato ἰθὺς omniumque librorum auctoritate recedamus, quum huic similem verborum constructionem non Herodotus solum usurpaverit, sed alii etiam suo more εὐθὺς (statim) πρός, ἐπί τι etc. dixerint. Vide Herod. VIII. 108 πλώειν ἰθέως ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Xenoph. Cyrop. II, 4, 24 πορεύομαι εὐθὺς πρὸς τὰ βασίλεια. VII, 2, 1 Κροῖσος εὐθὺς ἐπὶ Σαρδέων ἔφευγε et 2 εὐθὺς ἐπὶ Σάρδεις ἦγε Κῦρος. 16 εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πράττων. Thucyd. IV, 118 εὐθὺς ἐπὶ τὴν γέφυραν. Plutarch. de Musica p. 1133 C. de modis citharoedicis et rapsodis antiquioribus disserentem: τὰ πρὸς τοὺς θεούς, ὡς βούλονται, ἀφοσιωσάμενοι, ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν.

Atque alia adverbia finalem suam litteram, seu ν, seu σ, apud poetas saepius abjiciunt, sic πολλάκις et omnino multiplicativa in κις desinentia, ἀτρέμας, et πάλιν et αὖθις, quorum duorum posteriorum recentiores demum scriptores finalem litteram omiserunt cf. Lob. Phryn. p. 284. Wernicke Tryphiod. p. 417. — Sed id illis in adverbiis non Herodoteum est, ac falso nonnullos in locos formae πολλάκι et ἀτρέμα sunt invectae; sic I. 36 πολλάκι δὲ οἱ Μυσοὶ κ. τ. λ. male vulgatum est, quum codd. S. V. F. a. c. d. e. πολλάκις praebuerint. II. 2 πολλάκι φοιτέοντι male vulg. πολλάκις F. f. S. a. — 91 πολλάκι μεν, πολλάκι δὲ Bekk. Gsf. alii, sed πολλάκις utrobique codd. K. S. V. F. Quibus quidem in locis sine ulla haesitatione e codicibus Mss. πολλάκις unice verum recipiendum est, ut alibi constanter noster hanc scripturam tenuit: I. 74 πολλάκις δὲ. II. 20 πολλάκις δὲ. 134 πολλάκις κηρυσσόντων. vide praeterea III. 74. 160. IV. 3. 78. 129. 131. V. 104. VI. 19. 108. VII. 46. 134. VIII. 102. 129. IX. 76. Et ὁσάκις I. 198. τετράκις II. 20. VIII. 225 (ubi cod. b. πολλάκις, qua de varietate vide interppr. ad Theocrit. V, 57). — Atque ἀτρέμας nunc quidem ubique recte scriptum legitur V. 19. VIII. 16. IX. 53. 54. Sed VIII. 14 pro nunc vulgato cum codd. S. V. ἀτρέμας τε εἶχον, exhibent codd. M. P. K. F. male ἀτρέμα non recipiendum.

Quum praepositiones ἐκ et ἐξ secundum vulgarem normam apud nostrum mutentur, et παρέκ et παρέξ in nostris Homeri ex-

emplaribus eandem regulam plerumque secuta cernantur, tamen apud Herodotum ut constanter πέριξ sic πάρεξ et ante vocalem et ante consonam et praepositio et adverbium omnibus in libris scribitur I. 14. 93. 192 bis. II. 4. 31. 168 bis. III. 67. 91. 97. 106. 117. 122. IV. 46 (cf. Etymol. Mag. s. v. πάρεξ. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 25 (Dind.)) IV. 82. V. 7. 31. 66. VII. 52. 87. 196. VIII. 2. 48. 73. Et adverbium I. 130 πάρεξ ἢ ὅσον. — Et πέριξ, accentu in antepenultima posito (cf. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 46 πέριξ μόνον βαρύνεται. Appollon. de Pronom. in Bekk. Anecd. II, p. 554 ἅπαξ βαρύνεται καὶ πέριξ) cum genitivo constructum habes I. 179. II. 91. IV. 152., cum accusativo I. 196. II. 29. III. 158. IV. 15. 36 (ubi particula τε omissa verba πέριξ τὴν γῆν conjungenda sunt) IV. 52. 79. 180. V. 115. Adverbium III. 155. V. 87. VII. 41. — Praeterea pro περί IV. 8 in vulgatis verbis τὸν δὲ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγουσι — γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν, censuit Bernhardy ad D. P. p. 855 nostro πέριξ restitui posse ex verbis Eustathii ad D. P. vs. 41: ὃς (Ἡρόδοτος) οὐκ ἀποδέχεται τοὺς γράφοντας τὸν Ὠκεανὸν ῥέειν πέριξ τῆς γῆς. Sed equidem omnino nego illa Eustathii verba ad istum locum (IV. 8) referenda esse, quippe in quo nulla verbi γράφειν mentio sit facta; nec magis, etiamsi ab hac utriusque loci dissimilitudine recedas, Eustathii πέριξ τῆς γῆς valere posse arbitror ad Herdotea γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν refingenda, quam IV. 36, quem ad locum respicere Eustathium manifestum mihi esse videtur, ad vulgatum accusativum πέριξ τὴν γῆν in genitivum τῆς γῆς, ab Eustathio exhibitum, mutandum. Etiam quod πάρεξ apud nostrum constanter paroxytonon scriptum invenitur, unice verum esse videtur, si valet quorundam veterum grammaticorum ratio (cf. Etymol. Mag. s. v. παρέξ p. 652, 39) ita distinguentium, ut πάρεξ sit praepositio eodem quo χωρίς significatu, παρέξ autem adverbium idem valens quod ἐκτός; quamquam quod quis fortasse conjiciat ex hac distinctione apud Herodotum I. 130 παρὲξ ἢ ὅσον rescribendum esse, non concesserim. Ceterum vide Eustath. ad Hom. Il. ι′ p. 732 = 625. Lob. Phryn. p. 414. Spitzn. ad Il. IX, 7 Schaef. ad Greg. Cor. p. 21. Baehr. ad Herod. III. 97.

Quomodo nostri scriptores de Graecis dialectis saepe non satis distincte, neque satis plena expositione addita praecepta tulerint, quum ex aliis multis locis apparebit iis, qui eorum scripta diligentius tractarunt, tum etiam ex praeceptis de litteris quorundam vocabulorum initio adimendis aut addendis latis. Nam Greg. Cor. d. d. Ion. p. 447 sic docet: ὅτι τὰ πρῶτα φωνήεντα στοιχεῖα τῶν λέξεων ἀφαιροῦνται οἱ Ἴωνες· ἐκεῖνος, κεῖνος. ἐχθές, χθές. ἑορτή, ὁρτή. Et grammaticus Meermann. p. 654 Αἱ ἀφαιρέσεις τῶν πρώτων στοιχείων τῶν ὀνομάτων, Ἰώνων. οἷον ἐκεῖνος, κεῖνος. ἑορτή, ὁρτή. ἱερός, ἱρός. Sic etiam grammat. Augustan. p. 669. Primum igitur aphaeresis et crasis (κεῖνος, ὁρτή, ἱρός) ab illis in unum genus comprehenduntur confunduntorque, deinde ne uno quidem verbo significarunt, quibus Ionicis scriptoribus quamque earum

formarum tribui vellent. Nam κεῖνος in Herodoti autotypo non exstitisse, postea documentis demonstrabo, et χθές etiam Atticis usitatum fuisse. Praeterea de variis verbi ἐθέλειν formis prorsus nihil admonent, quod quamquam apud Homerum pariter atque apud ceteros epicos poetas usque ad Alexandrinorum tempora constat semper integram suam formam ἐθέλειν retinuisse (cf. Schol. et Interppr. ad Il. I, 277) tamen apud reliquos scriptores non semper ad unam normam exaratum invenies. Sed quid de hoc variae formae usu Herodoteo statuendum sit, jam videbimus. Primam personam praesentis ἐθέλω omnes libri retinent IX. 120, et ἐθέλεις V. 19. ἐθέλει I. 32 et sic Stob. Serm. 103 p. 564 hoc ex loco. II. 13. 47. VII. 16, 3. 50, 1 et 2 et Stob. VII, p. 88 (Gesner). VII. 157. 162. VIII. 60, 3 bis. 101. 102 bis. 140, 2. IX. 7, 1 bis. — ἐθέλετε VII. 162. — ἐθέλουσι I. 71 et repetit Athen. III, 78. — I. 74 cum Stob. Serm. 28 p. 197. — VIII. 140, 2. — ἐθέλητε IV. 133. ἐθέλωσι VI. 56. ἐθέλοιμι IX. 45 (ἕλοιμι S.). ἐθέλοι I. 186 (ἐθέλει F.). III. 119. VII. 128. IX. 89 (ἐθέλει S. V. F. d. Schaef.). — ἐθέλοιμεν VIII. 144. ἐθέλοιεν IX. 21. 94. ἐθέλειν I. 214. II. 42. 137. 141. III. 42. IV. 9. 11. VII. 16, 1 et repetunt Eustath. ad Il. β' p. 238 = 180. Stob. III, p. 42. — VIII. 144. IX. 44. 100. — ἐθέλων II. 3. V. 50. 74 VII. 191. 209. IX. 45. 66. — ἐθέλοντα I. 11. II. 64 ἐθέλοντες I. 141. V. 12. 13. VII. 54. VIII. 111. IX. 103. ἐθέλοντας VII. 220. — Variatur autem his in locis III. 83 ἐθέλω vulgo. θέλω S. V. a. VII. 101 ἐθέλω vulg. θέλω F. — 104 ἐθέλω nunc vulg. θέλω F. M. IX. 16 ἐθέλω S. θέλω vulg. — VII. 10, 8 ἐθέλεις vulgo. θέλεις F. — 56 ἐθέλεις vulgo. θέλεις f. — I. 132 θέλει nunc vulgat. θέλῃ K. ἐθέλῃ F. IV. 131 ἐθέλει vulgo cum M. P. K. F. Reliqui θέλει. ἐθέλοι f. V. 80 ἐθέλει vulgo. θέλει F. VII. 49, 2 εἰ ἐθέλει Wessel. Bekk. al. ἐθέλοι S. V. Gsf. θέλει F. θέλοι P. IX. 16 ἐθέλει πείθεσθαι vulgo. θέλει V. et Stob. 107, 10. πείθεσθαι θέλει S. — II. 115 ἐθέλῃ vulgo. θέλῃ S. V. VII. 57 ἐθέλῃ vulgo. θέλῃ S. — VIII. 144 ἐθέλωμεν vulgo. θέλωμεν S. — IV. 68 ἐθέλωσι vulgo. θέλωσι S. V. VI. 57 ἐθέλωσι vulgo. θέλωσι S. V. VII. 146 ἐθέλωσι vulgo. θέλωσι S. V. — II. 14 ἐθέλοι Bekk. al. cum cod. c. θέλοι Gsf. et M. K. F. a. θέλει R. ἐθελήσει S. b. d. ἐθελήσοι Ald. al. — II. 173 εἰ ἐθέλοι vulgo. ἐθέλει S. V. F. a. d. θέλοι f. VIII. 19 ἐθέλοι vulgo. ἐθέλει P. θέλοι S. V. IX. 15 ἐθέλοι vulgo cum codd. M. P. K. F. Paris. ἐθέλει Ald. al. θέλῃ S. V. — V. 67 ἐθέλειν cod. V. ἑλθεῖν cod. S. θέλειν vulgo. VIII. 58 ἐθέλειν P. F. θέλειν vulgo. — 102 ἐθέλειν vulgo. ἐθέλει Ald. al. S. θέλει P. K. F. a. c. I. 73 ἐθέλων edd. vett. et Schaef. Nunc vulgo θέλων cum codd. S. V. M. F. a. b. c. d. e. III. 128 ἐθέλων vulgo. θέλων S. V. VII. 24 ἐθέλων vulgo. θέλων S. V. VIII. 67 ἐθέλων vulgo. θέλων S. — 128 ἐθέλων vulgo. θέλων S. V. — V. 92, 3 ἐθέλοντες vulgo. θέλοντες S. V. Sed omnes editiones servant θέλειν nulla scripturae discrepantia e codd. Mss. adnotata: I. 59. 164. III. 145; et θέλων I. 68. 69. 86.

103. 115. 116. 205. II. 2. 44. 133. 156. III. 29. 78. 140. VII. 6. 19. 205. VIII. 79. 97. 124. IX. 13. 14. 91. 107. θέλοντι III. 31. θέλοντες I. 160. III. 77. IV. 139. 145. IX. 87. — θέλω III. 65. VII. 101. 160. — θέλεις III. 12 (θέλοις S). VII. 234. — θέλει I. 78. III. 83. VI. 37. VII. 8. 10, 4. θέλουσι IV. 63. 145. VI. 52. II. 2 κάρτα θέλουσι, ubi καταθέλουσι S. V. — θέλωσι VIII. 79. VII. 157, ubi θελήσωσι S. V. — θέλοι I. 196 nunc vulg. cum M. K. S. F. a. c. θέλει Ald. al. VII. 37 θέλοι nunc vulg. cum F. θέλει S. VIII. 58 θέλοι Bekk. al. cum S. V. θέλει Gsf. — In futuro autem ἐθελήσεις omnes consentiunt libri I. 206. VII. 10, 8. 103, ubi quidem ἐθέλεις S. ἐθελήσαις Wess. al., sed vulgatum ἐθελήσεις retinent F. a et Steph. marg. — ἐθελήσει I. 32. II. 11. 99. ἐθελήσομεν I. 207. Sed pro recte nunc vulgato ἐθελήσει II 14 exhibent Ald. c. ἐθελήσοι, cod. S. ἐθελήσῃ, cod. F. θελήσ., et VII. 103 pro vulgato ἐθελήσουσι codd. F. P. θελήσουσι. — In Aoristi forma ἐθελῆσαι omnes consentiunt I. 3. 145. VI. 137. VII. 229, ubi quidem codd. M. P. K. F. b. ἐθέλησαν praebuerunt, qua de terminationum αι et αν confusione vide supra p. 62. — ἠθέλησε II. 2. IV. 147. VI. 126. VII. 29 bis. 44 (et sic hoc ex loco Stob. Serm. 96 p. 535). VII. 239. IX. 18. — ἠθέλησαν I. 59. — Sed pro recte vulgato ἐθελῆσαι VII. 230 est in cod. P. θελῆσαι, et pro ἐθελήσαντος cap. 229 in cod. F. θελήσαντος. Verum codd. F. S ἠθελήσαμεν VII. 168 praebuerunt pro vulgato ἐθελήσαμεν, et ἠθέλησε cod. S. VII. 164 pro ἐθέλησε. — Sed in ἐθέλησε VII. 107 omnes consensisse videntur*), ut in θελῆσαι I. 24. II. 42. et I. 109 ubi quidem cod. S. θελῆσοι. — Praeterea imperfectum ἤθελον omnes recte scriptum exhibent I. 16 II. 148. VI. 138. VIII. 25. ἤθελε I. 97. III. 52. 118 bis (cf. Thom. Mag. p. 401, 16: ἤθελεν ἐς τὰ βασιλήϊα ἐσελθὼν χρηματίσασθαι τῷ βασιλέϊ). V. 92, 2. VI. 12. IX. 76. — ἠθέλετε I. 141. — Huc pertinent etiam ἐθέλεσκον VI. 12 et ἐθελοκάκεον I. 127. V. 78. VIII. 85. Vide infra in libro quarto I. haud procul ab initio et sub finem I. Sed, ut pro recte nunc vulgato cum codd. F. S. ἤθελε III. 146. alii ἔθελε male exhibuerunt, sic pro vulgato ἔθελον VIII. 80 in codd. F. K. repertum est ἤθελον. — ἐθελοκακέειν vide VIII. 69, et imperativum ἐθελοκακέετε VIII. 22. ἐθελοκακέοντες VI. 15. ἐθελοκακεόντων IX. 67. — ἐθελοντής V. 110. IX. 26. — ἀνεθέλητον VII. 88. 133. — ἐθελοντήν I. 5 et sic hoc ex loco Eustath. ad Hom. p. 1428, 17. I. 66. VI. 25. — ἐθελονταί V. 104 (ἐθελοντί S. V.). VII. 134. 217 (ἐθελοντί S. V.). IX. 21. Sed VI. 92 pro recte vulgato ἐθελονταί habent codd. S. V. θελονταί, quod Porphyrium quidem (Schol. ad Hom. p. 246) sed non Herodotum decebat cf. Lob. Phryn. p. 7. —

Ut uno autem verbo dicam, Herodotum semper ἐθέλω tantum ejusque formas usurpasse contendo. Primum enim omnes fere sine ε praefixo scriptae formae in praesenti tempore inveniuntur, ubi facile illam initialem litteram seu incuria scribarum seu de industria

---

*) Sed cod. S. verum ἠθέλησε praebuisse dicitur.

posteriore scribendi consuetudine pro Herodotea substituta, omitti posse patet. Quo ipso in tempore, ut saepius alibi, etiam terminationes cujusvis generis haud sine magna librorum fluctuatione scriptae exstant, quae ut et ipsa grammaticorum vel librariorum proprium judicium manifestum facit, sic e compendiosa scriptura, qua verbi ἐθέλειν omnes modi ac tempora exarari solita sint, illam ortam esse, satis superque Bastii expositiones docent (ad Greg. Cor. p. 368. Comment. palaeogr. p. 812 sq. Addend. p. 931). Sed istam non fuisse genuinam Herodoteamve praesentis temporis scripturam vel ex eo concludi posse mihi videtur, quod futuri formis fere constanter ε est praefixum, neque praesens aliter ac futurum scribi licet. Tum tempora, quibus augmentum η praefixum est, perraro corrupta cernuntur, fortasse quia Atticorum more formata, et a praesenti θέλω ducta putabantur; sed Herodotum nunquam augmento syllabico addidisse temporale, infra in libro quarto I. pluribus docebimus. Huc accedit similitudo atque affinitas quaedam inter Ionicam et veterem Atticam dialectum intercedens; quae jam saepius observata nobis facem praeferre debet ad cognoscendam genuinam vel summovendam subditiciam quandam formam, in antiquiorum Ionicorum scriptis obviam. Thucydidem enim semper integram formam ἐθέλειν usurpasse, nunc fere constat inter omnes (cf. Popp. Thucyd. Vol. I, p. 211)quamquam apud ceteros antiquioris temporis Atticos et ἐθέλειν et θέλειν invenitur, ita tamen ut illud praevaluerit cf. Lob. Phryn. p. 7 et p. 332. Aj. vs. 24. Schneider. ad Plat. Rempubl. III, p. 391 A. Moschopul. (vide Maitt. (Sturz) p. 12) θέλω, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ ἐθέλω λέγουσι. — His rationibus ductus non nimis audacter fecisse mihi videor, si θέλειν ejusque formas adhuc nostris in Herodoteis libris obvias in ἐθέλειν mutaverim.

Haud dissimilis quaestio est de pronominis ἐκεῖνος, κεῖνος variis formis, quarum exempla apud nostrum obvia haec sunt; consentiunt enim omnes libri in integriore forma ἐκεῖνος et post vocalem et post consonam exhibenda I. 2 bis. 3. 8 bis. 11. 12. 17. 22. 24. 27. 31. 32 quater (et Stob. Serm. 103 p. 564 ex hoc loco sic: ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεο et προέχει ἐκείνου et δυνατὸς ἐκείνῳ ἐνεῖκαι, et ἐκεῖνος, τὸν σὺ ζητεῖς) I. 37. 45. 82. 86. 88. 89. 91 bis. 92. 100 bis. 108. 117 (et sic hoc ex loco Thom. Mag p. 48, 8). I. 119. 124. 127. 129 bis. 132. 133. 144 bis. 182. 183. 196. 204. 207 quinquies. 208. II. 2. 5. 29. 30. 77. 100. 107. 110 bis. 115. 120 bis. 121, 1 et 2, 4, 5, 6. 127. 133. 136 bis. 146. 148. 162. 177. 181. III. 1. 4. 21. 34 bis. 36 bis. 39. 51 bis. 52. 53. 59. 62 bis. 63. 65. 68. 75. 83. 115. 119. 133. 135. 153. 156. 160. IV. 1. 3. 5. 9. 43. 111 bis. 112. 114. 119 bis. 124. 133. 139. 140 bis. 196. V. 13 bis. 39. 49. 50. 67. 68. 90. 91. 92, 3, 4. 106. 111. VI. 52 bis. 62 bis. 65. 67. 68. 69. 73 88. 111. 125 bis. 137 ter. 138. VII. 4. 8, 2. 9, 3. 11 ter. 13. 16 (et sic hoc ex loco Stob. Serm. 3. p. 42 ἴσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται, κ. τ. λ.). VII. 17. 23. 34. 35 (et Hermog. περὶ ἰδεῶν II, p. 318 (Walz) οὐδὲν πρὸς ἐκεῖνον,

κ. τ. λ.). VII. 48. 50, 2. 54. 59. 104 bis. 106 (et Thom. Mag. p. 270, 7 ἣν κομίσας οἰκέτας οἰκέῃ ἐκείνῃ, ὥστε ὑποδεξάμενον τοὺς λόγους τὸν Πανιώνιον κομίσαι τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα). VII. 119. 129. 136 bis. 164. 181. 186 bis. 188. 189. 191. 197. 236. 239. VIII. 3. 6. 9. 29. 50. 60. 60, 2. 68, 2. 74. 79. 90. 97. 102. 106 bis. 108. 114 bis. 137. 140, 1. 143 144 bis. IX. 2. 11. 16. 23. 26. 37. 38. 39. 53. 55. 57. 58. 63. 76. 88. 90. 93. 107 bis. 109. 110. 111. 113 ter. 116. 119. 122. — Variatur autem I. 209 ubi μὴ ἐκεῖνον recte servant codd. F. S. a. c. pro nunc vulgato κεῖνον. II. 39 κεφαλῇ δ' ἐκείνου nonnulli cum cod. S. ediderunt pro nunc vulgata nec magis ferenda codd. M. K. F. P. Paris. scriptura κεφαλῇ δὲ κείνῃ. — 40 κοιλίην μὲν κείνην πᾶσαν ἐξ ὦν εἷλον Bekk. al. cum codd. F. a. Vulgo ἐκείνην. Gaisf. autem ex quodam Schweighaeuseri errore κεινήν scripsit. — 122 κἀκεῖθι Bekk. al. (κἀκεῖ Athen. IX, p. 410 E.) ἐκεῖθι S. καὶ κεῖθι Gsf. — 133 καὶ τοὺς μὲν — μαθεῖν τοῦτο, κεῖνον δὲ οὔ. vulgat. τοῦτον κἀκεῖνον S. V. — III. 32 ὡς ἐκείνῳ codd. S. V. P. K. F. f. sed κείνῳ nunc vulgat. — 140 ὡς εἴη ἐκεῖνος cod. S. κεῖνος nunc vulgat. IV. 114 κἀκείνῃσι F. et vulgo. καὶ κείνῃσι S. V. — 139 ὡς ἐκείνους πρέπει c. ὡς ἐκείνοισι cod. S. κείνους P. F. a. Bekk. Gaisf. — V. 17 μετ' αὐτὸν ἐκεῖνον codd. S. P. F. κεῖνον nunc vulgat. — 21 πᾶσιν ἐκείνοισιν cod. S. πᾶσι κείνοισι vulgo. — 23 τὸ ἂν ἐκεῖνος vulgo cum S. Alii cum F. κεῖνος. — 82 κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον vulgo. κατὰ χρόνον ἐκεῖνον S. P. K. κατὰ χρόν. κεῖνον F. V. — 93 ἐπικαλέσας θεοὺς κείνῳ nunc vulgat. θεοὺς ἐπικ. ἐκείνῳ F. — 106 ἵνα τοι ἐκεῖνα cod. S. κεῖνα nunc vulgat. VI. 65 παρεχόμενος ἐκείνους vulgo cum F. (cf. Greg. Cor. Ion. 48) Alii κείνους cum S. V. P. K. — 67 πεπειρῆσθαι ἐκεῖνον F. f. κεῖνον nunc vulgat. — 91 δὲ ἐκεῖναι S. F. κεῖναι nunc vulgat. VII. 13 παρηγορεύμενοι ἐκεῖνα S. κεῖνα nunc vulgat. — 17 δὴ ἐκεῖνος alii cum S. V. F. Alii nunc κεῖνος. — 43 πυθόμενος ἐκείνων cod. F. κείνων nunc vulg. — 102 περὶ ἐκείνους F. κείνους nunc vulgat. — 103 τὸν ἐκείνων βασιλέα cod. S. κείνων nunc vulgat. Ibid. ἐόντων ἐκείνων Gaisf. al. cum codd. M. S. K. F. κείνων Ald. Bekk. al. — 136 τὰ ἐκείνοισι alii, alii cum S. κείνοισι. — 169 δὲ ἐκείνοισι F. S. κείνοισι nunc vulg. — 185 μυριάδες ἐκείνῃσι F. et alii, κείνῃσι nunc vulg. cum S. — 236 ἔσεαι ἐκείνοισι codd. P. K. S. κείνοισι nunc vulg. Ibid. οὔτε ἐκεῖνοι cod. S. κεῖνοι nunc vulg. — 237 δὴ ἐκεῖνο S. alii, κεῖνο nunc vulg. cum F. — VIII. 61 ἤπερ ἐκείνοισι S. V. F. f. κείνοισι nunc vulg. — 68, 1 ὡς ἐκείνους S. P. K. F. a. κείνους nunc vulg. — 138 νόμῳ ἐκείνων vulgo cum cod. S. κἀκείνων F. κείνων P. Wessel. al. — IX. 2 τὰ ἐκείνων F. S. b. κείνων nunc vulg. — 27 σὺν ἐκείνοισι S. V. P. F. κείνοισι nunc vulg. — 51 ὑπερβάλωνται ἐκείνην F. S. κείνην nunc vulg. — 76 περὶ ἐκείνους alii, alii cum S. V. κείνους. — 109 δοκέων ἐκείνην edd. vett. et cod. S. κείνην nunc vulg. cum P. K. V. F. — 111 initio μέντοι, ἐκείνης vulgat. cum S. κείνης F.

Restant autem nonnulli loci ubi κεῖνος nostris in exemplaribus retinetur, neque ulla varietas e codd. Mss. adnotata est I. 11. 120. 122. 207. III. 74. 140 (σὺ κεῖνος εἶ). IV. 9. V. 13 (καὶ τί κεῖνοι ἐθέλοντες sic nunc cum codd. M. P. V. K. S. F. Paris. Olim τί δὴ κεῖνοι). V. 23 μηκέτι κεῖνος. 82 δὴ κείνας. 87. VI. 13. 69 (τοιούτων κεῖνος). VII. 50, 2 (ὁμοιεύμενοι κείνοισι). 103 (εἰ γὰρ κείνων). 136 (Λακεδαιμονίοισι κείνους, cf. et Eust. ad Il. 110, 30 = 83, 21). VIII. 58. 61. IX. 52. 53 (ἔτι κείνου). 90 (ἀξιομάχους κείνοισι).

Quum igitur integram formam ἐκεῖνος ita praevaluisse viderimus, ut ejus multitudine facile contraria exempla obruantur, non solum iis in locis, ubi variant libri, quorum quidem plerique in forma ἐκεῖνος scribenda consentiunt, sed etiam in iis, ubi nulla varietas adnotatur et adhuc κεῖνος scriptum exstat, solum Herodoteum ἐκεῖνος reponendum esse censeo. Neque enim audiendos esse grammaticos (cf. Greg. Cor. l. supra laud., et de Aristarcho Thiersch. gr. gr. p. 263 ed. tert.), κεῖνος Ionicum esse ita nude docentes, meo mihi jure statuere videor. In Homeri quidem carminibus, ex quibus illud praeceptum haud dubie est datum, metri causa plerumque brevior hujus pronominis forma exhibetur, scenicis quoque poetis usitata; ut plane poeticam illam vocares, nisi docta nonnullorum philologorum disciplina in certis quibusdam Atticorum scriptorum locis eam retinuisset, quamquam eorum numerus in dies magis, arte critica adhibita, imminuitur. Praecedentibus enim monophthongis et diphthongis (cf. Lob. Aj. vs. 24. Phryn. p. 7 sq.) vel, ut alii volunt (cf. Matth. gr. gr. I, p. 65. Schneider. ad Plat. Rempubl. II, p. 370 A.) η praecedente, illud initiale ε expellendum esse censuerunt. Sed ne quis mihi objiciat, eandem normam etiam apud Herodotum valere posse, servandamque esse breviorem formam iis certe in locis, ubi libri prorsus non repugnent, moneo, plurimis in locis omnes libros in formam ἐκεῖνος, quamquam praecedentibus monophthongis et diphthongis, consentire; neque apud Atticos quidem hanc regulam nos omni ex parte securos reddere, ne quas litteras vulgus celeri in pronuntiatione negligentius obscurare solebat, eaedem minus recte politioribus quidem in scriptis omissae sint.

Sed abjecerunt Iones initialem litteram ε in vocibus ὀρτή et ὀρτάζω, summa cum constantia Herodoteis in libris sic scribendis. Sunt quidem, qui tradant, non simpliciter, initiali ε his in Ionicis formis abjecta, ο esse relictam, sed, quum analogia verborum ἱρός, οἶκα similiumque, ubi duae initiales vocales Ionice in unam contrahantur, postuletur, ut etiam in illis non de aphaeresi sed de contractione quadam cogitandum sit, istas initiales vocales εο ita contractas esse, ut Iones statim hunc unum ex contractione ortum sonum ante liquidam ρ positum corriperent. Quae quidem sententia speciosior quam verior mihi esse videtur. Quamquam enim haud rara sunt Herodoteis in libris ea exempla, ubi diphthongi in simplices vocales tenuentur, maxime ante vocalem et tales consonantes, quae positionem, quam vocant, efficiunt, neque tamen hae

diphthongi tam manifesto e contractione profectae sunt, neque ullum aliud indubiae fidei exemplum inveniatur, ubi Herodotea dialectus syllabam ουρ in ορ mutaverit, quum contraria exempla ei propria fuerint. Praeterea ex eo, quod Attici in imperfecto tempore non ἡόρταζον sed ἑώρταζ. dixerunt, concludi posse mihi videtur, ε illud non tanti fuisse momenti, quin facile ab Ionibus abjici posset, unde illa vocabula eorum numero adscribenda esse videntur, quae ab aliis praefixo ε, ab aliis abjecto ε pronuntiabantur. Et exstat quidem ὀρτή et ὀρτάζω nunc ubique sic scriptum I. 31. 147 (ἑορτὴν K.) 148 bis. 150. 183. 191. II. 40. 42. 47. 48. 60. 61. 62. 64. 122. 151. III. 29. 48. 79. 97. IV. 7. 76. 180. 186. V. 67. 92, 7. VI. 138 bis. VIII. 65 bis. — II. 60 ὀρτάζουσι (ἑορτάζ. M. K.). 122 — ὀρτάζουσι Ald. R. K. al. ἑορτάζ. S. V. d. — III. 27 ὀρτάζοιεν. — III. 29 ὀρτάζοντα. — IX. 7 ὄρταζον. — VII. 206 ὀρτάσαντες (ἑορτάσ. S.). — De ἐρύω (εἰρύω) et ῥύομαι vide Buttm. et Lobeck. II, p. 180 sqq. et exempla Herodotea in Schweigh. lex Herod. s. vv. — Praeterea χθές, quod et Ionicum et Atticum pro ἐχθές fuit (cf. Lob. Phryn. p. 323) apud Herodotum uno tantum in loco invenitur II. 53 πρώην τε καὶ χθές.

Transeo nunc ad adjectivi μικρὸς vel σμικρὸς scripturam dijudicandam. Apud Herodotum consentiunt omnes libri in scriptura σμικρὸς his in locis: I. 5 αὐτῶν σμικρά et ἦν σμικρά. — 58 ἀπὸ σμικροῦ. II. 7 Ὀλυμπίου. σμικρόν. — 10 εἶναι σμικρόν. — 93 ἰχθύων σμικρῶν. III. 34 οὐ σμικρή. — 62 ἢ σμικρόν — 69 οὐ σμικρῇ. — 140 καὶ σμικρά. IV. 52 μεγάθεϊ σμικρή. — 70 μαχαίρῃ σμικρόν. — 99 ταῦτα σμικρά. — 129 ἐπὶ σμικρόν. V. 49 οὔρων σμικρῶν. — 106 ἢ σμικρόν. VII. 10, 5 τὰ δὲ σμικρά, et sic hoc ex loco Stob. 22 p. 190 (Gesn.). — Variant autem I. 5 ὁμοίως μικρά Bekk. Gsf. alii. σμικρά Reiz. — 120 παρὰ σμικρά vulgo. τὰ σμικρά F. μικρά .c. II. 77 τὰ σμικρὰ vulgo cum cod. S. μικρά Ald. al. III. 4 οὐ σμικροῦ vulgo cum codd. S. V. F. Paris. Alii μικροῦ. IV. 42 γὰρ σμικρά vulgo. μικρά S. V. — 43 ἀνθρώπους σμικρούς Gsf. al. μικρούς F. — 192 ὄφιες σμικροί Gsf. al. μικροί Ald. Bekk. cum F. S. V. 113 οὐ σμικρήν vulgo cum codd. S. V. K. F. Paris. μικρήν alii. VI. 7 νῆσος σμικρή Gsf. al. μικρή Ald. F. S. VII. 69 οἴστοὺς μικρούς Gsf. Bekk. al. cum M. S. P. K. σμικρούς Schaef. μακρούς Ald. cum F. a. b. et forte c. — 72 δὲ σμικράς nunc vulgat. μικράς Ald. S. a. c. μακράς F. — 74 δὲ σμικράς nunc vulgat. μικράς Ald. F. S. — 75 ἐγχειρίδια σμικρά nunc vulgat. μικρά Ald. F. S. a. — 76 εἶχον σμικράς vulgo cum codd. S. P. F. Alii μικράς. — 78 αἰχμὰς σμικράς Gsf. alii. μικράς S. — 79 δερματίνας σμικρὰς et ὠμοβοΐνας σμικράς Schaef. Gsf. alii cum codd. P. K. F. Alii utrobique μικρὰς cum cod. S. — 97 ἱππαγωγὰ πλοῖα μικρά Ald. Bekk. alii. σμικρά S. μακρά Gsf. alii cum codd. M. P. K. F. Sed quattuor in locis nostra exemplaria μικρὸς exhibent nulla varietate adnotata: II. 32 ἄνδρας μικρούς. — 74 ἐόντες μικροί. III. 107 ὑπό-

πτεροι μικροί. V. 9 τριχῶν μικρούς. — Mire quidem et codd. Mss. et editi libri variant inter μικρός et σμικρός; sed quum plurimis in locis omnes σμικρός praebuisse viderimus, et dissensionem praecipue ibi exstitisse, ubi vocabulum praecedens in σ desinit, unde Matthiaei sententia (ad Herod. I. 5) fluxisse videatur, Herodotum statuentis semper σμικρός usurpasse, nisi post verba in σ desinentia, tanquam ansam puto nobis datam esse ad cognoscendam illius pravae scripturae originem. σ finale enim cum voce sequente, quando haec inciperet a τ, π aut σ, saepissime conjungi solitum esse, ac multos errores ea ex conjunctione ortum habere, jam supra p. 60 vidimus. Quae et hic depravationis causa fuisse videtur. Quare nemo facile, quum alias post voces fere constet Herodotum σμικρός posuisse, omnibus illis in locis formam σμικρός praeferre in posterum dubitabit, praesertim quum haec forma Ionicis scriptoribus cum antiquioribus Atticis fere omnibus fuerit communis. Nam in Hippocratis libris ubique σμικρός restituendum esse, monuit Heringa Observat. p. 47 (cf. Schaef. Greg. Cor. p. 500) et apud ceteros Ionicos scriptores negligentiae librariorum scripturam μικρός tribuit Koenius ad Greg. Cor. l. l. Vide Piers. Moer. p. 356 σμικρὸν Ἀττικῶς, μικρὸν κοινόν. Maitt. (Sturz) de graec. dial. p. 394. Schneider. ad Plat. Remp. III, p. 406 D. Lob. Aj. vs. 1268. Quamquam Poppo (Thucyd. Vol. I, p. 210) in Thucydidis libris formam σμικρός nunquam admittendam esse censuit, quippe cujus vestigia bis tantum (4, 13. 7, 75) exsisterent; et apud Xenophontem mox σμικρός mox μικρός sine ulla offensione legitur (cf. lex. Xenoph. s. v.) quum ejus scripta quadam ex parte ad recentiorem inclinasse Atticismum notum sit. — Praeterea etiam permulta alia afferri possunt exempla, ubi praecedens in σ desinens verbum excipitur ab altero, a σ incipiente; neque ori neque auribus veterum Graecorum id displicuisse puto (cf. Lob. Paralipp. I, § 11 p. 53). Etiam apud alios scriptores vocabulum in σ desinens sequitur σμικρός (Soph. Oed. Col. 443 ἔπος σμικρόν. Plat. Resp. VIII, 556 E. νοσῶδες σμικρᾶς. et alibi) ut nulla justa causa appareat, cur Herodotus hanc sibi legem dixisse censendus sit, ut σμικρός scriberet nisi post verba in σ desinentia; quum et constantia et fluctuatio scripturae una cum reliqua Herodotea consuetudine nos ab hac aut quavis alia exceptione concedenda dehortentur.

Aeque non Herodoteum est μάραγδος quod II. 44 codd. M. P. K. F. (Athen. III, 94 B.) male substituerunt recte vulgato σμάραγδος, quod sine varietate omnes III. 41 praebent. Similis ratio est scripturae varietatis IV. 181 inter χλιαρόν bis recte vulgatum, et λιαρόν codicis F., qui in Homericum usum hoc loco aberrasse censendus est. Sed χλιαρόν etiam Magnes apud Athen. p. 646 E. usurpavit et Aristoph. Acharn. vs. 975. Nicand. Alex. 360 et apud Athen. p. 126 C. Neque etiam χλίερος, quod Ionicum fuisse dicitur, usus est Herodotus, cf. infra p. 137.

Regulam illam, in universum quidem probatam multisque in

rebus spectatam, affinitatem Ionicae et veteris Atticae dialecti auxilio advocari posse in adscribenda Ionico cuidam scriptori quadam scriptura formaque, non posse valere in quaestione de varia scribendi ratione praepositionis σύν et ξύν vocumque cum ea compositarum instituenda, meo mihi jure contendere videor. Hac enim in re Ionica dialectus antiquiores et paulo duriores formas maturius quam Attica cum mollioribus mutavit; quod plane consentit cum deliciis mollitieque quadam, celerius vitam illorum Ionum irrepentibus quam ceterorum Graecorum; quam molliorem vitam toto in sermone dialectique habitu expressam deprehendere tibi videaris. Molliorem igitur formam σύν, abjecto κ initiali*), jam dudum Herodoti editores, quamquam nonnullis in locis quidam codices, maxime codices F. et S., formam ξύν praebuerant (cf. Var. Lectt. ad I. 32. 36. V. 37. 84. VI. 9. 14. 18. 23. 103. 107. 108. 109. 128. VII. 60. 74. 120. 142. 178. VIII. 123) plerumque restituerunt, unde valde est reprehendendus Schaeferus, qui suo ex arbitrio aliquoties formam ξυν invexisse videtur (sic I. 80 συρρηγνῦσι edd. et codd. F. a., sed Schaef. ξυρρηγνῦσι. Ibid. ξυνήϊσαν Schaef. solus. — 91 συλλαβὼν vulgat. ξυλλαβὼν Schaef. —); quum Bekkerus tantum non ubique vel invitis codicibus συν recte reposuerit, aliquot exceptis exemplis, quae quum maxime in verbo συμμαχέειν ejusque derivatis inveniantur, horum tantum recensus ut exhibeatur necesse esse mihi videtur. Et omnes quidem libri praebent συμμαχέειν, συμμαχίη, σύμμαχος, συμμαχικός his in locis I. 53. 69. 70. 77. 81. 82. 102. 123. II. 181. III. 31. 157. 160. IV. 47. 120 bis. 125. 129. V. 32. 38. 63. 65. 66. 73. 75. 81. 91. 92. 93. 99. 103. VI. 9. 15. 84. VII. 6. 139. 148. 149. 153. 157. 158. 160. 162. 174. 203. 205. 206. 220. 222. VIII. 2. 3. 5. 19. 24. 27. 60. 62. 64. 65. 68. 69. 110.

---

*) Quamquam enim in antiquis Atticorum et fortasse etiam Aeolum inscriptionibus illae litterae ξ et ψ in χσ et φσ dissolutae conspiciuntur (cf. Buttm. gr. gr. I, p. 87. Thiersch. p. 20 et 56 (ed. tert.). Giese, de dial. Aeol. p. 108) jam pridem ab Ionibus una sub forma repraesentatae (cf. Suid. s. v. Σαμίων ὁ δῆμος) tamen antiquioribus Atticis tantum illas aspiratas fuisse proprias duco, Ionesque, certe quum σὺν pro ξὺν pronuntiare inceperunt, pariter ut Aeoles, κσ et πσ audivisse. cf. Greg. Cor. d. d. Aeol. p. 613 et p. 598. Grammat. Meerm. p. 661. Anecd. Bekk. II, p. 815. Maitt. (Sturz) p. 200 sq. — Haud quidem ignoro, eosdem Aeoles aliis in vocibus σκ et σπ pronuntiasse (cf. Greg. Cor. d. d. Aeol. § 23 p. 598 πλανηθέντες δὲ κατὰ τὴν (sic optime correxit Hermannus, de emendanda p. 55) προφορὰν λέγουσι τὸν ζυγὸν σδυγὸν, καὶ τὸ ξίφος σκίφος, καὶ τὸ ψέλλιον, σπέλλιον) et quosdam hanc ad scripturam formas vocum κὺν et κοινὸς revocasse, ut facile neque Iones quidem κ initiale abjecisse, sed σ initiale tantum retinuisse tibi persuadere videaris, tamen ad Iones nihil hanc dialecti Aeolicae diversitatem pertinuisse ausim contendere, qui Atticis magis congruenter, nisi quod aspiratas in tenues suo de more mutarunt, κσ et πσ pronuntiabant; quare ex istis litteris στοιχεῖα ξ et ψ concrevisse nude ac simpliciter tradiderunt Dionys. de Comp. Verb. 14 p. 167 (Schaef.). Sext. Empiric. advers. Math. I, 5, 103. cf. et Aristot. Poet. c. 22.

113. 128. 134. 136. 140, 2. 142. 143. IX. 7. 9. 11. 21. 26. 32. 60. 67. 88. 91. 92. 106. 115. — Sed I. 69 ξυμμαχίης πέρι nunc vulgo editur, pro quo rectius codd. F. S. c. e. Ald. al. συμμαχίης exhibuerunt. Pro codicum M. F. a. b. c. scriptura ξύμμαχοι V. 120 recte nunc σύμμαχοι cum codd. S. V. editur, et VI. 13 nunc συμμαχίην pro scriptura codicis F. ξυμμαχίην, et VII. 178 συμμάχους pro ξυμμάχους codicis S. VI. 23 σύμμαχος vulgat. ξύμμαχος F. — Eodemque modo aliis quibusdam in locis a codd. Mss. auctoritate recedendum erat, siquidem illi cum nostris editionibus in vitiosam scripturam ξυν pro συν. revera consentiunt; nihil enim ad illos locos e codd. Mss. adnotatum est; sic I. 12 ξυμμάχους et III. 37, quae patet in συμμάχους mutanda esse, et ἀξυνετώτατον III. 81 ab omnibus immerito retentum, in ἀσυνετώτατον, quemadmodum II. 57 συνετά. I. 185 συνετωτέρη. — Ceterum vide Schweigh. lex. Herod. sub littera ξ et sub voce ξυμμίξας. Hermann. Opuscul. III, p. 140. — Sed, si quis mihi objiciat, Iones Herodotumque non tam inimicos fuisse litterae ξ, quam tu contendis, quippe qui etiam ξυνός pro κοινός (IV. 12. VII. 53 cf. Maitt. (Sturz) p. 124) διξός (II. 76. III. 32. V. 40. VII. 70. VIII. 142. IX. 74 et alibi). τριξός (III. 9. IV. 192. IX. 85) αὐδάξασθαι alia dixerint, haec tria moneo, non eodem modo neque eodem tempore omnia antiquioris alicujus loquendi consuetudinis vestigia evanescere, semperque vinculo quodam affinitatis connexas fuisse Graecae linguae dialectos, denique diversa saepe iisdem auribus eidemque ori placuisse.

Quemadmodum autem σύν maturius ab recentioribus Ionibus quam ab Atticis in usum receptum est, sic etiam molliores verborum γίνομαι (quod quidam veteres grammatici etiam Homero tribuebant, cf. Lob. ad Buttm. II, p. 136) et γινώσκω formas Iones prius quam Attici (cf. Sturz. lex. Xenoph. s. vv.) usurparunt. Et γινώσκω quidem ejusque composita ubique nunc sic scripta apud nostrum leguntur nulla varietate adnotata. Etiam γίνομαι nunc quidem ubique recte est repositum, quamquam nonnullis in locis aliud quidam codices praebuerunt, vide Var. Lectt. ad I. 28. 190. II. 22. 37. 66. VII. 50, 1 et III ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγίνετο vulgo cum S. P. K. F. a. ἐγίγνετο d. —*).

Praeterea ut Homeri in carminibus nondum forma μίγνυμι invenitur, sic etiam noster constanter μίσγω tantum usus est, ubique nunc recte, etiam ubi codices in μίγνυμι vel μίγω vel σμίγω (qua de forma Graecitatis citerioris propria dicta vide Interppr. ad Greg. Cor. p. 679, coll. p. 910) aberrarunt (cf. Var. Lectt. ad I. 123. IV. 46. V. 20. 112. VI. 138), reposito.

---

*) cf. Piers. ad Moer. s. v. γίγνεται. Eustath. ad Hom. Od. μ' p. 1722, 55.

De vocalibus et diphthongis permutandis.

Vocalem ᾱ, quae est longa, permultis in vocibus Ionice in η̄ mutari, satis est notum; et sic Herodotus in omnibus fere verbis in ᾱω exeuntibus, quae alias ᾱ longum in formatione retinent, η̄ posuit, veluti πειρήσομαι, θεήσεσθαι, καταρήσεσθαι, ἀπέδρη, ἀποδρῆναι et permulta alia, quae nunc quidem ubique recte sic scribuntur, quamquam haud raro in libris manuscriptis Atticas vulgaresque formas invenies substitutas (vide Var. Lectt. ad I. 196. II. 28. IV. 43. V. 98. I. 8. VI. 21. IV. 43. 94 et alibi). — IV. 152 vulgo certe scribitur συνεκρήθησαν, sed III. 106 κεκραμένας vulgatum est, quod quidem, ut est apud Hippocratem κέκρημαι (cf. Matth. gr. gr. I, p. 599) in κεκρημένας mutandum esse videtur. Sic et ἀκρητοπότης et ἀκρητοποσίη VI. 84. ἄκρητος I. 207. Sed ἀκηράτου II. 86 (ἀκράτου S. V.). ἀκήρατον IV. 152 (ἀπείρατον S.). χρυσὸν ἀκήρατον VII. 10, 1. non ad κεράννυμι referenda esse videntur, sed ad κὴρ, noxam; cf. Blomfield ad Aeschyl. Pers. vs. 620 Glossar. p. 166. Ruhnk. ad Tim. lex. Plat. s. v. Ἀκήρατοι. — Praeterea κατεηγότα VII. 224. ναυηγίη VII. 190. VIII. 8. ναυήγια VIII. 12. ναυηγίων VII. 191 (ναυαγίων P. K. F.). ναυηγός IV. 103. νεναυηγήκασι VII. 236 (νεναυαγήκασι S.). χορηγῶν V. 83. — πρήσσω constanter ejusque cum formis, compositis ac derivatis, etsi quidam codices aliquoties ᾱ his in formis posuerunt (vide Var. Lectt. ad I. 8. II. 173. III. 14. 155. V. 12. 24. 94. VII. 147. 239). — ἐθυμίησε VI. 97. θυμίημα et θυμιητήριον I. 198. IV. 162. VII. 54. VIII. 99. θυμιήματα II. 130 vulgat. θυμιάματα S. V. — φλυηρέειν II. 131. — πρηΰνεσθαι, πρηΰς. τρηχύνω, τρηχέως I. 73; et recte Bekk. VII. 33 pro vulgato τραχέα reposuit τρηχέα. — λίην II. 6 (cf. Greg. Cor. Ion. p. 58). λάθρη III. 29 et alibi. πέρην I. 201. IV. 20. 53. V. 9. 10. VI. 103. IV. 28. VI. 28. 44. 97. VIII. 36. ῥηϊδίως, ῥηστώνη. — ἀνιηρός III. 108. — τριήκοντα, τριηκάδας (I. 65), τριηκοστός (V. 89), τριηκοντημέρους (II. 4), τριηκοντέροισι (VI. 148), τριηκοντοέτιδας (VII. 149), τριηκόσιοι, διηκόσιοι constanter per η̄ apud nostrum sunt scribenda, neque audiendi, si qui aliter scripta exhibent, ut I. 32, ubi pro vulgato τριήκοντα cum codd. M. V. S., alii praebent τριάκοντα. — Praeterea Ἁλικαρνησσός, Ἁλικαρνησσεύς semper per η̄ exaranda sunt, vide Var. Lectt. ad I. Prooem. I. 144. 175. II. 178. III. 4. 7. VII. 99. VIII. 104. — Παρνησσός. Ληϊσαῖος. Ἰηλυσός. Συρήκουσαι, Συρηκόσιος. Σαρδίηνος I. 22. Ἰήσων, Εὐφρήτης et alia permulta. — Τεγεήτης. Σπαρτιήτης. Αἰγινῆται, Κροτωνιήτης. Ὀρνεῆται VIII. 73 sic vulgo cum S. V. B. (ὠρνεῆται c.). ὀρνεᾶται male M. P. K. F. — Παρωρεῆται VIII. 73 omnes exhibent; quare etiam IV. 148 pro male vulgato Παρωρεάτας scribendum est Παρωρεήτας. — Sed Ὑᾶται, Ὀνεᾶται, Χοιρεᾶται (V. 68) quamquam illorum nominum analogiae repugnant, non ausim contra omnium librorum auctoritatem mutare, quum Dorica sint, neque aliter ab ullis aliis

Graecis pronuntiata esse videantur; etiam nomen Ἀρχέλαοι eodem capite paulo supra positum, quamquam minime Ionice formatum, illa sub specie ab omnibus retineatur. — νεηνίης III. 53. νεηνίαι I. 31 (νεανίαι cod. a.). νεήνισκον III. 53. IV. 149 νεηνίσκῳ (νεανίσκῳ S.) φρήτρη. κρητήρ. σφρηγίς III. 41. I. 195. III. 28 et σφρηγίδας VII. 69 vulgat. σφραγίδας S. — θώρηξ I. 181 et alibi (θωρηκοφόροι VII. 89. 92) I. 135 θώρηκας nunc vulgat. cum M. K. F. a. b. c. d. Alii θώρακας. — ἴρηξ saepius; sed στύραξ, στύρακος scribendum est III. 107 τὴν στύρακα recte vulgatum, ubi quidem cod. S. male στύρηκα. Ibidem τῆς στύρακος sine varietate. — ἀήρ sed ἠέρος II. 25. ἠέρι III. 124. ἠέρα I. 172. II. 26 et alibi. — διήκονος IX. 82. διηκονέειν IV. 154. ῥηχίη II. 11. VII. 37. 198. VIII. 129. — ῥηχῷ VII. 142 (cf. Suid. ῥῆχος. φραγμός. Ἡρόδοτος. sed ῥηχός, ῥηχῷ accentu in ultima posito vulgatum est apud Herodotum) quamquam ῥάχος alias correptum ᾰ habet, ut ῥάχος, ῥάχιος III. 54. ῥάχιν VII. 216. cf. Lob. ad Buttm. II. p. 415. νηῦς, γρηῦς. Θρήϊξ. Προνηΐης cf. infra in capite de solvendis et contrahendis diphthongis et vocalibus (nominum adj. in ει et αιος). — Et νηός solum est Herodoteum, a qua legitima forma nonnunquam in codd. Mss. ad Atticam vel ad quasdam nominis νηῦς formas est aberratum, ut I. 19 ἀφθεὶς δὲ ὁ νηός vulgo. νεώς F. II. 135 τοῦ νηοῦ vulgo. νηός S. — 148 ἐστὶ νηός vulgo. νεώς ἐστι S. V. — 170 τοῦ νηοῦ vulgo. τοῦ νηός S. F. Et I. 50, ubi libri Herodotei recte praebent ὁ ἐν Δελφοῖσι νηός, habet Priscian. (de figuris numerorum Vol. II, p. 391. Krehl,) ὁ ἐν Δελφοῖσι ναός. — Sed sine varietate I. 19 νηοῦ Ἀθηναίης et τὸν νηόν. Vide et I. 21. 22. 26. 51 bis. 52. 66. 90. 131. 159 ter. 181 bis. 182 bis. 183 bis. II. 4. 7. 91. 135. 138. 148. 155 bis. 156 bis. 180. 182. III. 59. 60. IV. 59. 87. 108. V. 45. 62 ter. VI. 19. VII. 27. 37 ter. 55. 129. IX. 70. II. 63 ter. 64. VIII. 27. 37 bis. — VIII. 120 recte nunc editur τιήρῃ χρυσοπάστῳ cum codd. S. V. Vall., ubi quidem Ald. cum codd. F. a. τριήρεϊ, et codd. M. K. P. τιήρεϊ praebent; quae scriptura, quamquam manifesto perversa, tamen confirmat nunc editum τιήρῃ. Sed III. 12 et VII 61 τοὺς τιάρας omnes libri servarunt; et I. 132 τὸν τιάρην (alii cum codd. M. K. F. τιάραν, alii cum F. τὴν τιάραν male). Quum autem medium illud α constet longum esse (vide Aesch. Pers. 652 (Wellauer) βασιλείου τιήρας) et isto in loco (VIII. 120) τιήρῃ extra omnem positum esse videatur dubitationem, patet etiam I. 132 τὸν τιήρην et III. 12. VII. 61 τοὺς τιήρας Herodotum ipsum posuisse.

Haec vocalis α in η permutatio maxime etiam ad primam declinationem pertinet, quum non solum in genitivo et dativo ᾱς et ᾳ constanter in ης et ῃ apud nostrum permutentur*), sed etiam ut

*) I. 36 ἐκ τῆς χώρης (χώρας S.). — 26 παλαιῆς (παλαιᾶς S. Ven.). — 137 μιῆς αἰτίης (αἰτίας F.). II. 106 ἀληθείης (ἀληθείας S.). I. 1 ἡμέρῃ (ἡμέρᾳ S. V. e.). V. 43 ἐν Σικελίῃ (Σικελίᾳ S.). III. 35 μέσης

nomina in ας, accusat. αν, in ης et ην transeunt, sic α longum nominativi et accusativi aliorum nominum in η et ην semper vertatur. — Habet quidem cod. S. I. 14 pro vulgatis *Μίδης* et *Μίδην*, *Μίδας* et *Μίδαν*, et VII. 204 *Λεωνίδας* pro *Λεωνίδης* et 205 *Λεωνίδαν* pro *Λεωνίδην*; est quidem VIII. 17 in codicibus P. K. F. *Κλεινίας* pro vero *Κλεινίης* repertum; sed haec et similia*) recte nunc neglecta sunt. — Alia autem neque equidem ausim mutare, ut ὁ *Θήρας* IV. 147. 148; cujus genitivus *Θήρα* IV. 148. 150 manifesto Doricam flexionem etiam ab Herodoto hoc in nomine retentam declarat. Et accusativum *Θήραν* habes IV. 147; quamquam insulae nomen ab hoc viro tractum, constanter apud nostrum *Θήρη Θήρης Θήρῃ Θήρην* deflectitur (cf. IV. 147. 148. 149. 150. 151. 153. 154. 155. 156). Sed vide grammaticum Meermann. p. 649 τὰ εἰς ας λέγοντα ὀνόματα, ἐὰν μὴ ὦσι Δωρικὰ, εἰς ης τρέπουσιν (Ἴωνες). Sic igitur Herod. III. 15 *Θαννύρας*, *Θαννύρα*. — *Ἀμίλκας*, *κα*, *καν* VII. 165—167. *Σίκα* VII. 98. — *Ἀριστέας Κορίνθιος* VII. 137; quamquam *Ἀριστίης Προκοννήσιος* (IV. 13—15, vide et Origen. ctr. Cels. III, p. 125 sq.) recto itinere *Ἀριστέῳ*, *Ἀριστέην* deflectitur.

Ac porro ea nomina, quae in ᾱ longum desinunt, statim ab nominativo in η constanter terminantur ex Herodoteo usu. Et cernitur etiam hac in re illa saepius jam observata affinitas inter Herodoteam et veterem Atticam rationem intercedens, quum Herodotus nomina abstracta in εια, ab adjectivis in ης et ος derivata et a veteribus Atticis producta ᾱ pronuntiata, in ειη formaverit: ἀληθείη I. 34. 46. 55. II. 115. III. 75 et alibi. ἀτελείη I. 54. III. 67. IX. 73. εὐτελείη II. 92. I. 54. ὑγιείη II. 77. πολυτελείη II. 87. προμηθείη III. 36. I. 88. μεγαλοπρεπείη III. 125. ἀτρεκείη IV. 152. VI. 1. 82. εὐμαρείην IV. 113 (alii ῥίην alii ῥέην vide infra in capite de solvendis et contrahendis diphthongis et vocalibus). II. 35. ξυνετείη V. 20. ὠφελείη V. 98 (alii λίη). VII. 139 ὠφελείην (alii male ὠφέλειαν vel ὠφελίην). 158 ὠφελεῖαι (alii ὠφελίαι, edd. vett. ὠφέλειαι) vide infra l. modo l. πρεσβυγενείη VI. 51. ἀναιδείη VI. 129. VII. 210. ἀεικείη I. 115. 73. III. 160. εὐηθείη III. 140. ἀσφαλείη II. 121, 1. IV. 33. ἀσθενείη II. 47. εὐπαθείη I. 191. VIII. 99. Quo et pertinent ἱδρείη et σιτοδείη vide infra l. modo l. — Praeterea προνοίη III. 108. VII. 144. εὐνοίην VI. 108. VII. 104. παλλιρροίην II. 28. ὁμοχροίην I. 74 cod. b. — Quare haud dubie vulgatum εὔνοιαν III. 36 in εὐνοίην, et vulgata διάνοιαν I. 46. 90. II. 162. IX. 45 in διανοίην, et διάνοια II. 169 in διανοίη, vel invitis codicibus Mss., mutanda sunt; praeterea ἄπλοιαι II. 119 in ἀπλοῖαι, ut in libro de vita Homeri c. 34 Ionice scri-

---

τῆς καρδίης (καρδίας Ald. F.). Quibus quidem in locis, et si qui his similes reperti sunt, recte non audiendi sunt codices, Atticam vulgaremque formam praebentes.

*) VII. 188 τὸν Ἑλλησποντίην vulg. Ἑλλησποντίαν cod. S.

ptum exstat δι' ἀπλοίην; et apud Hom. Il. IX, 362 ἡ εὐπλοίη (cf. Suid. εὐπλοίην. εὔπλοιαν) et poetice ἀπλοΐη apud Callimach. Hymn. in Artem. 230 (ἀπλοΐης). Neque enim statuendum esse videtur, Herodotum ex Atticismo quodam, eoque arctis finibus circumscripto, ac saepius a veteribus grammaticis notato (cf. Buttm. gr. gr. I, p. 143 Not. 11) retraxisse hoc in vocabulo accentum. — Etiam εὐμένεια II. 45 (duo codd. εὐμενέα) in εὐμενείη, et ἄδειαν II. 121, 6 in ἀδείην; ἐπιμέλειαν VI. 105 in ἐπιμελείην. Sed vulgata περιφάνεια IV. 24 et ἐμμέλειαν VI. 129, quamquam haud dubie a περιφανής et ἐμμελής (Plat. Theaet. p. 174 A.) derivanda, non sollicitanda esse censeo, quum et in Platonis Legg. VII. 816 B. ἐμμέλειαν scriptum exstet non ἐμμελείαν.

Ceterum compara Lucian. de dea Syr. (ed. Jacobitz.) ἐπινοίη cap. 17. ἐννοίην 2. ἀγνοίη 22. φρενοβλαβείη 18. de Astrolog. διανοίη 10 et διανοίην 20. ἀποῤῥοίη et ῥοίην 29. — Huc etiam pertinet nomen ἱρείη (sacerdos) quod, quamquam ab ἱρεύς derivatum, tamen ab antiquioribus Atticis ἱρείᾱ paroxytonon, α producta, pronuntiatum esse nunc fere constat. Vide enim Buttm. gr. gr. I, p. 140 Not. II, p. 426 sq. Matth. gr. gr. I, p. 184 (ed. tert.). Sic apud Herodot. I. 175 ἡ ἱρείη exstat, et V. 72. VIII. 104; unde patet II. 53 pro vulgato ἵρειαι (αἱ Δωδωνίδες ἵρειαι vel ἱρήϊαι Gsf. ἱέρειαι F.) ἱρεῖαι reponendum fuisse, ut cap. 55 ἱρεῖαι pro ἵρειαι Bekk. (ἱέρειαι F. ἱρήϊαι S. Gsf. al.). — II. 54 ἱρείας Bekkerus jam recte substituit male vulgato ἱρηΐας (δύο γυναῖκες ἱρηΐας) nam illud ἱρείας praebent codd. F. P. K.

Quum autem notum sit, in universum statuendum esse, nomina in ᾱ purum vel in ρᾱ desinentia hoc ᾱ productum habuisse, ideoque ex Herodoteae dialecti ratione et in nominativo et in accusativo constanter in η̄ et η̄ν terminata fuisse, patet non ipso ab Herodoto profecta esse quae cod. S. praebuit: I. 80 ἰδέαν. 196 ἑτέραν. II. 38 ζημία IV. 72 καλίαν. 127 ἱστίαν. 133 ὑμετέραν. V. 17 Μακεδονίαν. — et cod. b. I. 11 ὁκοτέραν; codd. S. V. III. 59 Ὑδρέαν pro vulgato Ὑδρέην (Θυρέαν P. K. F. Θυρέην edd. vett. cum M. a. b. d.). cod. F. VII. 28 οὐσίαν et VII. 170 Σικελίαν. Quae omnia et huic similia (I. 120 ἀγγελιαφόρους Ald. S. b. III. 75 ἐγενεαλόγει cod. c. pro vulgato ἐγενεηλόγησε) nunc recte sine haesitatione in integrum restituta sunt. — Τεγέην vulgatum est apud nostrum I. 68. VI. 72. VII. 170. IX. 37 bis, ut apud Hom. Il. II, 607 Τεγέη; et Apollon. Arg. I, 162 Τεγέην; quamquam apud alios Τέγεα et Τέγεαν proparoxytona nostris quidem in exemplaribus vulgo leguntur, cf. Thucyd. V, 32. 64. 74. 76. Polyaen. I, 8, 1. II, 3, 14. Apollodor. III, 7. Eustath. et Steph. Byz. s. v., apud alios, ut apud Pausaniam mox Τέγεα, mox Τεγέα scribitur (vide Syllb. ad Paus. VIII, p. 458) ut fortasse in mentem tibi venire posset statuere, Τέγεα non nisi apud Ionicos scriptores et epicos poetas ᾱ suum finale produxisse, nisi Strabonis quoddam praeceptum adversaretur. Is enim VIII, p. 572 haec tradidit: ἐκείνη

γὰρ *Μίδεα* ὡς πρόνοια, αὕτη δὲ *Μιδέα* ὡς *Τεγέα*, unde extra dubitationem positum esse mihi videtur, etiam apud illos scriptores *Τεγέα* et *Τεγέαν* paroxytona reponenda esse, ut apud Ionicos *Τεγέη* et *Τεγέην* scribitur. Sed *Τιθορέα* quod sic scriptum apud nostrum VIII. 32 sine ulla varietate exstat, non ausim mutare; et eodem accentu notatum apud Pausan. X, p. 672 (Syllb.) legitur *Τιθορέα*, et *Τιθορέας*, *Τιθορέαν* ibidem cf. et Steph. Byz. s. v. *Τιθοραία* et Plutarchi Syllam p. 461, ubi quidem vulgo *Τιθόραν* scribitur, sed patet *Τιθορέαν* reponendum esse. Nec minus autem notum est, ex isto praecepto plura esse eximenda, quae etiam apud nostrum in ᾰ breve exeunt. Omnium enim nominum in υια exeuntium, nisi si oxytona sunt, quae constanter ᾱ (η) suum longum servant (ὀργυιή, μητρυιή IV. 154 et alibi) correpta est ultima; quare Gsf. alii, qui VII. 189 Ἀττικὴν Ὠρειθυΐην et mox τὴν Ὠρειθυΐην receperunt, longe a vero aberrarunt, quum priore in loco codd. S. V. et posteriore cod. S. Ὠρείθυιαν praebuerint, ut unice verum a Bekkero aliisque repositum. Aeque perversum erat εἰδυΐην VI. 52 Wesselingii aliorumque; pro quo nunc recte e codd. S. V. P. K. εἰδυῖαν vulgatum est.

Praeterea nomina disyllaba in αια exeuntia etiam apud nostrum ᾰ correptum servant: *Αἶαν* I. 2. VII. 193. μεσόγαια I. 175. II. 9. 15. IX. 89 et alibi, vide infra p. 139. Et trisyllaba et ex pluribus constantia syllabis nomina propria in αια, εια et οια exeuntia: *Νίσαια* I. 59. Ἀμφίκαιαν VIII. 33. ἡ Ἀνόπαια VII. 216 bis. *Δίκαιαν* VII. 109 bis (olim male vulg. *Δικαίαν*, sed vide Steph. Byz. s. v.). *Πλάταιαν* VIII. 50. *Εὔβοιαν* IV. 33. V. 77. VIII. 7. 8. 13. 14. *Μελίβοια* VII. 188. Sed Ἱστιαίην apud nostrum sic scriptum exstat sine ulla enotata varietate VIII. 23. 24. 25. 66, contra quem communem omnium librorum consensum nihil valere posse arbitror aliorum scriptorum usum, aliorumque praecepta. Apud Homerum enim (Il. II, 537), similiter atque apud alios, vulgo legitur Ἱστίαιαν, cf. Eustath. ad Hom. Il. β' p. 280 = 212 ἡ δὲ Ἱστίαια προπαροξυτόνως μὲν κατὰ τοὺς ἀκριβεστέρους ἀναγινώσκεται, ὁμοίως τῷ *Νίκαια* *Φώκαια*, unde patet Priscianum (de metris Terentii Vol. II, p. 404 Krehl) non secutum esse hos accuratiores, quum ex isto Homeri loco repetiit πολυστάφυλόν θ' Ἱστιαίαν. — Steph. Byz. s. v. *Πλαταιαί* . . . . δεῖ δὲ τὸ πρωτότυπον ἐθνικὸν προπαροξύνειν *Πλάταιαν*, ὡς *Αἴμναιαν*, Ἱστίαιαν, *Δίκαιαν*. eundem s. v. Ἑστίαια et Ἱστίαια. — Popp. Thucyd. I. P. 2 p. 268. Sinten. ad Plut. Themist. p. 54. Suid. s. v. Paus. VII, p. 404, 25 (Syllb.). Apollodor. I, p. 183 (Sale), ubi quidem, ut apud alios, Ἑστιαίαν scribitur; unde Lobeckius (Paralipp. gr. gr. p. 301) eam in sententiam devenisse videtur, ut diceret, semper circa hoc et alia hujusmodi inexplicabilem fore pugnam. Etiam *Αἰγαῖαι* apud nostrum I. 149 vulgo legitur, ubi quidem cod. F. *Αἰγαία*, Steph. Byz. *Αἰγαί*. — Et *Λεβαίην* πόλιν VIII. 137. ἐς τὴν *Πυλαίην* VII. 213 cf. Steph. Byz. s. v. *Πύλαι*, τόπος Ἀρκαδίας, καὶ *Πυλαία*. — *Κασθαναίην*

VII. 188 cf. Steph. Byz. s. v. *Καστάναια*. — *Ὑλαίη* et *Ὑλαίην* IV. 9. 18. 54. 55. 76 cf. Steph. Byz. s. v. *Ὑλέα*. Similiter *Ἴχναι* (cf. Herod. VII. 123) et *Ἰνχαίη* cf. Suid. s. v. Hesych. et Steph. Byz. s. v. *Ἴχναι*. — Sed *Γρύνεια* proparoxytonon scriptum exstat I. 149. *Ἐρύθεια* IV. 8. *Σήπεια* VI. 77. *Αἰγίλειαν* VI. 107. *Προμένεια* II. 55. *Ἰφιγένειαν* IV. 103. *Μαρώνειαν* VII. 109. *Κόμβρεια* et *Αἴνεια* VII. 123. *Ἐλάτεια* VIII. 33. *Θέσπεια* VIII. 50. *Ψυττάλεια* VIII. 76 bis. 95. *Λεβάδεια* VIII. 134. — His omnibus positis alia sunt commemoranda, ubi scriptura immerito variat, aut omnino in vitiosam quandam formam aberratum est. Sic VIII. 127 (init.) male vulgatum est *τὴν Ποτιδαίην*, quum non hoc solum in loco cod. a. verum *Ποτίδαιαν* praebuerit, sed etiam cap. 128 *τὴν Ποτίδαιαν* omnes exhibeant; vide et Steph. Byz. s. v. *Ποτίδαια*. De urbe Phocaea haec dixit Steph. Byz. *Φώκαια, πόλις Ἰωνίας, Ἡρόδοτος πρώτῃ. Λέγεται καὶ Φωκαίη διὰ τοῦ η*. Nec vero etiam ab Herodoto *Φωκαίη* dictum esse tradit, sed esse qui etiam *Φωκαίη* dixerint; quos a Stephano oppositos Herodoto probabilius videatur, quam hunc illis adjunctum esse. Quare non recte quibusdam in locis Herodoteis *Φωκαίη* nunc legi puto; nam praeterquam quod aliis in locis omnes *Φώκαια*, accentu retracto, retinent, etiam alii omnes, quos equidem sciam, antiquiores scriptores (cf. Hym. Hom. in Apoll. 35. Thucyd. VIII, 31 et alibi) hanc scripturam solam usurparunt. Sic apud Herodotum omnes *Φώκαιαν* I. 152. *Φώκαια* I. 142 (et sic Suid. s. v. *Ἰωνία*). II. 106. 178 (et hoc ex loco Eust. ad Il. *β′* p. 314 = 238, vide eundem loc. supra laud. (ad Il. *β′* p. 280 = 212). — VI. 17 *Φώκειαν* edd. omnes, et codd. praeter F., qui *Φωκέαν* male exhibuit. Sed I. 80 *Φωκαίην* vulgatum est cum codd. M. K. F. (*Φωκίην* Ald. S. V. b. e. *Φωκίων* d.) et I. 164 *Φωκαίην* et I. 165 ter, nulla codic. Mss. scripturae mentione facta; quibus quidem quinque in locis *Φώκαιαν* reponendum esse opinor; quamquam in nostris Strabonis exemplaribus vulgo *Φωκαία* paroxytonon et *Φωκαίαν* scribitur, vide libr. XIV, p. 647. 633. 663 et alibi. — Ac pessime V. 43 Gaisf. aliique ediderunt *Ἡρακληΐην τὴν ἐν Σικελίῃ*, nec minus male est in cod. S. *Ἡρακλείην τὴν ἐν Σικελίῃ*, sed codd. V. K. F. b. *Ἡρακλείαν* (aut *Ἡράκλειαν*) quae hujus urbis forma *Ἡράκλεια*, ultima correpta et antepenultima accentu notata, ut apud alios omnes Graecos scriptores (cf. Steph. Byz. s. v.) sic etiam in nostro Herodoteo loco cum Bekkero sola est retinenda. — Sed valde miror, omnes in vitiosam scripturam *Μηδείην* (I. 2) consensisse, nisi quod codd. S. V. b. *Μηδίην* aeque damnandum praebuerunt (VII. 62 *Μηδείης* vulg. cum S. *Μηδέης* P. F.) quum cur Herodotus aliter atque Euripides aliique omnes Graeci scriptores hoc nomen usurpasse censendus sit nulla appareat idonea causa; quare *Μήδειαν* solum verum solumque hoc in loco ipso ab Herodoto positum esse mihi persuasissimum est; ac perversum *Μηδείην*, ut similia vitia, ab iis conjicio illata esse librariis, qui ut hic genitivi forma Hero-

dotea Μηδείης (I. 3. VII. 62) sic alibi aliis similibus formis illecti nominativum etiam et accusativum in η̄ et ην̄ terminari posse credidissent.

Nomina foeminina in ειᾰ, a masculinis in ευς et ης derivata, excepto ἱρείη, omnia correptam retinent ultimam. Sic βασίλεια cf. infra in capite hujus libri de solvendis et contrahendis diphthongis et vocalibus. — Sic etiam foeminina adjectivorum in υς(εὸς) exeuntium; quae quamquam apud Herodotum summa cum constantia non in ειᾰ sed in εᾰ desinentia scribenda sunt, tamen eadem cum constantia ultimam correptam retinent: τρηχέα IV. 23. VII. 33. βαθέαν et βαθέα, alia cf. infra p. 158.

Omnia autem alia adjectivorum foeminina in αιᾱ, ειᾱ (εη̄), οιᾱ, ιᾱ (ίη) ut omnino, paucis exceptis, omnia nomina paroxytona in ᾱ purum aut ρᾱ desinentia, ultimam productam retinere, ideoque constanter apud Herodotum in η̄ et ρη̄ terminanda esse, satis est notum. Sic etiam Οὐρανίη IV. 59. Πυθίη et Πυθίην saepius apud nostrum; τὴν ὡραίην IV. 28. ὑστεραίη et ὑστεραίην etiam ubi substantivi vice funguntur, ut ἀναγκαίη cf. VII. 172 ἀναγκαίην οὐδεμίαν et VII. 233 et alibi. τὴν περαίην VIII. 44. τὴν θερείην πᾶσαν I. 189 cf. Antiatt. Bekk. I, p. 99, 19 θερεία Ἡρόδοτος πρώτῳ. Quamquam alii (cf. Suid. s. v. Θέρεια, τοῦ θέρους ὁ καιρός. Πολύβιος θέρειαν. cf. Lob. Aj. p. 158) propter ipsam ascititiam istam substantivi significationem etiam substantivi accentu hoc nomen notarunt. Sed excipiuntur apud nostrum, ut apud alios Graecos scriptores μία, μίαν, οὐδεμία, οὐδεμίαν, μηδεμία, μηδεμίαν, quae omnia sic per ᾰ breve scripta nunc quidem et imprimis in Bekkeriana editione ubique recte leguntur, sed in edd. vett. fere eadem cum constantia in ιη̄ et ιην̄ exeuntia falso scripta exstant. Attamen raro tantum ex quodam codice Ms. haec perversa forma adnotatur, quum saepius plures, imprimis cod. F. μία, μίαν, etc. praebuerint*), unde suspicio non abest, quin veteres editores suo ex arbitrio, nullo codice Ms. praeeunte, saepius istam vitiosam scripturam immerito nostro obtruserint. Neque enim Herodoteum est, hoc ᾰ breve in η̄ mutare, quamquam etiam in nostris Hippocratis, Aretaei aliorumque exemplaribus haud raro μίη, οὐδεμίη, μηδεμίη exstant (cf. Maitt. (Sturz) p. 148) sed partim etiam in illorum scripta falso illata esse possunt, partim non pertinent illi ad Herodoteum usum.

Alia etiam nomina foeminina in ιᾰ exeuntia, qualia sunt ψάλτρια, ὀρχήστρια, quae multa collegit Bast. ad Greg. Cor. p. 259 sq.

---

*) Vide Var. Lectt. ad II. 100. III. 153. I. 164. II. 38. 111. 125. 142. III. 85. 150. IV. 7. 81. 113. V. 86. 101. VII. 8, 3. I. 4. 136. 152. 12. 209. II. 13. 15. 35. 160. 166. I. 32. II. 111. 121, 3. II. 181. III. 24. 25. 51. 68. 111. 140. 155. IV. 50. 74. 117. V. 30. 98. 106. VI. 53. 86, 4. VII. 105. 109. 151. 153. 170. 172. 229. VIII. 49. 100. 143. IX. 8. VII. 200.

correptam servant ultimam, cum quibus hic conjungendum esse videtur nomen proprium Ἐρέτρια VI. 106. Ἐρέτριαν I. 61. VI. 43 (ubi cod. F. Ἐρέτρειαν). 94 bis. 98. 99. 102.

Nomina in ρα exeuntia etiam apud Herodotum correptam habent ultimam ea, quorum antepenultima est diphthongus quaedam, excepta αυ (αὔρη Herod. II. 27) vel quorum vocalis antepenultima υ longa est. Sic Αἴγειρα I. 145. Κάειρα V. 88. σώτειραν II. 156. διάπειραν I. 47. II. 15. 28. 77. ἀπόπειραν VIII. 9. πρόπειραν IX. 48. ἄρουρα II. 168. ἄρουραν II. 14. V. 92, 6. Βοῦρα I. 145. Κυνόσουραν VIII. 76. σφῦραν I. 68 (ubi quidem alii male σφύραν). Κέρκυραν III. 48. 52. 53 ter. VII. 145. μάχαιραν VI. 75 bis. VIII. 137. ἄγκυραν IX. 74 bis. γέφυρα IV. 85 bis. 87. γέφυραν I. 186 bis. III. 134. IV. 87. 88. 98. 118. 133 bis. 134. 136. 139. 141. 201. VII. 10, 2. Etiam IV. 97 nunc vulgo recte cum codd. S. V. K. F. γέφυραν scribitur, ubi alii male γεφύρην scriptum exhibent. — Praeterea μοῖρα VII. 157. μοῖραν IV. 145; aliis autem in locis alii ab hac legitima scriptura ad perversam quandam aberrarunt, ut I. 146 ubi μοῖρα omnes praeter Schaef., qui male μοίρη reposuit. IV. 133 μία μοῖρα nunc vulgat. cum F. S. Olim μίη μοίρη. — I. 73 μοῖραν Bekk. alii cum codd. M. S. F. a. c. μοίρην Ald. al. I. 75 μοῖραν Bekk. al. cum codd. M. F. a. c. μοίρην Ald. — 91 μοῖραν nunc vulgat. cum codd. F. a. c. Alii olim μοίρην. — 157 μοῖραν vulgat., nisi quod Schaef. male μοίρην. — 204 ἐλαχίστην μοῖραν Bekk. al. μοίρην Gsf. alii cum S. II. 17 ἐλαχίστην μοῖραν Bekk. μοίρην Gsf. alii. III. 142 μοῖραν Bekk. al. cum S. Olim μοίρην. IV. 128. μοῖραν Bekk. al. μοίρην S. — 120 μία μοῖρα nunc cum S. Olim μίη μοίρη. — 161 μίαν μοῖραν nunc cum S. Olim μοίρην. — 164 μοῖραν (μοίραν F. S.). Olim μοίρην. V. 57 Ταναγρικὴν μοῖραν sic F. S. Olim vulgat. μοίρην; item cap. 69. — Bekkerus igitur ubique recte μοῖρα et μοῖραν praetulit; neque ad Herodoteam dialectum pertinet, si quidam veteres grammatici χώρῃ et σπείρῃ vel Ἥρῃ et σφαίρῃ composuerunt cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 390 τὸ ᾱ εἰς η̄ τρέπουσιν Ἥρα Ἥρη, σφαῖρα σφαίρη (?). Grammat. Meerm. p. 650 τὰ εἰς ᾱ ἐνθείας εἰς η̄ τρέπουσιν (Ἴωνες) οἷον Ἥρη, χώρη, ὥρη, σπεῖρα, σπείρη (?). — Alia autem omnia in ρα exeuntia ᾱ longum habere, ideoque Ionice in ρη terminata esse, notum est: θύρην II. 2. 96. 12. Χαράδρην VIII. 33 Ald. Schaef. alii recte, sed Χαράδραν M. P. K. S. Paris. Χαράνδραν F. IX. 102 χαράδρην recte vulgat. χαράδραν F. S. I. 4 ὥρην vulg. ὥραν S. V. IV. 135 χώρην vulg. χώραν S. Etiam Τανάγρην noster dixit IX. 15, ubi quidem male codd. S. V. Τανάγραν, quamquam alii Τάναγρα proparoxytonon dicere solebant cf. Thucyd. III, 91. IV, 91. 97. VII, 29. — Herod. III. 109 vulgo leguntur haec διεσθίει τὴν μήτραν, sed quum μήτραν non Herodoteum esse pateat, et μητέρα S. et Vall. exhibuerint, Bekkerus recte fecisse videtur quum hoc μητέρα in ordinem recepit, qui idem III. 108 pro vulgato τῇ μήτρῃ reposuit τῇ μητρί.

Ea autem nomina, quae non in ᾱ purum, neque in ρᾱ exeunt, ᾰ brevem et apud alios scriptores et apud Herodotum retinuisse constat, excepto Ἀνδρομέδη, Ἀνδρομέδην VII. 61. 150. — Unde patet quam perverse olim I. 56 Ὄσσην scriptum fuerit pro nunc vulgato Ὄσσαν, quod omnibus in libris est VII. 128. 129; quam perverse praeterea I. 193 in cod. S. πάση scriptum exstet pro πᾶσα; et III. 97 Νύσην vulgatum sit pro Νῦσαν, quod jam supra correxi p. 97. — et III. 59 Αἰγίνην exhibeatur a codd. S. V. pro nunc recte edito Αἴγιναν; nam aliis in locis sine varietate nunc scribitur Αἴγινα et Αἴγιναν cf. III. 131. V. 80. 84. 85. 87. VI. 50. 85. 89. VII. 147. VIII. 41. 60, 1. 64. 131. 132 bis. 84. 92. IX. 75. 76. — Etiam Καμάρινα et Καμάριναν VII. 154 sola vera est scriptura, a Bekkero jure merito recepta, pro Καμαρίναν Gsf. al. καμαρῖναν S. Vide enim Thucyd. III, 86 Καμάρινα. VI, 5 Καμάριναν. Strab. VI, p. 266. Interppr. Pind. Olymp. V, 4. Suid. μὴ κίνει Καμάριναν. Quare accentus etiam in Schol. Aristoph. Acharn. 590 corrigendus erat: Καμαρίνα (scribe Καμάρινα) καὶ Γέλα πόλις Σικελίας. — Sed Ἀρίσβαν I. 151 sic recte scribitur, recteque ab omnibus retinetur; nam Steph. Byz. s. v. tradidit: Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἰάζων Ἀρίσβαν καλεῖ ἐν πρώτῃ (sic enim Ἀρίσβαν apud Steph. Byz. pro vulgato Ἀρίσβην ut reponatur, totus sententiarum nexus postulat, vide interppr. ad hunc locum), vide et Strab. XIII, p. 590; et Eust. ad Il. β' p. 357 = 270 ad Homerica Ἀρίσβην et Ἀρίσβηθεν discernit disertis verbis ex Strabonis libr. XIII hanc Ἀρίσβην in Asia minori inter Percoten et Abydum sitam, et per η scribendam, ab Ἀρίσβα in Lesbo insula sita.

Alia autem apud alios in η apud alios in ᾰ breve desinunt. Herodotus enim πρύμνη et πρύμνην dixit (ut interdum etiam tragici poetae cf. Buttm. ad Soph. Philoct. 481) quod alii πρύμνα et πρύμναν, vide Herod. I. 1. 194. VIII. 84 bis. cf. Suid. s. v. ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο. Praeterea σμύρνη III. 107. Σμύρνη I. 149. Σμύρνην I. 14. 16 et his ex locis Suid. s. v. Γύγης. I. 94. 150 bis. II. 106. — Quae autem vocabuli forma τόλμη vulgo cum isto Ionico πρύμνη comparatur (cf. Lob. Phryn. p. 331 sq.) ea non est Herodotea, et VII. 135 omnium librorum auctoritate ἡ τόλμα munitur, ut apud Xenoph. Cyrop. III, 3, 30 τὴν τόλμαν. Thucyd. III, 82 τόλμα, quamquam alias Atticis maxime proprium est, quibusdam in nominibus η pro ᾱ pronuntiare, ut θοίνη, ῥίνη, θέρμη etc. et imprimis in nominibus in λᾱ, per unum λ scriptum, exeuntibus cf. Piers. Moer. p. 183. — Neque offensioni esse potest, quod Dores τόλμᾱ ultima producta dixerunt (cf. Boeckh. Pind. Olymp. XIII, 11. Euripid. Ion 1436; sed τόλμᾰ Euripid. Andr. 7), quum eosdem et τρῶμαν (Pind. Pyth. IV, 27) pro Herodoteo τρῶμα aliaque id genus usurpasse constet.

Sunt autem permulta alia vocabula, quae ᾱ suum, quamquam id longum esse inter omnes constat, tamen nunquam in η mutarunt, sic Κάρ, Κᾶρες, Κάρων, Καρσί, Κᾶρας cf. Herod. I. 28.

146. 171. 174. II. 61. 152. 154. III. 11. V. 117—121. VII. 93. VIII. 22. Καρικός I. 172. 173. ἐάω, ἐάσας et aliae hujus verbi formae. μᾶλλον. θᾶσσον. πᾶσα. καρᾱδοκέειν (VII. 163. 168). Κρᾶθις I. 145. φᾶρος II. 122. IX. 109 et alia permulta.

Sed, quod fortasse minime exspectaveris, etiam pro ᾰ brevi quibusdam in vocibus Iones Herodotusque η̄ posuerunt, ut inverso modo pro η̄ quorundam vocabulorum ᾰ breve. Prioris generis exempla sunt: διπλήσιος III. 130. IV. 68. VI. 57 bis. 133. VII. 23 bis. 103. VIII. 137. cf. Apollon. in Bekk. Anecd. p. 494, 10. 500, 17. Greg. Cor. p. 527 (Schaef.). πολλαπλήσια III. 135, sic Bekk. cum codd. P. K. V. F. παραπλήσια Gsf. et S. πολληπλησία perverse editiones veteres (cf. Lob. Parerg. p. 663, ubi quidem pro I. 155 scribendum erat III. 135. Quod autem Gaisfordus credidit, Iones, quum antepenultima vocis hujus corriperetur, πολλαπλάσια non πολλαπλήσια dixisse, manifestum est, ignorasse illum in hac et similibus vocibus Herodoteum Ionumque usum.). IV. 50 πολλαπλήσια Bekkerus. Alii cum cod. S. πολληπλήσια. Sed cod. F. recte πολλαπλήσια. Gaisf. al. male πολλαπλάσια. V. 45 πολλαπλήσια Bekk. al. cum S. V. P. F. Paris. πολλαπλάσια Ald. Gaisf. al. VII. 160 Bekker. recte πολλαπλησίης reposuit pro vulgato πολλαπλασίης. VIII. 10 πολλαπλησίας Bekk. al. cum codd. M. P. K. πολλαπλασίας Gsf. al. cum F. S. Sed omnes summo consensu VII. 48 πολλαπλήσιον exhibuerunt, ut πολλαπλησίη VIII. 140, 1 (παραπλησίη cod. S.) et 143. — ἐξαπλήσιον IV. 81. πενταπλήσιον VI. 13. — Falso autem atque ineptissime quosdam in locos Herodoteos πεντηκόσιοι et τεσσερήκοντα pro πεντακόσιοι et τεσσεράκοντα illata, atque usque hunc ad diem hic illic servata sunt. Sic IV. 90 male vulgo legitur τεσσερήκοντα, quod tanta recte scriptorum exemplorum multitudine (I. 14 τεσσεράκοντα. I. 31. 106. 166. II. 11. 15. 29. 127. 142. 155. III. 10. 44. 56. 90. 95. IV. 15. 53. 73. 159. V. 52. 54. 64. VI. 15. 119. VII. 187. VIII. 1. 115. IX. 27) obruitur, ut nihil relictum sit dubii, quin statim in τεσσεράκοντα mutandum sit, atque illud perversum τεσσερήκοντα in similitudinem aliorum numeralium τριήκοντα, τριηκόσιοι, διηκόσιοι corruptum fuerit; quod idem et de altero perverso πεντηκόσιοι valet. III. 13 πεντηκοσίας μνέας male nunc vulg. cum P. F. Paris. Alii cum S. recte πεντακοσίας. VII. 186 πεντηκοσίας μυριάδας male vulgat. Sed cod. S. πεντακοσίας. IX. 28 χίλιοι καὶ πεντηκόσιοι nunc vulgo, quum Ald. al. cum cod. S. verum πεντακόσιοι; ibidem Ἀμπρακιητέων πεντηκόσιοι et Αἰγινητέων πεντηκόσιοι nunc vulg. cum P. F., sed edd. vett. cum cod. S. πεντακόσιοι utrobique. In aliis autem omnibus locis omnes consentiunt in vera forma πεντακόσιοι praebenda, veluti I. 32. 95. III. 90. 92. VI. 92. IX. 29. 39. 99. Possis quidem unum Homericum afferre exemplum formae πεντηκόσιοι, Odyss. III, 7, ubi Nitzschius hac forma offensus πεντηκοστύς reponere maluit; sed etiamsi tibi concedam, ibi πεντηκόσιοι genuinum esse, quamquam πεντακόσιοι, quum ᾱ in arsi sit posi-

tum, metro haud disconveniat, tamen hunc Homeri usum prorsus nego ad Herodoteum valere, aut ex hoc ad illum transferendum esse.

Alterius autem generis exempla sunt: *μεσαμβρίη* pro *μεσημβρίη* cf. Eust. ad Hom. Od. p. 1714 = 478. Herod. I. 6. 142. II. 8 bis. 26. 99. 158. IV. 20. 33. 43. 93. 99 bis. 113. 181. VI. 33. VII. 108. 113. 199. 200. Praeterea III. 104 *μεσαμβρίης* vulgat., ubi codd. S. V. P. K. F. male *μεσημβρίης*. Ibid. *τῇ μεσαμβρίῃ* vulgat. (*μεσημβρίῃ* S.) et *τῆς μεσαμβρίης* vulg. (*μεσημβρίης* S.). III. 107 *μεσαμβρίης* vulgo (*μεσημβ.* S.). — 114 *μεσαμβρίης* vulgo (*μεσημβρίης* S.). VII. 20 *πρὸς μεσαμβρίης* vulgo cum codd. M. P. K. V. S. Paris. (*μεσημβρίης* F.). — 129 *μεσαμβρίην* vulgo (*μεσημβ.* F.). — 201 *μεσαμβρίην* vulgat. cum P. F. Paris. Alii male *μεσημβρίην*. — Vide et Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 17 *μεσαμβρία*. — *ἀμφισβατέων* IX. 74 nunc recte vulgatur cum codd. M. P. K. F. (cf. Suid. s. v.) sed Ald. al. cum S. V. d. *ἀμφισβητέων*. Neque debebant IV. 14 omnes libri in vitiosam scripturam *ἀμφισβητέειν* (*ἀμφισβητεῖν* S.) consentire, pro qua jam dudum vera *ἀμφισβατέειν*, etiam ab Origene (ctr. Cels. III, p. 126) ex nostro loco exhibita (*καὶ τοῦτον μὲν ἐντεταμένως ἀμφισβατέειν*) recipienda erat. Eodem autem in loco (IV. 14) omnes recte retinent *ἐς ἀμφισβασίας*, et sic Origenes l. l. VIII. 81 *ἀμφισβασίῃ* nunc vulgat. cum codd. P. K. F., sed edd. vett. male *ἀμφισβησίῃ*. — Futuri verbi *λαγχάνειν* Herodotea forma est *λάξομαι* VII. 144 utique retinenda, quamquam cod. V. vulgare *λήξομαι*, et cod. S. *λέξομαι* praebuisse dicitur. Et illius verbi nomen substantivum est *λάξιν* IV. 21, paroxytonon scribendum, quum *λᾶξιν* Doricum sit pro *λῆξιν* (codd. S. V. *τάξιν*). et ibidem *λαξίων*. — Huc etiam duriores illae Ionicae formae verbi *λαμβάνειν* trahendae esse videntur (*λάμψομαι*, *λελάβηκα*, *ἐλάμφθην*, *λαμπτέος* III. 127, vide locos a Schweigh. lex. Herod. s. v. laudatos) imprimis perfecti passivi *λέλαμμαι* (pro *λέλημμαι* sive *εἴλημμαι*, quod *εἴλημμαι* nonnunquam male cum perfecto verbi *εἰλέω* confusum est, vide Interppr. ad IX. 31. 70) unde *διαλελαμμένος* Herod. III. 117. IV. 68. *ἀπολελαμμένοι* IX. 51. Vide Buttm. gr. gr. II, p. 231.

α praeterea Iones in *ε* mutarunt, quum *ἔρσην* dixerunt, *ὕελος* aliaque, summa cum constantia Herodoteis in libris servanda. Sic *ἔρσην* Herod. II. 35. 38. 41 bis. 45. 46. 65. 66 bis. 93 ter. III. 66. 102. 105. 109 ter. IV. 23. 69. VI. 71. 135. VII. 57 bis. 61. 205. Etiam I. 109 vulgatum *ἔρσενος* retinendum est cum codd. F. a. c., ubi codd. V. S. b. d. male *ἄρσενος*. — 192 *ἐρσένων* vulgat. *ἀρσ.* S. K. a. b. c. d. — 193 *τοὺς ἔρσενας* vulgo, sed *ἄρσ.* S. d. qui iidem codices mox *ἄρσενες* falso praebuerunt pro recte vulgato *ἔρσενες* cum codd. F. a. c. et Athen. XIV, p. 651. — Porro *τέσσερες* constanter apud nostrum est scribendum pro vulgari *τέσσαρες*, et scribitur nunc omnibus in exemplaribus II. 8. 110. III. 83. IV. 37. 85. 123. 189. 195. V. 52 quater. 55. 69. VII. 20. 36 ter. 117.

184 bis. 210. VIII. 25. 46. 73. IX. 66. 70. Etiam aliis in locis ubi codd. Mss. vel omnes vel plurimi vel denique singuli quidam vulgarem formam praebuerant, nunc fere ubique recte Herodotea est substituta (sic VI. 41 τῇσι τέσσερσι nunc recte vulg. τέσσαρσι F. S.; vide et I. 51 τέσσερας Bekk. τέσσαρας Gaisf. alii et codd. praeterea I. 60. 142. 192. 193. II. 29. 30. 31. 68. 138. 157. 158. 168. III. 10. 103. IV. 28. 163. 197. V. 34. VI. 93. VII. 2. 100. 185. VIII. 106), unde patet quam male adhuc omnibus in libris I. 50 τέσσαρα vulgatum sit, et procul dubio Herodoteum τέσσερα restituendum esse. — τεσσερεσκαίδεκα II. 175. IV. 53. VII. 36. Etiam I. 84 recte nunc cum cod. b. τεσσερεσκαιδεκάτῃ scribitur pro olim vulgato τεσσαρεσκαιδ. et I. 86 ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα nunc vulg. cum F. et Gronov. Sed τεσσαρεσκαίδ. Ald. S. Paris. Ibid. τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας nunc vulg. cum solo cod. d. Alii τεσσαρεσκαίδ. male. — τεσσεράκοντα II. 11. 29 (τῇσι τεσσεράκοντα). 142 ter. III. 44. 56. 90. 95. IV. 73. 90. 159. V. 52. 54. 64. VI. 15. VIII. 1. 115. VII. 187. IX. 27. Sed I. 14 pro nunc recte vulgato τεσσεράκοντα habent Ald. et codd. S. A. F. male τεσσαράκοντα. — 31 τεσσεράκοντα nunc vulg. cum M. e.; sed plerique alii τεσσαράκ. — 106 τεσσεράκοντα nunc vulg. cum M. K. Olim τεσσαράκ. Vide et Var. Lectt. ad I. 166. 202. II. 15. 29. (ἡμερέων τεσσεράκοντα) 127. 155. III. 10. IV. 15. 53. VI. 119; quibus quidem in locis nunc recte Herodoteum τεσσεράκοντα praelatum est; ut II. 148 omnes τεσσερακοντόργυιος exhibuerunt. — ὕελος, quae forma etsi ex Atticistarum sententiis (cf. Lob. Phryn. p. 309 sq. Piers. Moer. p. 373. Philemon. lex. s. v. Bekk. Anecd. I, p. 68, 22) ipsorumque scriptorum testimoniis jure merito optimo cuique Attico scriptori abjudicanda est, tamen et Theophrasti aliorumque *) auctoritate, haud dubie illam ex recenti Iade in usum recipientium, nititur, et est genuina apud Herod. III. 24 ἐξ ὑέλου bis; sic enim Ald. Gsf. Bekk. al. cum codd. M. a. c. ξύλου K. P. F. cum ὑέλου. ὑάλου S. V. et sic mox S. — ψεκάδι III. 10 praebent recte codd. S. a. b., quodammodo etiam codic. R. V. A., ψεκάσι exhibentium, auctoritate confirmatum et Eustathii (ad D. P. 248) testimonio: ὅτι δὲ καὶ περὶ τοὺς τοιούτους τόπους ὑετὸς οὐ καταρρήγνυται, δηλοῖ ὁ θαυμάζων, ὅτι ἐπὶ Ψαμμηνίτου τοῦ υἱοῦ Ἀμάσιος ὕσθησαν (sic pro ἤσθησαν rescribendum est) αἱ Θῆβαι ψεκάδι, unde patet ψεκάς solum esse Herodoteum, neque recte recentiores quosdam editores fecisse, quum e codd. M. P. K. F. c. d. alterum ψακάδι reposuerint. Vide Wessel. ad nostr. loc. Piers. Moer. s. v.

---

*) cf. Aelian. Var. Hist. XIII. 3 πύελον ὑελίνην εὗρεν. Apud Heronem ὠὰ ὑέλινα τὰ ἰατρικά occurrunt. — Diod. Sicul. II, 15 περιχεύσαντες τὰ σώματα καὶ περιχεύσαντες αὐτοῖς πολλὴν ὕελον ἱστᾶσιν ἐπὶ στήλης, ὥστε τοῖς παριοῦσι φαίνεσθαι διὰ τῆς ὑέλου τὸ τοῦ τετελευτηκότος σῶμα, καθάπερ Ἡρόδοτος εἴρηκε. Vide Interppr. ad Herod. III. 24. et Baehr. Ctes. Reliqq. p. 410 sqq.

p. 419. Interppr. ad Aristoph. Nub. 579 ψεκάζω). — Alia autem quaedam hujus generis non sunt Herodotea; non γέμμα pro γάμμα cf. Eust. ad Il. γ' initio p. 370 = 280: ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ γάμμα στοιχεῖον γέμμα φασὶν Ἴωνες, καὶ μάλιστα Δημόκριτος, κ. τ. λ. cf. et Maitt. (Sturz) p. 122. — Neque χλίερος pro χλίαρος cf. supra p. 122. neque μιερός pro μιαρός (II. 47) neque μυσερόν pro μυσαρόν (II. 37). Etiam βάραθρον VII. 133 omnium librorum auctoritate munitum est, quamquam βέρεθρον bis in Homeri carminibus legitur (Od. 12, 94. Il. 8, 14).

Sed quibusdam in vocibus Herodotus Ionesque ᾱ longum in ε̄ ita mutarunt, ut, si vocalis illud secuta brevis est, hanc producerent; sic dixit Herodotus Ἀμυθέων, -θέωνος II. 49 pro Attico Ἀμυθάων, -θάονος. Etiam pro φιλάονα VIII. 11 omnibus nostris in libris retento Herodotus ipse φιλέωνα dixisse videtur; cf. Buttm. gr. gr. I, p. 38 Not. 12. Eustath. ad Il. λ' p. 859, 18. — Etiam ὀπέωνες IX. 50 plerique omnes recte ediderunt, ubi quidem cod. S. ὀπαῶνες, Schaef. ὀπάονες minime verum. IX. 51 ὀπέωνας editiones pleraeque cum codd. F. a. ὀπαῶνας S. ὀπάονας Schaef. — Sed V. 111 et 112 omnes libri in vitiosam scripturam ὀπάων concordare videntur; neque enim aliud e codd. Mss. adnotatum est, nisi quod posteriore in loco Gaisf. aliique pro ὀπάων posuerunt ὁ Κάρ, quod glossemati haud dissimile videtur (cf. Interppr. ad h. l.). Verum etiam his in locis ὀπέων Herodoto restituendum esse pro certo habeo. — Porro Ποσειδέων IV. 59. IX. 81. Ποσειδέωνος II. 43. 50 ter. IV. 180. VII. 192. VIII. 123 et 129. Ποσειδέωνι I. 148. IV. 59. 188. VII. 192. Ποσειδέωνα VII. 129 ter. VIII. 55. — Huc etiam pertinet ἵλεως IV. 94, quod Herodoto cum vulgari Atticoque sermone commune est; et ἵλεων VI. 91, ubi quidem cod. S. male ad ἵλεον, ultima correpta, aberravit. Sed IV. 126 ἀξιόχρεος nunc vulgo editur cum codd. F. S., qui quidem hic non magis quam cod. S. in ἵλεον, modo notato, audiendi sunt, quum eosdem codices etiam vero χρεών plerumque χρεόν non Herodoteum substituisse sciamus (cf. Naek. Choeril. p. 160 sqq. Schweigh. lex. Herod. s. v. χρεών) et iis etiam substantivum χρέος (I. 138. II. 136 ter. III. 140. Lob. Phryn. p. 391 sq.) verbique formae Herodoteae χρεόμενος, χρέονται etc. et aliorum scriptorum usus fraudi fuisse potuerint. Verum autem ἀξιόχρεως retinent Ald. alii; ut est ἀξιόχρεων πρόφασιν I. 156 omnibus in libris, et αἰτίῃ ἀξιόχρεῳ III. 35 et 36 et ὑπ' ἀξιόχρεω V. 111. Sed quod V. 65 nunc vulgatum est ἀξιόχρεα cum codd. M. P. K. F. S. a. b. c. d. pro scriptura Aldinae, Wesseling. ἀξιόχρεω, id non dubitandum esse videtur quin genuinum sit, quum Platonicum ἵλεα (Phaedon. p. 95 a.*) aliaque id genus apud posteriores scriptores constent. Hippocrateum autem

---

*) Vide et Plat. Phaedon. p. 83 d. ἀεὶ ἀνάπλεα τοῦ σώματος ἐξιέναι.

ἀξιόχρεοι (cf. Matth. gr. gr. I, p. 304) ad posteriorum usum pertinet, quem quamquam barbarum veteres quidam grammatici appellarunt, tamen haud rarum fuisse ipsis ex vituperationibus concludi posse videtur. Vide Suid. ἀξιόχρεως, ἐν τῷ ω μεγάλῳ λέγουσι, καὶ οὐδετέρως ὁμοίως, τὸ δὲ ἀξιόχρεον βάρβαρον. cf. Etymol. Mag. p. 116. Zonar. p. 229. Lex. Rhet. p. 209. Schol. Aristoph. Ecclesiaz. 1001. Eust. Il. ν' vs. 746. χρέος . . . . . τὰ σύνθετα δὲ μᾶλλον διὰ τοῦ ω, ὑπέρχρεως, ἀξιόχρεως. ad Odyss. ε' p. 1534 = 222 . . . . ὁμοίως δὲ καὶ τὰ παρὰ τὸ χρέως, ὡς δηλοῖ καὶ Πολύβιος ἐν τῷ· κατάχρεοι ἐγένοντο. cf. et Polyaen. VI, 51, 1 Θήρων — ἔπεισεν — λαβεῖν ἐγγυητὰς ἀξιοχρέους. — Praeterea dixit Herodotus Ἀμφιάρεως VIII. 134, sic nunc vulgo cum codd. K. F. Paris. ubi olim Ἀμφιάραος vulgatum erat, et in cod. S. rursus Ἀμφιάρεος. Ibidem ἐς Ἀμφιάρεω cum codd. M. S. V. P. K. F. a. b. d. Ἀμφιάραον male cod. c. al. I. 46 Ἀμφιάρεων nunc recte vulgat. Ἀμφιάρεον Ald. e. Ἀμφιάρηον F. Vide praeterea I. 49. 52. 92. III. 91 et Greg. Cor. d. d. Att. p. 42 Schaef. — Et λεώς pro λαός et nomina propria in λεως exeuntia. Multum quidem variatur in nomine λεώς scribendo, sed λεωσφέτερον IX. 33 ab omnibus praebetur et λεών VIII. 136. — I. 22 τὸν λεὼν vulgat. est et repetiit hoc ex loco Priscian. XVIII, 24 (Vol. II, p. 200 Krehl) ἐλπίζων — τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ. Sed νεών habet cod. F. pr. m. λεών correxit et superscripsit λαόν. — I. 187 λεωφόρων recte vulgat. cum codd. S. V. b. d. λαοφόρων M. K. F. a. c. f. II. 129 λεών vulgat. cum S. V. F. Paris. λεώ M. P. K. λαόν Ald. al. — Omnes autem male λαῷ praebent II. 124; et λαόν IV. 148. Etiam V. 42 λαόν male vulgatum est cum codd. S. V., quo quidem deterior etiam scriptura est in codd. M. P. F. Paris. et editt. Gaisf. aliisque λησν; quod λησν fallacem vocis νηός (ναός, νεώς) et λήϊτον (VII. 197) analogiam secutum est cf. Eustath. Od. β' vs. 242 ἐκ τοῦ ληός ὁ λαός, οὗ μέμνηται Ἡρακλείδης, καθ' ὁμοιότητα τοῦ νηὸς ναός καὶ παός πηός. οὔπω δὲ ἦν ἐπὶ Ὁμήρου ἐν χρήσει τὸ ληός ὁ λαός. — Sed tres illi loci eo magis corrigendi esse videntur, atque λεῷ, λεών restituenda, quo certius Herodotum semper terminationem λαος nominum propriorum in λεως mutasse constat; et λαός poetis tantum relinquendum esse (cf. Pind. Olymp. IX, 66 (Boeckh.). Pyth. VIII, 54) denique λεώς et Ionum fuisse et Atticorum aliorumque cf. Greg. Cor. l. l. — Μενέλεως igitur noster dixit et Μενέλεω, λεῷ, λεων II. 113. 118 quater (quo ex loco Greg. Cor. d. d. Ion. § 60 falso Μενελάῳ Attice exhibuit: στρατιὰν πολλὴν βοηθεῦσαν Μενελάῳ). II. 119 bis. VII. 171. Etiam II. 116 Μενέλεως nunc vulgat. est cum codd. S. V. F. Paris. Μενέλεος M. P. Μενέλαος edd. vett. sed totum illum locum pro spurio habendum esse jam supra demonstravimus. V. 94 Μενέλεῳ nunc vulgat. cum codd. M. P. K. F. Paris. Olim Μενελάῳ. VII. 169 Μενέλεῳ τιμωρημάτων sic nunc cum S. V. Olim Μενελάῳ. Μενελάου F. a. — Praeterea

'Ἀρκεσίλεως II. 181. IV. 159. 160 'Ἀρκεσίλεω et 'Ἀρκεσίλεων; sed ibidem paulo supra habent Ald. al. pro nunc vulgato 'Ἀρκεσίλεως (μετὰ δὲ 'Ἀρκεσίλεως κ. τ. λ.) 'Ἀρκεσίλαος, et pro παῖς 'Ἀρκεσίλεως nunc vulgat. Βάττεω παῖς 'Ἀρκεσίλαος, ex quibus tribus verbis ne unum quidem Herodoteam praebet formam. — II. 161. 162. 163 quater. 164 ter. 166 ter. 167. 200. — Χαρίλεως III. 145. 146. 'Ἀναξίλεως VI. 23. VII. 165. 170. VIII. 131. — Στησίλεως ὁ Θρασύλεω VI. 114. — Ἱππόλεω ἄκρη IV. 53. — Πρωτεσίλεως VII. 33. IX. 116 et 120, ubi quidem pro nunc inde a Wessel. vulgato Πρωτεσίλεῳ cum codd. M. S. V. P. K. F. Paris. Πρωτεσιλάῳ Ald. al. exhibuerunt. — Περίλεως IX. 103. Πρηξίλεως IX. 107. 'Ἀρχέλεω τοῦ Ἡγησίλεω VII. 204 et Ἡγησίλεω VIII. 131. — Etiam genitivi formam Νικόλεω VII. 134 ad nominativum Νικόλεως referendam esse censeo, unde patet vulgatum Νικόλαν VII. 137 non Herodoteum esse, sed Νικόλεων reponendum; quamquam Thucyd. (II, 67) aliique suo e more Νικόλαος, Νικόλας, usurparunt. — Sed 'Ἀρχέλαοι V. 38 non mutandum esse jam supra vidimus; neque etiam Μενελάϊος λιμήν IV. 169 (ubi quidem cod. S. Μενέλεος. codd. P. K. F. a. Μενέλαος) nec Λαΐον, Λάϊον V. 43. 59 60. nec Λαοδάμαντος IV. 152. nec Λαόν VI. 21, aut Ταργίταον, Ταργιτάου IV. 5. 7, aut Ταλαοῦ V. 67, quorum nominum ᾱ breve est. Etiam ἀείναος, ἀείναον (I. 93. 145) noster dixit. — Sed δίμνεως (V. 77) acc. plural., hoc accentu notandum, ut 'Ἀρκεσίλεως IV. 163 ('Ἀρκεσίλεως τέσσερας) neque, quod vulgo factum esse video, paroxytonon scribendum. Et δίμνεως ipsum edd. omnes et plurimi codd. Mss. praebuerunt, sed διμναίας codd. S. V., qua in voce genuinam scripturam διμναίους latere Schweigh. suspicatus est; sed διμναίας, διμναίους nihil nisi interpretamenta sunt. Vero propius accessit Hemsterh. (ad Poll. IX, 57 (58)) quum δίμνως proposuit; sed Atticam formam hic non locum habere manifestum esse videtur; ut enim Attice dicitur μνᾶ, Ionice μνέα (μνάα, μνέας Herod. I. 51), sic Attice (μνῶς) δίμνως, τρίμνως, Ionice (μνέως) δίμνεως, τρίμνεως; quae forma δίμνεως nostro in loco et necessaria et sola est vera. Vide et Lob. Parerg. p. 554.

Sed quamquam apud Atticos composita cum nomine γῆ (γεα) vulgo in γεως terminantur, tamen Herodotus neque hanc terminationem recepit, nec γειος nec γεος (Lob. Phryn. p. 297 sqq.) sed solum γαιος. Sic ὑπόγαια ὀρύγματα IV. 200. ὑπόγαιον οἴκημα II. 100 (ὑπόγεον S. V.). ὑπόγαια (οἰκήματα) II. 148 bis. — II. 150 καταγαίοισι vulgat. καταγέοισι S. V. III. 97 κατάγαια vulg. κατάγεα S. V. item IV. 95 bis. 96. 175. 192*). — μεσόγαιος I. 145. 175. II. 7 μεσόγαιαν vulg. μεσόγεαν S. item II. 9. 15. 150. IV. 12. 100. 101 ter. 181. 185 μεσόγαιαν sine enotata varietate et V.

---

*) cf. Suid. ἀνάγαιον, τὸ οἴκημα. ἀνάγαιον καὶ κατάγαιον διὰ διφθόγγου καὶ ᾱ μικροῦ.

83. VI. 113. VII. 110. 121, (et Suid. hoc ex loco s. v. Τριτημορίς. Ἡρόδοτος. ἑτέρη δὲ ἧς τοῦ στρατοῦ τριτημορὶς τὴν μεσογαῖαν, sed μεσόγαιαν reponendum est). VII. 124. IX. 89. — II. 125 τὰ ἐπίγαια vulgat. ἐπίγεα S. V. — II. 12 μελάγγαιον nunc recte vulgat. pro quo Ald. al. cum codd. S. V. falso μελάγγεον exhibuerunt. IV. 198 μελάγγαιος vulgat. μελάγγεος M. K. S. F. — Etiam βαθύγαιος optime Bekkerus restituit nostro IV. 23, ubi codd. S. F. βαθύγεος, aliae editiones βαθύγεως exhibuerant.

ᾱ et ῡ permutantur; quum Herodotus et ἐκαλινδέετο dixerit III. 52, et κατακυλισθῇ V. 16. cf. Popp. Thucyd. I, p. 211. Phavorin. p. 94 (Dind.) et p. 280. — Alia utriusque formae exempla vide infra in libro quarto sub III.

ᾱ in ᾱι Herodoteo ex usu transit quibusdam in vocibus, ut αἰεί constanter sic apud nostrum scribendum; et scribitur etiam permultis in locis sine ulla varietate, etiam ubi variatur, aut omnes alii ἀεί, non Herodoteum, praebuerant, recte Bekkerus nunc ubique αἰεί reposuit: I. 54 αἰεί Bekk. al. cum F. d. ἀεί Gsf. al. — 171 αἰεί Bekk. ἀεί vulgo (cf. Thom. Mag. s. v. διαχρῶμαι). — 185 αἰεί Bekk. al. ἀεί vulgo. II. 8 αἰεί vulgo, ἀεί S. item 15. 53 αἰεὶ ἦσαν sic F. ἀεί M. P. K. — 79 αἰεί κοτε Bekk. ἀεί vulgo. V. 63 αἰεί vulgo. ἀεί S. V. VII. 10, 5 αἰεί nunc vulg. ἀεί Ald. al. — 106 αἰεί vulgat. nunc, αἰέν Ald. al. cum cod. S. — αἰετός I. 195 vulgat. (ἀετός b.). αἰετῷ II. 73. αἰετόν III. 28. — ἐλαίη I. 193. IV. 34. 195. V. 82 quater. VII. 19 bis. VIII. 26. 55 bis. 124 bis. ἐλαίης II. 92. ἔλαιον II. 40. VI. 119 bis II. 62. 94 III. 23. I. 193. — καίω, καίεσθαι I. 86. II. 40. 62 quater. 66. 107. III. 104 bis. IV. 5 bis. VII. 198. V. 101. VI. 80. IV. 184. 187 bis. — ἀνακαίειν II. 39. IV. 61. 145. V. 19. VIII. 19. IV. 28. — ἐκκαίειν VII. 18. — κατακαίειν I. 50 bis. III. 16. 38. IV. 69. V. 92, 7. — συγκατακαίεσθαι IV. 69. — διακαίειν II. 26. — ὑποκαίειν IV. 61 bis. — παρακαίεται II. 130 (παρακέεται F. a. b. c.). — Sed λυχνοκαΐη II. 62 et πυρκαϊῆς II. 66 (cf. Polluc. VII, 368 et IX, 484, 17) quae ad aoristi formam ἐκάην formata sunt. — κλαίειν IV. 127. III. 14. 119. — ἀνακλαίειν III. 114. — ἀποκλαίειν III. 64. 65. — Ut κάω καίω, κλάω κλαίω, sic etiam ἀγάομαι (Hesiod. Theog. 619) ἀγαίομαι sese habent, cujus participio ἀγαιόμενοι, invidentes, Herodotus VIII. 69 usus est, ubi quidem codd. S. V. ἀγεόμενοι ex errore et crebro et noto omnibus exhibuerunt. cf. Hom. Odyss. 20, 16 ἀγαιομένου. Hesiod. Opp. vs. 333 (Goettl.) ἀγαίεται. Valck. ad Herod. VI. 61. Eust. ad Hom. Il. ξ 957, 20 ἀγῶ γὰρ οὐ μόνον τὸ σέβομαι ἀλλὰ καὶ τὸ φθονῶ καὶ μέμφομαι, οὗ παράγωγον τὸ ἀγαίω, ubi quidem medii verbi formas ἀγῶμαι et ἀγαίομαι ponendas fuisse patet. — Sed de Φωκαιεύς et Φωκαεύς haereas fortasse utrum hoc an illud dicas Herodoteum, an utroque usum esse nostrum, praesertim quum ne grammatici quidem ipsi certa de his tradiderint cf. Steph. Byz. s. v. Φώκαια — ὁ πολίτης Φωκαεύς καὶ Φωκαιεύς. Lob. Paralipp. gr. gr. I, § 6 p. 27.

— Si enim a nostris codd. Mss. standum esset, qui quidem mox Φωκαιεύς sine scripturae varietate, mox Φωκαεύς eodem modo praebuerunt, utramque formam noster usurpasse putandus esset. Sed Φωκαιεύς, quod Herodoteae consuetudini convenientius esse patet, plurimis in locis omnes libri retinent, ut Φωκαεύς facile conjicias hic illic ex aliorum usu nostro inculcatum esse. Sic Φωκαιέες I. 166 et Φωκαιεῦσι. I. 163 ter. 164 quater. 165 bis. 167 οἱ Φωκαιέες et paulo post τῶν Φωκαιέων, et sic Thom. Mag. p. 82 hoc ex loco, quamquam ibi alii codices (vide Ritsch. ad h. l.) Φωκαέων habent; et Suid. s. v. διαχρῶμαι exhibet Φωκαέων. — Sed Herod. I. 152 Φωκαέα vulgatum est, et VI. 8 Φωκαέες (Φωκέες K. F.) et eodem capite Φωκαέες δὲ τρεῖς et Φωκαέων. VI. 11 Φωκαεύς idem c. 17. Φωκαεΐ cap. 12. Quae nullus dubito quin in Herodotea Φωκαιεύς, Φωκαιεΐ, Φωκαιέα, Φωκαιέες, Φωκαιέων mutanda sint; quamquam Longin. περὶ ὕψ. c. 22 ex Herod. libr. VI. 11 eodem modo Φωκαεύς repetiit: ὥσπερ λέγει ὁ Φωκαεὺς Διονύσιος παρὰ τῷ Ἡροδότῳ κ. τ. λ. — Alii quidem aliam dicendi rationem secuti Φωκαεύς dixerunt, ut Longinus, Suidas, locis laudatis, Thucyd. I, 13. Xenoph. Anab. I, 10, 12 Φωκαΐδα. Plut. Artaxerx. 26 Φωκαὶς τὸ γένος ἀπ' Ἰωνίας. cf. Maitt. (Sturz) p. 12. Plut. de Virt. Mulier. p. 45. — II. 54 τοῦ Θηβαιέος Διός recte vulgat., neque recipiendum cum cod. S. Θηβαέος. cf. praeterea I. 182. II. 42. IV. 181. Sed Θηβαϊκός II. 4. 81. et II. 28 Θηβαΐς et IX. 65. — Verum ut Πλαταιέες (VIII. 44) sic et Πλαταιϊκός VIII. 126. IX. 25. 38. Πλαταιίδα γῆν IX. 25. Πλαταιΐδι IX. 36. (Thucydid. τὴν Πλαταΐδα II. 71. 74.). Βοττιαΐδα VII. 123. 127. Ἀχαιΐης Δήμητρος V. 61 vulgat. (Ἀχαίης b. Ἀχαιῆς S.). VII. 173 Ἀχαιΐης et 178. 192. 196. 197. 198. Ἀχαιΐην VII. 94 recte vulgat. (Ἀχαίην S.) et VIII. 36. Ἀχαιΐη VII. 198 vulgo (Ἀχαίη K.). Sed Ἀχαϊκόν, quod VIII. 73 vulgatum est, non mutandum esse videtur, cf. Lob. Phryn. p. 39 sqq. Paralipp. I, p. 25 § 5. — Ἱστιαιεύς VIII. 23. — Ut modo supra vidimus pro αἰετός I. 195 cod. b. ἀετός non Herodoteum substituisse, sic V. 95 pleraeque editiones poeticam formam ἑτάρῳ immerito exhibent, quum codd. S. V. P. F. verum ἑταίρῳ servaverint, neque usquam alibi illa e codd. Mss. adnotetur, sed ἑταιρηΐη V. 71. ἑταιρήϊος I. 44 alia. — De Παραιβάτης V. 46 vulgato, et Παραβάτης codic. S. V. vide Lob. Parerg. p. 699; eundemque de vitiosa codic. M. scriptura I. 50 ἑξαπάλαστα, τριπάλαστα, καὶ παλαστιαῖα, ad Phryn. p. 296; ubi tamen vir ille praestantissimus nescio quo ex errore scripsit „quae et hic in ceteris codd. et II. 149 in omnibus jota destituuntur" pro non destituuntur. — Verum ἰθαγενέα II. 17 Herodoteum est non ἰθαιγενέα quod est in cod. S. et poetis relinquendum, cf. Lob. Parerg. p. 648.

Praeterea ᾱ et ω̄ inter se permutantur; quum alii παιωνίζω alii παιανίζω dixerint; apud nostrum quidem V. 1 exhibent omnes ἐπαιώνιζον et παιωνίσασι; sed Eustath. ad Hom. Il. β' p. 359 = 272

habet hoc ex loco παιδνίσασιν vel παιανίσασιν non Herodoteum. cf. Ruhnk. Tim. p. 202 sq. Thom. Mag. p. 306, 6. Blomfield. Aesch. Sept. ctr. Theb. vs. 254. Et παιωνίζειν Aristoph. Equitt. 930. παιανίζειν Xenoph. Anab. I. 8, 17. 10, 10. IV. 13, 19. Popp. ad III. 2, 9.

Ut ᾱ Ionice in ω̄ mutatur in voce θῶκος (I. 181. VI. 62. IX. 94. Thom. Mag. p. 430. Hesych. s. v.) et θωκέειν (II. 173) (similiter et πτώσσοντας IX. 48 pro πτήσσοντας cf. Eustath. Il. δ' p. 369 = 484 πτώσσω δὲ Ἰωνικόν) sic diphthongus αυ transit Ionice in ω̄ quibusdam in vocibus: διαφωσκούσῃ enim dixit Herod. III. 86, et sic codd. F. a. alii; neque debuerant Wessel. alii e codd. S. V. διαφαυσκούσῃ recipere. Etiam pro nunc vulgato διαφαυσκούσῃ IX. 45 nullus dubito quin Herodotus ipse διαφωσκούσῃ scripserit. Sed ὑπόφαυσιν VII. 36 (sic S. V. Ald. alii, alii ὑποφαῦσιν) non mutandum esse videtur. —. Praeterea τρῶμα pro τραῦμα II. 63. III. 29. 64. 78. IX. 18. VI. 16. I. 18. IV. 160 (στρῶμα F). V. 121. VII. 236. VI. 132. VII. 233 τρώματος et sic Plut. de Malig. Herod. c. 33 (Hutten.). VIII. 27 bis. 66. IX. 18. 90. 100. τρωματίης III. 79. τρωματίζειν I. 59. III. 64. 78. VI. 45. IX. 72. 61. κατατετρωματίσθαι VII. 212. Sic et Hippocrat. Aret. alii cf. Maitt. (Sturz) p. 132. Sed τρωυμάτων, quod nonnulli IV. 180 pro vulgato cum codd. M. S. V. P. K. F. a. τρωμάτων habent, perversum est; neque enim τρῶμα earum vocum analogiam secutum est, in quibus αυ non simpliciter in ω̄ sed in ωυ transiit. Hujus generis sunt θωῦμα et θωυμάζω, cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 30 θωυμάσας ἀντὶ τοῦ θαυμάσας. Iohannes grammat. p. 3. Phavor. s. v. θαυμάσας. Struv. III, p. 2. Pauci quidem sunt loci Herodotei, ubi θωῦμα et θωυμάζω sine ulla varietate enotata sic scripta constent (θωῦμα I. 185. 194. II. 148. 149. III. 3. 12. 23. θωυμάζειν I. 68. III. 14. 22. 47. 82 bis. 119. 140. ἀποθωυμάζειν I. 68. II. 79. ὑπερθωυμάζοντα III. 3. θωυμαστότερον III. 111. θωυμάσια II. 175. III. 112), sed nihil nunc dubii relictum est, quin etiam ibi, ubi variatur, vel omnes libri Mss. formam quandam non Herodoteam praebuerunt, illae formae praeferendae sint, et recte nunc ubique a Bekkero praelatae sunt (vide Var. Lectt. ad I. 23. 68 bis. 93. II. 155. III. 113. IV. 111. 129 bis. 199. V. 92, 7. VI. 43. 117. 121. (θωῦμα Bekk. al. cum Plut. de Malig. c. 27. θῶμα Gaisf. F. S.) 123. VII. 99. 128. 135. 143. 187 (θωῦμα Bekk. Sed Gaisf. cum P. S. F. θῶμα et sic Thom. Mag. s. v. προέδωκεν (p. 320, 3 Ritschel) ubi quidem alii codd. (A O) θώυμα, alii δῶμα, alii θαῦμα). VII. 218. VIII. 37. 74. 135 bis. IX. 11. 37. 58. 65. — I. 155. II. 121, 2, 6. 175. III. 80. IV. 9. 28. 30. 42. 53. V. 13. 49. 92, 6, 7. VI. 1. 120. 125. 204. 208 (ἐθωύμαζε Bekk. al. et sic Suid. s. v. ἀλογία. ἐθώμαζε Ald. Gaisf. al. cum F. S.). VIII. 8. 37. IX. 53. 120. — I. 11. 30. 88. III. 148. IV. 82. VIII. 65. IX. 111. — θωυμαστά I. prooem. vulgat. θαυμαστά S. — IX. 122 bis. II. 156. — II. 35 θωυμάσια vulgo. θωμάσια M. K. P. — II. 21. IV. 82. 85.

VI. 47. VII. 239. —) Et vulgares quidem formas θώϋμα, θωυμάζω etc. facile cuique apparet non ferendas esse, sed θῶμα, θωμάζω fortasse non nemini blandiuntur, quum et veteres quidam grammatici ea agnovisse videantur et tam saepe in codicibus inventa sint. Verum illi grammatici aut vitiosis jam exemplaribus in errorem inducti sunt, aut si qui revera illis formis, ad analogiam vocis τρῶμα formatis, usi sunt, illi nihil commune cum Herodoteo usu habent. Etiam auctor Vitae Hom. frequentavit θωῦμα, c. 12. 29. 34 et θωυμαστής c. 3. 12. 25. Praeterea Arrian. Indic. Aret. Lucian. d. d. Syr. cf. Maitt. (Sturz) p. 134.

η in ε transit apud Iones in voce μέν, quod in formulis jurandi μὴ μέν et ἦ μέν pro μήν usurparunt cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 471. — Sic dixit noster I. 68 ὑπὸ δὲ ἀπιστίης μὴ μὲν γενέσθαι κ. τ. λ. ubi Reiskius non debebat μηδέν conjicere. II. 118 ὀμνύντας καὶ ἀνωμοτί, μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην (μὴ δέν F.) et sic hoc ex loco Greg. Cor. l. l. Ἡρόδοτος· μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην. cf. et II. 179. III. 66 (ubi codd. S. V. male μή μιν). III. 99 (ubi quidem non debebat Valck. adfirmare, etiam ἦ μήν his in formulis Herodotum adhibere; nam quae hujus μήν exempla afferri possint, ea omnia depravata esse mox videbimus). V. 106 ἐπόμνυμι, μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι. — I. 196 ἦ μὲν συνοικήσειν recte nostro Reiz. Schaef. Bekk. alii restituerunt pro codd. et edd. scriptura vitiosa ἦ μήν. I. 212 ἐπόμνυμι — ἦ μέν σε ἐγὼ — αἵματος κορέσω, sic recte Bekk., sed alii cum codd. Mss. male ἦ μήν, quod etiam Etymol. Mag. p. 416, 48 hoc ex loco attulit: ἦ μήν σ' ἐγὼ αἵματα κορέσσω. Sed depravatum exemplar ante oculos illum auctorem habuisse ex quoque fere verbo satis apparet. — III. 74 ἦ μέν nunc recte vulgat. cum F. a. d. (ἦν μέν K.) ἦ μήν olim cum S. — 133 ἦ μέν vulgo cum S. V. P. F. a. et Suid. s. v. Δημοκήδης. — Alii ἦ μήν. — IV. 154 ἐξορκοῖ ἦ μέν Ald. al. cum K. S. F. a. c. ἦ μήν Gronov. et Wessel. (fortasse M.?). — V. 93 ἦ μέν vulgat. ἦ μήν S. V. — VI. 74 ἦ μέν edd. recte (ἦ μιν b.). ἦ μήν K. F. — IX. 91 ἦ μέν Schaef. Bekk. alii cum F. a. ἦ μήν Wessel. al. cum S. — His igitur in locis ubique μέν est praeferendum, quod his tantum in formulis pro μήν ponitur, neque etiam aliis in locutionibus; quare nego verum esse quod Schweigh. lex. Herod. s. v. μέν contendit, etiam γε μέν passim scribi apud nostrum pro γε μήν, veluti VII. 152. 234. Aliud est γε μέν aliud γε μήν; aliud οὐ μὲν οὐδέ (IV. 205. VI. 72. 124. VIII. 25. IX. 7, 1) aliud οὐ μὴν οὐδέ (III. 2). — Porro ἄπλετος frequentavit noster (I. 14. 50. 215. III. 106. IV. 53. VI. 58. VIII. 12. 99. IX. 24. 109) pro ἄπληστος (ἄπλᾱτος) a πελάω dicto. Vide Piers. Moer. p. 24 ἄπλατος Ἀττικῶς, ἄπλετος Ἑλληνικῶς. — ἄπληστος poetarum est proprium cf. Interppr. Plat. Sophist. p. 246 C. Legg. III, 683 A. Hesiod. Theog. 151. Hymn. in Cerer. 83. — Praeterea ἕσσων, ἕσσον et ἑσσοῦσθαι constanter apud nostrum per ε initiale scribenda sunt, et nunc in Bekkeriana editione ubique sic recte scripta exstant.

Quamquam enim saepius adjectivorum formae et in codd. Mss. et in editis libris in vulgares mutatae cernuntur, tamen quum verbi formas fere ubique omnibus in libris per ε scriptas mox viderimus, neque aliter illa adjectiva atque illud verbum apud nostrum scribi posse pateat, sine haesitatione Bekkeri, et si qui alius etiam illam scripturam ubique retinuit, vel contra omnium codd. Mss. auctoritatem nobis sequendum est exemplum. Et ἑσσοῦσθαι quidem habes: I. 66. 67 (ἑσσοῦντο edd. et plures Mss. ἑσσῶντο a. et olim vulgat.). 82 ἑσσουμένους nunc vulg. cum K. M. V. F. a. d. ἑσσομένους b. ἑσσωμένους Ald. (ἡσσωμένους c. ἡσσημένους S.). 104. 140. 150. 128 ἑσσώθη nunc vulg. (ἑσώθη K. ἑσώθη S. b. F. pr. ἡσώθη F. emend.). 169. 176. 145. 190 ἑσσωθέντες vulg. (ἑσσωθέντες S. F. b. et sic saepius). 207. II. 122 ἑσσοῦσθαι vulgat. (ἡσσοῦσθαι S.). III. 22. 45 bis. 58. 83. 106. 132. IV. 97. 162. V. 46. 66. 70. 102. 118. 119. 120. VI. 9. 92. 108. VII. 9, 2. 10, 2, 4. 142. 153. 154. 166. 237 (ubi ἑσσῶται S.). VIII. 27. 75. 130. IX. 23. 122. Quibus ex locis ubi aberratum est, quum neque ἑσσάω, neque ἡσσάω Herodoteum esse constet, statim manifesta est depravatio. — ἕσσον I. 98 Bekk. ἧσσον Gsf. alii, e codd. Mss. nihil est adnotatum. I. 170 ἕσσον bis Bekk. ἧσσον Gsf. alii. — II. 6 ἕσσον Schaef. Bekk. ἧσσον Gsf. alii. — 94. ἕσσον Bekk. ἧσσον Gsf. — 135 ἕσσον Schaef. Bekk. (κρέσσων S. V.). ἧσσον Gsf. — III. 9 ἕσσον Bekk. ἧσσον Gsf. alii. — 65 ἕσσον Bekk. ἧσσον Gsf. alii, item III. 119. IV. 2. 79. 105. 178. 201. V. 55. 72. 103. VI. 52 ἕσσον Gsf. Bekk. alii. ἧσσον S. F. — 123 ἕσσον Schaef. Bekk. ἧσσον Gsf. alii cum P. F. VII. 10, 4 ἕσσον bis Bekk. ἧσσον Gsf. alii. — 129 ἕσσον Gsf. Bekk. alii, ἧσσον Ald. al. cum S. — 213 ἕσσον Schaef. Bekk. ἧσσον Gsf. alii. — ἕσσων IV. 126 Bekk. ἥσσων Gsf. alii. IX. 111 ἥσσων Gsf. al. et codd. ἕσσων Schaef. Bekk. — ἕσσονες V. 86 Gsf. Bekk. al. ἥσσονες F. S. VIII. 113 ἕσσονες Gsf. Bekk. alii. ἥσσονες F. K. S. V. III. 102 ἕσσονες Bekk. ἧσσ. Gsf. alii, item III. 105 ἕσσονας, sed IX. 62 omnes ἕσσονες. — ἕσσω III. 71 (acc. sing.) Bekk. ἥσσω Gsf. al. — ἑσσόνων VII. 18 Valck. Schaef. Bekk. ἡσσόν. Gsf. al. — ἕσσοσι VIII. 83 Schaef. Bekk. ἥσσοσι Gsf. alii.

ε in α quibusdam in vocibus mutatum est, ut μέγαθος pro μέγεθος (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 59) ubique apud nostrum scribendum; et quamquam nonnullis in locis quidam codices (plerumque S. et F.) μέγεθος, μεγέθει etc. pro μεγάθεϊ, μέγαθος praebuerunt (vide Var. Lectt. ad I. 51. 60. 70. 98. 178. 185. 191. 193. 202. 203. II. 32. 74. 76. 91. 101. 106. 175. III. 107), tamen ubique nunc recte μέγαθος etc. restitutum est cf. I. 199. II. 70. 73. 78. 92. 108. 121. 44. 127. 132. 137. 140. 170. 176. II. 10. III. 21. 102. 107. 100. 154. IV. 33. 81. 82. 36. 52. V. 31. IV. 74. 101. 108. VII. 187. 103. 117. 128. VIII. 79. 121. 16. 103. IX. 25. 78. 96. IV. 177. 192. — I. 191 ὑπερμεγάθεες cf. et VII. 126. — Praeterea τάμνω noster dixit (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 476,

ubi is διατάμνειν ex Herod. libr. II. 139 laudavit pro vulgato διαταμέειν), cui praesentis temporis formae respondet etiam aoristus ἔταμον. Sic τάμνων II. 33. VII. 124. τάμνουσα II. 65. τάμνοντες III. 42. IV. 201. ἀποτάμνειν VIII. 106. συντάμνοντος V. 41. ἐπιτάμνων VI. 75. συντάμνων VII. 123. ἐντάμνων VIII. 22. ἐκτάμνων VIII. 105. τάμνονται II. 36. 37. ἀποτάμνουσι II. 40. IV. 68. ἀποτάμνοντες II. 92. IV. 62. ταμνομένων IV. 70. περιτάμνονται II. 104. IV. 71. περιταμνόμενοι II. 104. IV. 159. περιτάμνουσι II. 104. κατατάμνουσι IV. 26. ἐπιτάμνει III. 8. ἀποτάμνει III. 118. IV. 25. ἀποταμνόμεναι IV. 34. ἀποτάμνονται IV. 71. ἔταμνον II. 125. IX. 86. κατέταμνε II. 108. ἀπέταμνον VIII. 106. ἐξέταμνον VI. 32. — Quattuor autem restant loci, ubi contra id quod recte nunc vulgatur τάμνειν alii libri male τέμνειν exhibuerunt, I. 72 ἀποτάμνει nunc recte editur cum codd. M. F. S. a. c., alii ἀποτέμνει. I. 186 ἐτάμνετο vulgat. ἐτέμνετο S. II. 39 ἀποτάμνουσι nunc vulg. ἀποτέμνουσι b. IX. 89 τάμνων vulgo. τέμνων S. — Alia exempla formae τάμνειν ex Hippocratis et Aretaei scriptis collata vide apud Maitt. (Sturz) p. 126.

Major est librorum inconstantia in Herodoteo verbo τράπω exarando; quo accedit, quod multis in locis nescias utrum ἔτραπον sit imperfectum an aoristus, quum utrumque ex Herodoteo dicendi genere ut forma idem, sic etiam usu non valde differat; quare utrumque hic apponam, et ἔτραπον, ἐτραπόμην sive imperfectum sive aoristus constanter apud nostrum per α scribenda sunt, ut ipsa praesentia τράπω, τράπομαι et ἐτράφθην. — II. 80 ἐκτράπονται et IV. 34. — III. 81 ἐπιτράπειν. 157 ἐπιτράπεσθαι. IV. 60 τράπεται. V. 15 τράπονται id. VI. 33. VI. 52 τράπεσθαι id. VIII. 16 (sic Schaef. Bekk. τραπέσθαι vulgo). VII. 18 τράπομαι. τραπόμενος VIII. 50. IV. 93. V. 117. 122. VIII. 50. 91. 108. 121. IX. 15. 18. 59. ἐκτραπόμενοι I. 104. 75. — ἐτραπόμην II. 3. ἐτράπευ VII. 39. (sic P. F. ἐτράπεο alii, ἐτράπεσο S. —) ἐτράπετο II. 119. 146. 159. III. 78. IV. 124. V. 64. VIII. 87. 90. — ἐτράποντο I. 80. 96. III. 11. 13. 78. IV. 125. 148. V. 11. 15. 57. VII. 139. 219. VIII. 25. 34. 44. 53. 89. 90. IX. 63. 65. 66. 67. 69. 102. — ἐπετράποντο V. 95. VII. 164. — τράπηται II. 121, 4 IV. 120. VIII. 65. — ἐπιτράπηται III. 72. — τραπέσθαι I. 11. — (cf. Matth. gr. gr. I, p. 663) — Etiam II. 92 τράπουσι vulgo recte editur, quamquam τρέπουσι codd. S. d. exhibuerunt. V. 86 τράπεσθαι vel τραπέσθαι vulgat. τρέπεσθαι F. b. VI. 26 ἐπιτράπει vulgat. ἐπιτρέπει F. b. — VII. 52 ἐπιτράπω vulgat. ἐπιτρέπω F. VIII. 19 ἐτράποντο vulgo cum S. V. Paris. ἐτρέποντο M. K. P. F. — Sed I. 105 Schaef. solus ἀποτράπει reposuit pro male vulgato ἀποτρέπει. Omnes autem τρέπουσι exhibent I. 63. III. 21. ἐπιτρέπουσι I. 98. VI. 12. κατατρέπουσι III. 2. ἐπιτρέπειν II. 120. VIII. 3. ἀποτρέπειν III. 65. ἐπίτρεπε III. 36. ἐπιτρέπει V. 126. VII. 7. VIII. 118. ἀποτρέπων VII. 17. τρέποντες VII. 41. 55. τρέπεται I. 117. II. 17. VI. 119. τρέπονται V. 61. τρέπεσκε IV.

128. προέτρεπε IX. 90. Quae omnia in formas Herodoteas per α scribendas mutari velim. Attulit quidem Greg. Cor. d. d. Ion. p. 479 ex Herodoteo loco III. 21 vulgatum τρέπουσι (τὸν νοῦν καὶ τὸν ῥοῦν καὶ τὸν χροῦν διαλύουσι· Ἡρόδοτος· οἳ οὐκ ἐπὶ νόον τρέπουσιν Αἰθιόπων παισίν.) sed praeterquam quod vel ex additis istis ν finalibus concludi potest in suam dicendi rationem Gregorium Herodotea, praeter νόον, mutasse, vel vitiosa exemplaria adhibuisse, patet huic loco nihil esse tribuendum, quum de νόος diremptis vocalibus scribendo agatur, non de scriptura verbi τρέπω vel τράπω. Manet igitur et hoc in loco et aliis omnibus istis formam τράπω nostro restituendam esse. Sed futura τρέψω et τρέψομαι, aoristus ἔτρεψα nunquam apud Herodotum α recipiunt (vide I. 64. (I. 32 ἀνέτρεψε sic et Stob. Serm. 103 p. 564) 97. 153. 155. 186. 207. II. 2. 107. III. 83. 130 (et Suid. s. v. Δημοκήδης). 134. V. 106. VI. 11. 12. 108. VII. 16, 3. 31. 40. 100. 105. 128. 130. 156. 211. 225. VIII. 29. 57. 62. 107. IX. 10. 16. 76), quare sine dubio III. 155 pro ἐπιτράψονται nunc vulgato id quod codd. S. V. praebent ἐπιτρέψονται recipiendum erat; ut jam Gaisf. alii cum codd. S. P. F. a. b. IV. 202 ἐπέτρεψε recte scripserunt pro ἐπέτραψε. Dorica enim sunt τράψειν, τράψαι (cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Dor. p. 304) non Herodotea.

ε in ι ab Ionibus mutatur quum dicunt ἱστίη pro ἑστία (cf. locos grammaticor. a Maitt. (Sturz) p. 129 sq. laudatos) Herod. I. 176 ἱστίαι et ἱστιέων (Ἱστιαίων Ald. al.). II. 50 Ἱστίης. IV. 59 Ἱστία et Ἱστίην (et sic Eust. ad Il. ξ' p. 967). IV. 127 Ἱστίην. IV. 68 βασιληΐας ἱστίας ter vulgat. (ἑστίας F. superscripto ι). 127. V. 40. VI. 86, 4 ἱστίη vulgat. cum S. V. F. Paris. Stob. 27. p. 196. Alii male ἑστίη. — ἱστιητορίου IV. 35 (ἑστιητορ. S. c.). ἐπίστιος (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 89) I. 35 sic vulgo cum F. e corr. Suid. s. v. ἐπίστιος. — ἐπέστιος F. pr. et e. I. 44 Ἐπίστιον bis nunc vulgat. Ἐπέστιον bis e. — V. 72 ἐπίστια et sic Suid. s. v. ἀγηλατεῖν et s. v. ἐπίστιον. V. 73 ἐπίστια. — Praeterea Imperfect. ἱστία VII. 135 recte Schaef. Bekk. scripserunt cum codd. S. V. P. K. εἱστία Gaisf. alii cum F. Paris. Perfecti forma ἱστιῆσθαι V. 20 recte nunc restituta est (ἑστιῆσθαι S. εἱστιῆσθαι Gsf. al. ἡστιῆσθαι M. K. F.), unde vulgatum adhuc ἑστιᾶν II. 100 valde miror, cur tam diu potuerit perferri, neque jam dudum in verum Herodoteumque ἱστιᾶν mutatum sit, et vulgatum συνεστίη VI. 128 in συνιστίη (ξυνεστίη F. συνέσει S. sed cod. P. ex emend. συνεστοῖ, quod non debuerat ita blandiri Schaefero, ut in ordinem reciperet*). — Praeterea Ἱστιαιεύς VIII. 23 pro Ἑστιαιεύς omnes libri

*) Sed εὐεστοῖ I. 85 et ἀπεστοῖ IX. 84 constant, neque ullo modo mutanda sunt cf. infra in libro tertio ad tertiam declinationem Herodoteam nominum in ώ et ώς terminatorum et Lob. ad Phryn p. 466.

Herodotei, quamquam Plut. de Malig. cap. 34 hoc ex loco Ἑστιαιεύς exhibuit. Ἱστιαίην vide supra p. 129.

ε in ει quibusdam in vocibus mutant Iones maxime ante vocales et semivocales. Sic εἴρομαι dixit noster (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 482) I. 27. 30 bis. 32 (ἐκεῖνο δὲ, τὸ εἰρεό-με. sic et Stob. Serm. 103 p. 564) 87. 89. 90 (εἴρετο vulgo. ἤρετο F., ἤρετο c. cf. supra 76). 111. 116 (εἴρετο vulgo. ἤρετο F., item 129. 173. II. 44. 104. 118. 150. III. 63. VI. 1. VII. 28. 128. IX. 91. — Sed I. 119 bis εἴρετο sine enotata varietate, et I. 120. II. 54. 91. III. 27. 31 bis. 34. 38 bis (Δαρεῖος εἴρετο bis, item hoc ex loco bis Origen. ctr. Cels. V, p. 254). III 64. 78. 156. IV. 76. 134. 143. V. 50. 105. VI. 50. VII. 27. 37. 46. 101. 130. 135. 147. 218. VIII. 57 (sic εἴρετο hoc ex loco et Plut. de Malig. cap. 37). 65. 118. IX. 16. — ἐπείρεσθαι I. 19 (et Priscian. XVIII, c. 28 (Vol. II, p. 190)) 30. 46. 86 (ἐπείρεσθαι vulgo. ἐπήρεσθαι F. ut saepius alibi) 90. 91. 153. 197. III. 22. 32. 64. 130. IV. 9. VI. 61. 66. 80. VII. 101. VIII. 26. 88. IX. 11. 54. — ἐπειρησόμενος I. 158. IV. 161. VI. 35. 52 (ἐπηρησ. F.). 135. VII. 148 (ἐπηρησ. F.). Etiam I. 67 recte nunc vulgatur cum cod. M. ἐπειρησομένους. (ἐπερεισομ. e. ἐπερησομ. Ald. al.) sed I. 174 omnes adhuc in male vulgato ἐπερησομένους consentiunt, quod in posterum spero fore ut vero ἐπειρησομένους cesserit. ἐπανείρεσθαι I. 91. III. 32. ἀντείρεσθαι III. 23. I. 129 ἀντείρετο vulgo. ἀντήρετο F. suo more. εἰρωτᾶν nunc quidem fere ubique recte est restitutum, quamquam cod. F. solito more ad ἠρωτᾶν, ἠρώτα, alia, saepius aberravit, et aliae editiones interdum ἐρωτᾶν, non magis Herodoteum, praebuerant cf. I. 67. 88. 90. 158. II. 32. 115. 121, 5. III. 14 bis. 22 ter. 62. 119. 130, 140. 156. IV. 146 bis. V. 13. 87. VI. 3. 67. 69. VII. 101. 151. 209. 234. VIII. 26. 68. IX. 42. 94. — Sed rursus una in vitiosa forma male adhuc retenta omnes consentiunt I. 86 ἐρωτεώμενον edd. ἐρωτώμενον M, K. F. S. a. b. c. d. e. sed patet εἰρωτεόμενον esse rescribendum. — Eadem ratio est verbi compositi ἐπειρωτᾶν: I. 11. 30 (alii ἐπηρώτα male). 31. 32 ἐπειρωτᾷς vulgo et sic Plut. de Malig. c. 15. ἐπηρώτας S. et Stob. Serm. 105, 63. — I. 49. 53. 47 (ἐπηρωτέοντας Ald. al. et ibid. ἐπηρώτεον). 55. 67. 68. 86. 88. 158. 159. II. 160. III. 14. 77. 128. IV. 9. 15. 131. 155. V. 73. 82. 92, 6. 124. VI. 52. 66. 86, 3. VII. 100. 148. 152. 169. 209. VIII. 122. IX. 11. 55. 93. — ἀνειρώτευν IX. 89 vulgo cum K. V. ἀνειρώτων S. P. ἀνηρώτευν F. alii, male. — VI. 67 ἐπειρωτήματι recte vulgat. nunc cum S. V. Olim cum F. f. ἐπερωτήμ. VI. 67 ἐπειρώτησιν id. IX. 44 (ἐπηρώτησιν F.).

Praeterea ἐξειρύσας II. 38. ἐξειρύσαι I. 141 (ubi quidem cod. f. male ἐξερῦσαι). — διειρύσαι VII. 24. εἴρυσαν II. 136. παρείρυσαν VII. 36. εἴρυσε III. 30. ὑπεξείρυσαν (sic recte Ald. alii cum S. V. ὑπεξέρυσαν P. M. K. ὑπεξέρρυσαν F. —). IV. 10 εἰρύσαντα. IV. 8 ἐπειρυσάμενος. ἀνείρυσαν IX. 94. ἀνειρύσαι IX. 96. κατειρύσαντες VIII. 96 (sic nunc recte vulgat. cum M. P. K.

S. V. Paris. — κατερύσαντες F. κατηρρύσ. edd. vett.). Sed ἐρύκειν dicitur, non εἰρύκειν IV. 125. V. 15. IX. 49. ἀπερύκειν I. 32. II. 64. — Verum ἐπείνυσθαι IV. 64 recte vulgat., ubi quidem codd. S. V. a. c. male ἐπέννυσθαι, et Wessel. Schaef. ἐπιέννυσθαι. — III. 61 εἶσε. ὑπείσας III. 126. (ὑπείς S. V. a. c.) ὑπείσαντες VI. 103. εἰσάμενοι I. 66 (ut etiam Plut. Thes. XVII (fine) εἰσαμένου Θησέως. Themist. c. 22 ἱερὸν εἰσάμενος). — Porro δείρουσι II. 39 vulgat. (δέρουσι male S.) ἀποδείρει IV. 64. — De εἴδομαι et ἐνειρμένων vide infra in libro quarto sub I. ad haec verba. — Praeterea εἱλίσσω Herodoteum est pro ἑλίσσω. Sic κατειλίσσουσι II. 86 vulgatum est (κατειλήσουσι F.). IV. 34 εἱλίξασαι et εἱλίξαντες. VII. 76 κατειλίχατο et 90 εἱλίχατο cf. Eust. ad Il. p. 234 = 177. — VIII. 128 περιειλίξαντες. — Aliis in locis variat scriptura, ubi quidem haud diu haerebis, quid retinendum esse dicas; sic II. 95, ubi cum codd. M. P. K. F. ἐνελιξάμενος male vulgatum est, et Ald. a. b. ἑλιξάμενος, cod. S. εἱλιξάμενος praebuerunt, ἐνειλιξάμενος rescribendum est. II. 148 ἕλιγμοι male vulgat. εἱλιγμένοι P. K. F. i. e. εἵλιγμοι quod nostro restituendum erat. II. 38 εἱλίσσων recte vulgat. cum M. P. K. εἰλίσσων Gaisf. al. cum F. ἑλίσσων S. — VII. 181 κατειλίσσοντες vulgat. cum S. V. P. K. F. Paris. et Suid. s. v. Τελαμών (τελαμῶσι κατειλίσσοντες), sed Steph. alii κατελίσσοντες. — Etiam vulgatum διεξελίσσουσι IV. 67, quamquam nihil varietatis adnotatum est, haud dubie in διεξειλίσσουσι est mutandum. — Sic etiam εἱλύω, εἱλέω constanter apud nostrum, ut apud alios quosdam (cf. Thucyd. VII. 81 ἀνειληθέντες) per ει scribuntur, vide Herod. II. 8. 76. I. 24. III. 13. 45. VIII. 12. Quamquam in Homeri carminibus ἐλύσθην subinde invenitur. — Greg. Cor. d. d. Ion. p. 477 haec tradidit: τοῦ ἐνέγκω ἀφαιροῦντες τὸ γ καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἐπεντεθέμενοι τὸ ι, ἐνείκω λέγουσιν. Ἡρόδοτος μυριαχοῦ τούτῳ χρῆται. cf. et Suid. s. v. ἐνεῖκαι. Nec tamen ἐνείκω Herodotus unquam usus est (ut Hesiod. Scut. 440 συνενείκεται*) sed ἐνεῖκαι, ἐνείκασθαι, ἐνειχθῆναι, ἐνήνειγμαι cf. Lob. ad Buttm. II, p. 314. — Sic ἐνεῖκαι I. 32 bis et Stob. 103 p. 564. — ἐξενεῖκαι VII. 117. IX. 5. — προσενεῖκαι III. 86. — ἤνεικε I. 84 bis. II. 146. — ἐξήνεικε II. 151. — συνήνεικε I. 73 (συνῆκε Ald.). 74. III. 4. 14. 42. 71. 129. 133. V. 12. VI. 23. 117. VII. 4. 10, 2. 117. 133. VIII. 87. 88 bis. 90. IX. 37. — ἀπήνεικε III. 66. — περιήνεικε I. 84. — ἤνεικαν III. 30. — ἐσήνεικαν IX. 70. — προσήνεικαν IX. 122. — συνδιήνεικαν V. 99. I. 18 (συνδιένειμαν S. V.). ἀνήνεικαν I. 91. VI. 30. — ἐνείκειε VI. 61. — συνενείκαιεν VII. 152. — ἐνείκῃ I. 193. IV. 198. — ἐνείκας IV. 64. — διενείκας I. 25. ἀνενείκας II. 23. ἀπενείκας IV. 64. περιενείκας I. 84. ἐπενείκας IV. 166. — ἐξενείκαντος VIII. 132. ἀνενείκαντος III. 70. IV. 62. — ἐπενείκαντες I. 68. VIII. 10. ἐξ-

*) Sed negant quidam ibi συνενείκεται genuinum esse, cf. Lob. ad Buttm. II, p. 314.

ενείκαντας V. 79. — ἐνείκασθαι I. 56. 173. ἀνενείκασθαι I. 86. ἐσενείκασθαι II. 23. ἐξενείκασθαι II. 121, 1. VI. 103. 125. — ἠνείκατο V. 47 (sic cod. S.). ἠνείκαντο I. 5 (εἰνείκαντο olim vulgat.). id. II. 180. ἐσηνείκαντο VII. 152. ἐσηνείκαντο V. 34 (sic S. P. V. Olim ἐσενείκ.). ἀνηνείκαντο VIII. 32. 36. — ἐνείκωνται IV. 67. — ἀνενεικάμενος III. 148. — συνηνείχθη III. 10. ἀπηνείχθη II. 116. — ἀνηνείχθησαν VIII. 31. 69. — II. 121, 6 scripsit Bekk. ἀνενείχθη, ubi Gaisf. Schaef. alii ἀνενεῖχθαι, et codd. S. V. ἀνηνεῖχθαι. — συνενειχθῆναι VI. 86, 1. II. 111. — II. 152 ἀπενειχθῆναι vulgo. ἀπενεῖχθαι S. — ἀπενειχθέντα I. 66. IV. 120. 164. V. 89. VII. 169. I. 158. 160 (ubi F. ἀπενεινεχθέντα). III. 14. — ἀνενειχθέντων I. 141. 213. — ἀνενειχθέντα IX. 98. — περιενειχθέντος I. 84. — διενειχθέντων I. 173. — Sed I. 24 nunc quidem vulgat. est ἐξενεῖκαι; sed cod. S. male ἐξενέγκαι. — III. 155 ἤνεικε nunc vulgo cum S. V. Olim cum F. b. d. ἔνεγκεν. — IV. 154 ἐπενείκασα Ald. alii cum S. V. A. B. Eust. Il. p. 1183, 40 = 1250, 36. ἐπενέγκουσα male M. P. K. b. Suid. s. v. Βάττος. ἐνεικοῦσα F. — VI. 27 ἀπήνεικε vulgat. ἀπήνεγκε S. — I. 29 συνηνείχθη nunc vulg. (συνείχθη V. συνήχθη S. συνηνέχθη F. superscripto συνέβη). I. 23 ἐξενειχθέντα vulgo. ἐξενέχθ. S. — 54 ἀνενειχθέντα vulgo. ἀνενέχθ. S. F. 116 ἀνενειχθείς vulgo. ἀνανεχθείς S. ἀνενεχθείς Eust. ad Od. θ' 1604 et Zon. p. 216. II. 114 ἀπενειχθείς Ald. alii cum P. F. Alii cum S. ἀνενεχθείς. — 90 ἐξενειχθῇ vulgo. ἐξενεχθῇ F. IV. 151 ἀπενειχθείς vulgo. ἀπενεχθείς P. F. S. — 152 ἀπηνείχθη vulgo. ἀνηνέχθη S. V 33 συνηνείχθη. συνενείχθη F. συνηνέχθη S. V. VI. 86, 1 συνηνείχθη vulgo. συνηνέχθη S. V. Stob. 27, 14. VII. 229 διενειχθέντας vulgo. διενεχθέντας P. VIII. 22 ἀνενειχθῇ vulgo. ἀνενεχθῇ P. item cap. 65. — 96 ἐξενειχθέντα vulgo. ἐξενεχθέντα F. IX. 37 ἐσενειχθέντος vulgo. ἐσενεχθέντος S. V. — 71 προσηνείχθησαν Ald. alii F. S. προσενέχθησαν P. — II. 12 κατενηνειγμένην vulgo cum M. Paris. κατενενειγμ. S. κατενηνεγμ. K. κατενηνηγμ. F. VIII. 37 ἐξενηνειγμένα vulgo. ἐξενηνεγμένα P. K. F. IX. 41 ἐσενηνεῖχθαι vulgat. ἐσενηνέχθαι V. ἐσηνέχθαι S.

Quibus omnibus in locis quum nihil dubii mihi relictum esse videatur, quin recte formas per ει scriptas praetulerint, etiam V. 111 pro προσενεχθῇ nunc male vulgato in vett. edd. verum rursusque recipiendum προσενειχθῇ scriptum exstet, patet non diutius ferenda esse vitiosa et ab omnibus adhuc exhibita: διενεχθέντας VII. 220. ἐπενεχθεῖσαν VII. 231. ἐξενηνεγμένος IX. 72, sed statim in Herodotea διενειχθέντας, ἐπενειχθεῖσαν, ἐξενηνειγμένος mutanda. — Praeterea ξεῖνος per ει constanter apud nostrum scribendum est: I. 20. 30. 65. 68. 138. 199. II. 112. 114. 115. 160. III. 21. IV. 65 et permultis aliis in locis. — προξείνους VI. 57 vulgatum; sed Eustath., quum non ipsa Herodotea verba usurpaverit, habet προξένους, ad Il. p. 405, 21 = 307, 18: Ἡρόδοτος οὖν γέρας εἶναί φησιν τοῖς βασιλεῦσι ἐν Σπάρτῃ τὸ καὶ προξένους ἀποδεικνύειν (Herod. ἀποδεικνύναι) οὓς ἂν θέλωσι τῶν ἀστῶν. — VIII. 143

προξεινον. IX. 85 πρόξεινον vulgat. πρόξενον S. male. VIII. 136 Bekkerus recte nostro πρόξεινος restituit, ubi πρόξενος male vulgatum erat. — Τιμόξεινος VIII. 128 vulgat., sed codd. S. V. Τιμόξενος, qui iidem infra Τιμόξενον habent pro vulgato Τιμόξεινον. — IX. 107 Ξειναγόρης ter. — ξεινοκτονέειν II. 115. — ξεινικός I. 77. 135. 172 bis. IV. 76. 77 (ξενικά S.). 80. V. 92, 7. — ξείνιοι V. 63. — ξείνια II. 107 (ξεινία b.). 115. 119. IV. 154 (ἐπὶ ξείνια recte nunc vulgat. cum S. M. P. V. K. ξεινίᾳ F. a. b. c. ξενίῃ Ald.). V. 18 ἐπὶ ξείνια καλέει nunc vulgat. Alii ἐπὶ ξεινίᾳ qua de varietate vide Interppr. ad Aeliani Var. Hist. III, 35 et IX, 15. — ἐπὶ ξεινία F. ἐπὶ ξεινίας S. V. — VI. 34. 35. VII. 29. 39. 135. IX. 15. 89. — ξεινίην I. 27 vulgat. ξενίην c. Suid. et Greg. Cor. d. d. Ion. § 85. — I. 69 ξεινίης vulgo (ξεν. S.). II. 182 bis. III. 43. V. 30. VII. 116. 165. 228. VIII. 120 (ξενίην S.). IV. 154 ξεινίην S. P. V. F. Paris. et nunc vulgat. Olim ξενίην. — III. 43 ξεινίην Ald. alii cum S., sed male ac perverse ξεινηΐην Gsf. Bekk. al. — ξεινίζω I. 30. V. 18. VI. 35. VII. 27. 29. IX. 89. I. 106 ξεινίσαντες nunc vulgat. cum F. a. Olim ξενίσ. — VI. 128 ἐξείνιζε vulgo. ἐξέν. F. VII. 135 ξεινίζων vulgo. ξεν. S. — ξεινόω VI. 21. — ξεινοδοκέοντος VI. 127. — εἴριον noster constanter dixit I. 203. III. 106. IV. 162. III. 47 εἰρίοισι vulgo. ἐρίοισι S. V. — Eodemque modo εἰρίνεος II. 81 ter. VII. 91. I. 195 εἰρίνεον vulgat. nunc cum K. P. F. a. c. ἐρίνεον S. Alii cum b. ἠρίνεον (ἠριναῖον d.). Quam vocalem η ipsam ad veram diphthongum ει nos ducere patet. IV. 73 εἰρινέους vulg. ἐρινέους P. F. — Porro στεινός et κεινός constanter sunt apud nostrum per ει scribenda; et στεινός quidem habes II. 8 bis. 11 (στεινός nunc vulg. cum F. a. Olim στενός). 75. 99. IV. 41 bis. 184. 195. V. 16. VII. 123. 128. 129. 176 bis. 198. 223. 225. 235. VIII. 31. 60, 2 bis. IX. 13. 34. — στεινότερον I. 181. στεινοτέρη VII. 175. στεινοτάτη VII. 176. στεινότατον VII. 200. 216. II. 8. — στεινότητα IV. 85. στεινοπόρῳ VII. 211. στεινόπορα VII. 223, sic nunc vulgo cum M. P. K. d. στεινότερα Ald. al. cum S. V. a. c. d. στενόπωρα F. — κεινός I. 73. V. 15 κεινῇσι vulg. (κενῇσι S. V.). 16 κεινήν vulg. (κενήν M. P. K.). VII. 131 κεινοί nunc vulgo cum S. V. P. K. F. Paris. Olim κενοί. — VII. 239. IX. 57 et 85 κεινά nunc vulgo cum S. V. K. F. a. b. Plut. II, p. 872 F., sed edd. vett. cum c. male κοινά. — Libr. VIII. 28 variatur inter Herodoteam formam κεινούς (ἀμφορέας κεινούς) nunc vulgatam cum codd. S. V. et poeticam κενεούς, immerito ab Aldo et codd. F. a. receptam; quamquam Aretaeus hujusque similes non dubitarunt κενεός usurpare, sic κενεή Aret. 64, 35. — Quemadmodum autem poetica forma κενεός expellenda erat, sic etiam Attica κεκενωμένου IV. 123 male vulgata, vel invitis omnibus codd. Mss., in veram κεκεινωμένου mutanda. Nec fides est habenda Buttmanno (gr. gr. I, p. 258 sq.), qui quorundam opinionem, etiam Atticos fortasse στεινότερος, κεινότερος usurpasse, ideo rejecit, quod Iones raro tantum κεινός

admisissent, sed vulgo κενεός frequentassent. Sed equidem puto, ut Ionicum τέλεος etiam apud Platonem inveniri mox infra videbimus, sic olim etiam Atticorum veterum in usu κεινός et στεινός fuisse, unde quamquam diphthongus ει paulatim in simplicem vocalem ε transierit, tamen, praesertim quum liquida illa ν facile in pronuntiatione geminaretur, comparativorum formae κενότερος et στενότερος, quarum vestigia etiam in posteriorum libris haud rara exstant (cf. Baehr. Ctes. Reliqq. p. 163 sq.) parumper obtinuerint, donec prorsus cesserint vulgaribus formis κενώτερος et στενώτερος. Hinc cognoscas, cur grammaticis forma στενώτερος κοινή, στεινότερος magis Attica dicta sit. cf. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 111 D.

Ut autem jam supra vidimus Herodotum constanter εἵνεκεν pro ἕνεκεν vel ἕνεκα scripsisse, et ἀείναον I. 93. ἀείναος I. 145 sic Bekk. (ἀέννaος male Gaisf. ἀέναος F. a.) pro Dorico ἀέννaος vel ἀέναος (cf. Eust. ad D. P. vs. 1055) ac constat ἐνενήκοντα legitimam ubique esse formam et ἐννέα, atque ἔνατος apud antiquiores Atticos praestabilius esse quam ἔννατος, sic Herodotum semper εἴνατος dixisse omnibus persuasum esse debet cf. VI. 106 bis. III. 94. 92 (ubi quidem cod. F. ἔνατος). εἰνακόσια II. 13 nunc vulgat. cum K. R. P. Olim ἐννακόσια. II. 145 εἰνακόσια vulgat. (ἐννακόσια S.). — εἰνακισχίλια III. 95. VII. 41. Unde patet, nunc vulgatam Atticam scripturam ἔνατον ἡμιτάλαντον I. 51 (sic Bekk. al. F. a. ἔννατον Gaisf. al. ἕβδομον ἡμιτάλαντον R. c. cf. Interppr. ad h. l. et Matth. gr. gr. I, § 143) sine haesitatione in Herodoteam εἴνατον esse mutandam (cf. Eust. ad Hom. Il. θ' p. 712, 14). Sed perperam diphthongus ει in vocem ὑπειρόχους V. 92, 7 ex Homerico dicendi genere irrepsit, quam mireris a recentioribus etiam editoribus, nimis codicum M. P. K. F. Paris. auctoritati obsecutis, in ordinem receptam esse, quum jam cod. S. et alii verum ὑπερόχους exhibuerint, neque aliter ipsum Herodotum dixisse et aliis et his confirmari possit exemplis: Ὑπερόχην IV. 33. ὑπεραιωρέεσθαι IV. 103. VI. 116. ὑπερέχοντα VII. 5. 10. V. 92. 6. ὑπερήσθη I. 54. 90. — Nec minus perversa Schweighaeuseri est opinio, qui quum pro περήσομεν recte nunc vulgato III. 72 vidisset in edd. vett. et codd. V. S. F. ex emend. πειρήσομεν scriptum exstare, censuit, videndum esse, ne Herodotus hoc πειρήσομεν Ionice posuisset pro περήσομεν, sicut πείρατα pro πέρατα. Sed περήσας omnes retinuerunt IV. 43. 115. 152.

Inverso autem modo pro ει multis in vocabulis ε ab Ionibus ponitur, quae permutatio, quum voces pronuntiando extenuare recentiorum maxime proprium fuerit Ionum, usitatissima est Herodoto. Sic constanter noster dixit ἐς et ἔσω pro εἰς et εἴσω, εἴσωθεν aliis. Multum quidem ac saepe hac in re non solum in codd. Mss. sed etiam in recentioribus editionibus peccatum est, sed Bekkerus ubique rectam Herodoteamque scripturam praetulit ac restituit. Vide Var. Lectt. ad I. 12. 37. 100. 111. 116. 191. 206. II. 2. 123. 124.

III. 3 8. 70. 78. 81. 155. IV. 123. 154. 163. V. 15. 20. 51. VI. 125. VII. 36. 41. 42. 46 (ἐσῆλθε S. V. P. a. c. d. Stob. Triac. 98, 73. εἰσῆλθε F. b. Stob. vulgat.). VII. 50, 1. 197. IX. 102. — κύπερος noster dixit IV. 71 pro κύπειρος *). Vide Interppr. ad Hom. Hym. in Merc. 107. Heyn. ad Il. 21, 351. Et κύπειρος Aristoph. Ran. 243 ibique Schol. et Interppr. — Theocrit. I, 106. V, 45. Similiter variat usus inter ὄστρεον et ὄστρειον, vide Heind. Plat. Cratyl. p. 424 D. — Praeterea μέζων et κρέσσων constanter pro μείζων, κρείσσων cf. grammaticorum locos a Maitt. p. 147 laudatos. Sic μέζων I. 11 vulgat. (μείζων S.). 26 bis. 68. 137. 183. 194. 202. II. 35. 46. 137. 148 ter. 67. 68 bis. 48. 149. III. 14. 127. IV. 52 (μείζων S.). VII. 147. VIII. 38, 61. IX. 78. μέζον III. 60. 129. VII. 235. μέζονος VIII. 22. μέζονα III. 102. μέζω III. 106. μεζόνως II. 49. 161. III. 128. V. 92, 7. VI. 84 μεζόνως vulgat. μειζόνως S. P. V. — 107 μεζόνως vulgat. μέζον S. V. P. μεῖζον Eust. ad Od. p. 1831. μειζόνως F. — Praeterea μέζω II. 148. IV. 43. 57. V. 64. II. 137. III. 14. VII. 145. VIII. 5. μέζονες V. 66. μέζονας IV. 61. V. 88. VII. 150. μέζονα VIII. 37. — κρέσσων et κρέσσον (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 54) vide I. 66. III. 52 κρέσσονας et sic Stob. Serm. III, p. 42 (Gesn.). Ibid. κρέσσον vulgat. κρεῖσσον F. — V. 18. VI. 12 κρέσσον vulgat. (κρεῖσσον S.). VII. 50, 1. 236. VIII. 19. 68, 1. 83 bis. 111. 100 κρέσσον vulg. κρεῖσσον P. V. S. — 136 κρέσσων vulgo. κρείσσων S. — IX. 41 κρέσσονα. 17 κρέσσον et sic Suid. s. v. παρέχοντας· Ἡρόδοτος· κρέσσον γὰρ ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους κ. τ. λ. — Futura, aoristi, perfectum passiv. verbi δείκνυμι hanc habent Herodoteam formam: δέξειν, δέξεσθαι, δέξαι, δέξασθαι, δεχθῆναι, δεδέχθαι. Et δέξειν quidem est III. 122. IV. 179 (δείξειν Ald. S.) V. 21. VII. 8, 3. 17. 50, 1. — δέξεσθαι VIII. 89. — δέξαι I. 31. 32 (ὑποδέξας et sic Stob. 103 p. 564). 60. 73 (διέδεξε vulgo cum F. a. c. ἔδεξε e. ἔδεξεν b. ἔδειξεν d.). 127 (ἀπέδεξε vulg. cum M. K. F. S. a. c. d. Alii ἀπέδειξε). 136. 160. 163. 171. 189. II. 42 (ἐπιδέξαι vulgo cum ἐπι M. P. K. ἀποδέξαι F. Alii cum S. male ἐπιδεῖξαι). 133 (ἀποδέξαι vulgo. ἀποδεῖξαι S. K. V.). III. 134 (δέξαι vulgo. δεῖξαι S. V. P.). II. 134. 143 bis. III. 63. 82. 130 (ἐπέδεξε et sic Suid. s. v. Δημοκήδης). 133 (ἐπέδεξε vulgo cum S. V. F. Paris. Alii ἐπέδειξε cf. Suid. l. l. —). 135. — IV. 10 (προδέξαντα vulgat. προδείξ. S. V. προσδείξ. ceteri). 42. 76. 92. 167. V. 21. 25 bis. 29. 32 bis. 64. 67 bis. 89 bis. 97. 99. 124. VI. 27 (προέδεξε nunc vulg. cum P. F. Paris. προσέδεξε S. V. προέδειξε M. προσέδειξε olim vulgat.). 94. 115. 121. 123. 124. VII. 2. 3. 4. 81. 118. 128. 171. 178. VIII. 3. 35. 118. IX. 58. — δέξασθαι I. 16 (ἀπεδέξατο et sic Suid. s. v. Γύγης). 59. 170 bis. 174 bis. 184. II. 10. 24. 101 bis. 111. 137 bis. 178. III. 67. 74. 134. 155. 160. IV. 76. VI. 41. 43. 55. VII. 46 (ἀπ-

*) κυπέρου dixit etiam Aelian. Nat. Animal. XII, 43. XIV, 14.

εδέξατο et sic Stob. 96 p. 535). 99. 139 bis. 160 (ἀποδεξάμενος et sic Stob. Serm. 19 p. 171). VIII. 17. 68, 1. 91. IX. 58. 67. 71. 72 — δεχθῆναι, ἀποδεχθῆναι etc. I. Prooem. I. 16. 124 (ἀποδεχθῶ nunc vulg. ἀποδειχθῶ Ald. S. b. d. sed ἀποδεχθέω scribendum erat). IV. 98. VI. 95. 104. 124 (ἀναδεχθῆναι et ἀνεδέχθη nunc vulgo cum F. c. Alii cum S. ἀνεδείχθη). VII. 154. — δεδέχθαι I. 136. 153. II. 43. 65 bis. 77. 124. 146. III. 88. 157. IV. 92. 132. VII. 215. VIII. 8. IX. 72. 27 ἀποδεδεγμένον nunc vulgo cum P. K. S. V. F. Paris. Olim ἀποδεδειγμένον. — His omnibus positis nihil dubii relictum est quin vulgatum δείξαντα II. 30, nulla scripturae varietate e codd. Mss. adnotata, δείξω IV. 79. δεῖξαι VI. 61 bis et IX. 82. ἐπιδεῖξαι VI. 61. δείξας VIII. 137 statim in δέξω, δέξαι, ἐπιδέξαι, δέξας, ἐπιδέξαντα sola Herodotea mutanda sint; quod Schaeferus solus VI. 61 jam recte fecit. — ἔργω dixit noster semper pro εἴργω, quod ε omnibus in formis ac temporibus servandum est. ἀπεργμένον I. 144. II. 99 bis et ἀπέργει (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 430). II. 124 ἀπέρξαι. 148 περιέργει. 86 ἐσεργνῦσι (ἐσεργνύουσι S. V. d.). III. 48 ἐργόντων. 116 ἀπέργουσαι. — IV. 55 ἀπέργων. 148 ἐρκτῆς. 164 ἔργετο. V. 57 ἔργεσθαι. 64 ἀπεργμένος id. VI. 79. VI. 102 κατέργοντες (sic F. κατεργάζοντες S. V. P.). VII. 43 ἀπέργων id. 109. 112. — 139 ἐξέργομαι. 197 ἔργετο. VIII. 35 ἀπέργοντες. IX. 108 ἐργόμενος. 111 ἐξεργόμενος. Etiam I. 72 nunc vulgatur recte ἀπέργει, ubi codd. F. S. ἀπείργει. — 174 ἀπέργει nunc vulg. cum K. P. a. Alii ἀπείργει. — 180 διέργει nunc vulg. cum F. Alii cum S. διείργει. — 204 ἀπέργει vulgo cum F. S. ἀπείργει K. a. d. II. 18 ἔργεσθαι vulgat. et sic Origen. ctr. Cels. V, p. 254. sed εἴργεσθαι M. K. F. S. c. — III. 51 ἐξέργειν nunc vulgo cum F. a. Edd. vett. cum S. ἐξείργ. — 136 ἔρξε vulg. cum F. Paris. εἶρξε S. V. K. P. IV. 146 ἐρκτὴν bis vulgat. εἱρκτὴν S. V. et infra S. V. 63 κατέρξαν vulgo. κατεῖρξαν S. P. VII. 96 ἐξέργομαι vulgat. ἐξέρχομαι d. ἐξείργομαι S. V. P. — 197 ἔργεσθαι vulgat. εἴργεσθαι F. εἴργεσθαι b. VIII. 98 ἔργει Wessel. Bekk. al. cum S. P. εἴργει V. ἐέργει edd. vett. et Gaisf. sed neque Atticum εἴργει neque Homericum ἐέργει in genuina Herodotea oratione ferendum est; unde et vulgata κατειργνῦσι IV. 69. (κατατείνουσι S. V.). ἐξεῖργον V. 22. ἀπείργουσα IX. 68, in sola Herodotea κατεργνῦσι, ἐξέργον, ἀπέργουσα mutanda esse, nemo nunc facile sit qui neget. — De ἔωθα, ἐώθεα, ἑστήκεα, ἐργάσθαι aliis hujusmodi vide infra. — Ut Herodotea ἀδελφεός, ἀδελφεή, πλέος, πλέη, πλέον (δένδρεον) ex Homericis ἀδελφειός, πλεῖος, debilitata extenuataque esse arbitror, sic multis in nominibus proparoxytonis in ειος vulgo desinentibus, et omnibus foemininis adjectivorum in υς (εος) haec permutatio apud Herodotum occurrit. Et ἀδελφεός quidem est I. 35 (ἀδελφεόν vulg. ἀδελφόν e.). 45. 92. 171. 173 (ἀδελφεοῦ nunc cum M. F. edd. vett. cum c. ἀδελφοῦ). II. 100. 107. 108. 120. 121, 2 bis. 3, 4, 5 bis. 127. 153. III. 30 bis. 31. 32 bis. 39. 61 (δύο ἀδελφεοί vulgat. ἀδελφοί

S. sed ibid. ἀδελφεός et ἀδελφεόν sine enotata varietate). 62. 63. 64. 65 bis. 68. 88. 119 ter. 135 bis. 139. 140. 143. 145. IV. 5. 76. 80 ter. 83. 143. 147. 153 bis. 160 bis. V. 13. 25. 27. 30. 55. 67. 99. 104. VI. 23. 38. 39 (Στησαγόρεω — ἀδελφεόν omnes; sed paulo post Schaef. Bekk. al. male τὸν ἀδελφὸν Στησαγόρεα, quum Ald. Gaisf. al. verum ἀδελφεόν praebuerint; e codd. Mss. nihil adnotatum). VI. 52. 103. 127. VII. 7. 10, 1. 11. 39. 67. 82. 97. 154. 155. 156. 205. 224. 225. 227. 236. VIII. 11. 71. 89. 137. IX. 33. 34. 58. 107. 108. 110. 111 bis. 112. — ἀδελφεοκτόνος recte nunc vulgat. III. 65 (ἀδελφοκτόν. S. V. Pollux. III, 25). — ἀδελφεή II. 56. III. 31 octies. 53 (ἀδελφεήν nunc vulg. cum M. P. K. S. V. F. Paris. ἀδελφήν Ald.). IV. 43. 80. V. 12 bis. 13. 20. 21. 39. VI. 71. VII. 5. VIII. 36. — πλέος IV. 87. V. 111. πλέον II. 100. IV. 7. πλέη I. 178. II. 153. IV. 76 (cf. Eust. ad Od. ε' p. 222). πλέῃ VI. 72 (vide Wessel. ad h. l.). — πλέην IV. 71. 163. πλέοι II. 148. πλέα II. 84. 93. VIII. 4. 132. πλέους I. 194. ἔμπλεοι I. 59. ἔμπλεα II. 62. ἐπίπλεος III. 118 (ubi non audiendi sunt codd. F. a. d. ἐπίπλεως exhibentes). ἐπίπλεαι I. 119, sic recte cum codd. V. M. K. F. a. d. — ἐπίπλειαι c. τράπεζα ἐπίπλεια Ald. b. Alii τράπεζα ἐπιπλέα. — VI. 139 ἐπιπλέην et sic Suid. s. v. ἐπιπλέα. — VII. 218 ἐπίπλεον (ἐπίπλεων F.). ἐπίπλεα VII. 45 item Stob. 96 p. 535. ὑπόπλεος VII. 47 (ὑπόπλεως S.). — IV. 31 ἀνάπλεον, sic recte Bekk. al. cum S. F. Gaisf. al. immerito ad Atticum ἀνάπλεων aberrarunt. cf. Matth. gr. gr. I, p. 303 sq. — Comparativi formas adjectivi πολλός contendo Herodotum constanter per ε̄, nunquam per εῑ scripsisse; quamquam enim libros et manuscriptos et editos mox viderimus subinde neglexisse hanc Herodoteam consuetudinem, tamen mecum illud contendente etiam hoc facit, quod tam saepe his in formis contractio in εῡ facta cernitur, quam non nisi vocalibus εο̄ subjectis fieri potuisse notum est. Quare non satis accurata est explicatio Suidae: πλεῦνος ἀντὶ τοῦ πλείονος (pro πλέονος) Ἡρόδοτος (V. 34) ὡς δὲ τοῦ πλεῦνος ἐδέετο ἡ πολιορκίη. — Accuratius Phavor. et Greg. Cor. πλεῦνας pro πλέονας dici cf. Maitt. (Sturz) p. 148. — Herod. II. 60 (οἶνος πλέων, ἢ sic recte Bekk. al. cum F. Gaisf. al. male πλέον). — πλέον I. 89. 155. 204. II. 7. 32 bis. 90. 147. 171. IV. 3. 50. 78. 163. 194. V. 51. VI. 42. 52. VII. 6. 16, 1. 168. 176. 184. 187. 211. VIII. 13. 29. 100. IX. 70. 107. 121. — πλεῦν II. 19 (πλέον F.). III. 52. V. 120 (sic S. V. πλέον F. al.). IX. 41 bis. — Etiam I. 192 πλέον Bekk. al. scripserunt, ubi vulgo male πλεῖον. πλεῦνος I. 97. II. 89. III. 40. IV. 43. V. 34 (cf. Suid. l. l.). — πλέονος apud nostrum non invenitur. — II. 25 πλέονι λόγῳ recte vulgat., ubi cod. S. male πλείονι. — πλεῦνι VII. 49, 2. Stob. 52, 364. Alii πλέονι. — πλεῦνα IV. 114. VII. 49, 2 (et sic Stob. l. l.). 51. IX. 111. πλέονα II. 145 vulgo cum S. πλείονα P. K. F. πλέω I. 133 (sic et Athen. IV, p. 143). 137. 176. 177. II. 4. 35 bis. 82 (sic Ald. Bekk. alii; Gaisf. al. male πλέα). 140. 61 (πλέον F.). 66 (πλέω vulgo.

πλείω S.). III. 15 (πλέω nunc recte vulgat. cum M. K. P. F. Paris. πλέα Ald. S. V.). 105. 124 (πλέω χρόνον vulgat. πλείω S.). IV. 7. 62. 130. 152. 167. 168. 197. 198 (πλέον Gaisf.). VI. 28 (πλέον S. b.). 81. 98. 103. VII. 1 (πολλῷ πλέω nunc recte vulgat. cum codd. K. S. V. πολλῷ τε πλέω b. Olim πολλῷ τε πλεῖον. πολλῷ πλείω P. F.). 70. 194. VIII. 109 (πλέω vulgat. πλείω S. V.). VIII. 66. 79. 117. IX. 87. — πλεῦνες I. 82. 193. 194. 199. II. 63 (et sic Stob. l. l.). 106. III. 120. IV. 68. 105. 148. 195. V. 38. 101. VI. 14. 19. 58. 92. 107. VII. 83. 102. 103. 223. VIII. 16. 32. 42. 81. 85. 130. IX. 34. 41. 44. 61. 62. 118. — πλεῦνας I. 1. 106. 135. 211. II. 86. III. 71 bis. IV. 148. 170. V. 69. 86. VI. 15. 23. 78. VII. 49, 1 (et sic Stob. l. l.). 108. 149. 186 bis. 233. IX. 31. 41. — πλέους II. 8 recipiendum erat e codd. F. a. pro vulgato πλείους. — πλέοσι II. 53 (sed Athenag. πρεσβ. π. Χρ. p. 19 πλείοσι). VII. 224 πλέοσι Ald. al., πλέοισι alii, πλεόνεσι male S. V. et vulgo. — VIII. 69 τοῖσι πλέοσι vulgat. cum P. F. Paris. πλείοσι S. V. IX. 122 πλέοσι vulgat. πλείοσι male P. K. F. — πλεόνων I. 105. II. 84. VII. 139. 201. πλεύνων VII. 160. VIII. 42. IX. 38. πλεόνως III. 34. πλεύνως V. 18 (πλεόνως S. V. P. a. c.). — His igitur exemplis, quamquam nonnunquam libros non omnes vidimus una in vera forma exhibenda consensisse, extra omnem dubitationem positum est, quid sit Herodoteum, ut nullo modo πλείους I. 167. II. 120. 121, 4 ab omnibus adhuc male servatum, genuina in Herodotea oratione ferri possit, sed vel invitis omnibus codd. Mss. in πλέους vel πλεῦνες, πλεῦνας mutandum sit. Etiam Ctesiam, ut alios praeteream, hunc Ionismum admisisse, docet Baehr. Ctes. Reliqq. p. 22. — Praeterea τελέῃ noster dixit pro τελείῃ V. 20, ubi quidem codd. S. V. male ad τελείῃ aberrarunt. I. 121 τελέην. τελέως I. 120. τελεόω I. 120. 160. III. 86. V. 111. Sic et τελεώτατος habet Democritus apud Stob. p. 4. Unde, praesertim quum etiam Platonem formam τέλεος usurpasse notum sit (cf. Heind. Plat. Cratyl. p. 403 E. Rueckert. Plat. Sympos. p. 208 C.) male vulgata τέλειον VI. 67 et IX. 110, quamquam nihil e codd. Mss. adnotatum est, tamen haud dubie in Herodotea τέλεον utrobique mutanda sunt. ἐπιτήδεος constanter noster dixit (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 473: τοῦ ἐπιτήδειος τὸ ῑ ὑπεξαιροῦσι καὶ ἐπιτήδεος λέγουσιν. Ἡρόδοτος (II. 133) ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι ἐνηβητήρια ἐπιτηδεώτατα). II. 174 (τὰ ἐπιτήδεα nunc vulgat. Olim ἐπιτήδεια). III. 52. IV. 47. 158. V. 19. VI. 97. VII. 59. 177 (ἐπιτήδεοι vulgo. ἐπιτήδειοι F.). VIII. 32. IX. 37. — ἐπιτηδέως IV. 139. IX. 7, 2. I. 108 (ἐπιτηδέως vulgo. ἐπιτηδείως S. b.). — ἀνεπιτήδεον I. 175. — ἐπιτηδεώτερος IX. 2 et 25, quo utroque in loco cod. S. male ἐπιτηδεότερος exhibet. — I. 110 ἐπιτηδεωτάτας nunc recte vulgat. cum F. a. c. (ἐπιτηδεώτατα Ald.) ἐπιτηδεοτάτας K. ἐπιτηδειότατα S. — 115 ἐπιτηδεώτατος vulgo. ἐπιτηδειότ. V. ἐπιτηδειότητος S. — 126 ἐπιτηδεωτάτοισι nunc vulg. cum K. F. a. b. c. Alii cum S. ἐπιτηδειοτάτ. II. 133 ἐπιτηδεώτατα nunc vulg. cum Greg. Cor.

l. l. ἐπιτηδεόν. V. ἐπιτηδειόν. S. — 172 ἐπιτηδεώτατον vulgat. nunc. ἐπιτηδεόν. S. III. 70 ἐπιτηδεωτάτους vulgo. ἐπιτηδειωτάτ. S. 134 ἐπιτηδεώτατον vulgo. ἐπιτηδεόταт. F. et S., et sic S. etiam IV. 72. VI. 102. VII. 25. VIII. 49. IX. 27. Pro vero vulgatoque ἐπιτηδεώτατον IX. 7, 2 inventum est in codd. S. V. ἐπιτηδέστατον, fallacem Ionismi speciem prae se ferens, cf. infra in libro tertio ad tertiam declinationem nominum adjectivorum sub finem. — I. 110 Herodotea forma ὑπώρεαι τῶν οὐρέων recte vulgata est; ut II. 158 τοῦ οὔρεος τὴν ὑπωρέην, ubi quidem codd. S. V. male ὑπωρείην. VII. 129 τὰς ὑπωρέας Bekk. recte. Alii male ὑπωρείας. VII. 199 τὴν ὑπωρέην τοῦ οὔρεος Gaisf. Bekk. alii. ὑπώρειαν τοῦ ὄρεος S. IX. 19 τῆς ὑπωρέης Bekk. recte, alii vulgo ὑπωρείης; item IX. 25 τῆς ὑπωρέης Bekk. ὑπωρείης vulgo, ὑπωρείου K. — 56 τῆς ὑπωρέης Bekk. ὑπωρείης vulgo. — 69 ὑπωρέης vulgat. nunc. ὑπωρείης male S. V. — IV. 23 omnes legunt οἰκέουσι ὑπώρεαν οὐρέων ὑψηλῶν, ubi formam ὑπώρεαν, quum Herodoteum ε servatum sit, ac retractus accentus notione substantivi defendi possit (cf. Lob. Paralipp. gr. gr. II, p. 357) non mutandam esse censeo, quamquam II. 158 et VII. 199 eadem notione ὑπωρέην vulgo scriptum exstat. — Porro ἐπέτεος, ἐπέτεον etc. constanter apud nostrum per ε sunt scribenda: II. 25 ἐπέτεον Bekk., ubi vulgo male ἐπέτειον. — 92 τὴν ἐπέτεον Bekk. Alii ἐπέτειον,. III. 89 τὴν ἐπέτεον Gaisf. Bekk. cum S. ἐπέτειον vulgo. — 95 ἐπέτεον Bekk. ἐπέτειον alii cum S. IV. 26 ἐπετέους nunc vulgat. ἐπετείους Ald. al. cum S. — 62 ἐπετέους Bekk. ἐπετείους vulgo; item V. 29. VI. 105. VIII. 108. βόεος habes II. 37. 168. ὠμοβόεος III. 9. IV. 65 bis. VII. 91 λαισήϊα — ὠμοβοέης πεποιημένα, sic nunc vulgat. ὠμοβοΐης Ald. F. S. ὠμοβοείης b. ὠμοβοείοις Eust. Il. p. 570 = 433. — Sed VII. 76 et 79 ἀσπίδας ὠμοβοΐνας vulgatum est, ubi utrobique cod. b. ὠμοβοείας. — χήνεος II. 37. 68. — αἰγέας αἰγέων IV. 189. αἰγέῃσι καὶ οἰέῃσι V. 58, sic αἰγέῃσι recte nunc vulgat. tum M. P. K. S. V. Olim αἰγείῃσι. — αἰγαίῃσι F. αἰγίῃσι b. — I. 188 ἡμιόνεαι e codd. S. V. sine haesitatione nostro restituendum erat pro vulgato ἡμιόνειαι, quamquam ab Athen. (II, c. 23. 171 Schweigh.) et Eustath. (ad Od. IV, p. 173, 22) hoc ex loco repetito. — Etiam pro vulgato μηλείων κρεῶν I. 119 (μηλίων Ald.) procul dubio μηλέων scribendum est. — τὰ ἔπεα τὰ Ἀριμάσπεα IV. 14 recte vulgat., quae alii Ἀριμάσπεια vel Ἀριμάσπια vocarunt: cf. Tzetz. Chil. II, 724 sq. Origen. ctr. Cels. III, 463. Strab. I, 21 D. XIII, 589 A. Paus. I, 24, 6 et Suid. s. v., (ed. Bernh.). — Ὑπερβόρεοι IV. 26 et Ὑπερβορέων (cf. Eust. ad D. Per. vs. 31. Suid. s. v. Ἀριστέας). IV. 13 Ὑπερβορέους et Ὑπερβορέων. IV. 32 Ὑπερβορέων bis, id. 33. 34. 35. Ὑπερβορέους IV. 33 bis et ibid. Ὑπερβορέοισι. — Et haec per ε scriptura nostro cum aliis permultis communis est, omninoque vulgaris fuisse videtur: Hym. Hom. in Dionys. vs. 29 Ὑπερβορέους. Pind. Pyth. X, 30 (Boeckh.). Aeschyl. Choeph. 370. Nonnus, narrat. my-

thol. septim. in Creuz. melett. I, p. 76 sq. Plat. Charmid. p. 158 B. Ἀβάριδος τοῦ Ὑπερβορέου. Plut. Camill. 22. Clemens Alex. Strom. I, p. 305. p. 334. In Strabonis libris (ed. Casaub.) tantum non ubique Ὑπερβόρεος, -βόρεοι etc. per ε scripta inveniuntur, veluti I, p. 62 a. et b. 61 d. 507 c. 711 c. Sed 595 Ὑπερβορείους vulgatum est, ut Eust. ad D. P. vs. 31 (Bernhardy) Ὑπερβορείους. Aelian. Nat. An. XI, 1 Ὑπερβορέων; sed IX, 10 Ὑπερβορείοις. Hinc intelligi potest, quomodo Steph. Byz. s. v. Hellanici rationem per ει hoc nomen scribendi, ut singularem, referre debuerit cf. Sturz. Hellanic. p. 50. Schol. Apoll. Rhod. II, 675. — VIII. 132 omnibus in exemplaribus recte scriptum Ἡρακλέας στήλας, legitur item IV. 152, nisi quod cod. d. ibi Ἡρακλέος habet et II. 33 Ἡρακλέων στηλέων recte Bekk. al. cum S., ubi vulgo male Ἡρακληΐων scribitur. IV. 8 Ἡρακλέων στηλέων Bekk. et cod. S. e rasura. Alii Ἡρακληΐων cum V. A. B. IV. 42 δι' Ἡρακλέων στηλέων Bekk. cum S. K. F. — Gaisf. al. Ἡρακληΐων. Ibid. Ἡρακλέας στήλας Bekk. cum F. S. Ἡρακληΐας Gaisf. alii; item IV. 43. 181. — IV. 185 Ἡρακλέων στηλέων Bekk. cum F. S. Ἡρακληΐων Gaisf. alii. — 196 Ἡρακλέων στηλ. Bekk. cum F. S. K. Ἡρακληΐων Ald. Gaisf. alii. — cf. Interppr. Greg. Cor. de dial. Ion. § 36 et grammat. Meerm. p. 649. — (Sed de Ὁμήρειος etc. vide infra in hujus libri capite de solvendis et contrahendis diphthongis et vocalibus.)

Jam supra p. 131 vidimus foeminina adjectivorum in υς (εος) exeuntium summa cum constantia apud nostrum et in nominativo et in accusativo singulari ultimam retinuisse correptam; hic demonstrandum est, penultimam Herodoteo e more constanter ε non ει fuisse cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 41 p. 440: τῆς θηλείας τὸ ι ἐξαιροῦσι, καὶ ἐπὶ πάσης πτώσεως τοῦτο ποιοῦσιν. Ἡρόδοτος (III. 85) τῶν θηλέων ἵππων μίαν, τὴν ὁ Δαρείου ἵππος ἔστεργε μάλιστα. καὶ πάλιν (ibid.) ἐγχρίμπτων τῇ θηλέῃ. — Et sic θήλεα habes III. 86. 109 bis. θηλέης II. 35. VII. 57. θηλέῃ III. 85, sic nunc vulgat. cum S. P. K. F. Paris. Greg. Cor. l. l. Eust. Hom. p. 546. sed Ald. male θήλεϊ, quod non est Herodoteum; cf. enim Eust. ad Hom. Il. ε' vs. 269 p. 546: τὸ δὲ θήλεας οἱ μὲν προπαροξύνουσιν ὡς ἀπὸ τοῦ ἡ θῆλυς, οἷον καὶ τὸ θῆλυς ἐέρση. οἱ δὲ παροξύνουσιν ὡς ἀπὸ τοῦ θήλεια θηλείας, κατ' ἀποβολὴν τοῦ ι θηλέας. Vide et Thom. Mag. p. 179, 9. Lob. Phryn. 247. — θήλεαν I. 105 recte Bekk. reposuit pro vulgato θήλειαν; nec debebant Koenius et Schaef. ad Greg. Cor. l. l. θηλέην proponere. — III. 102 θήλεαν Bekk. alii cum S. V. θήλεα Ald. a. θήλειαν P. K. F. — θήλεαι II. 66. IV. 23 (θήλειαι S.). — θηλέων βοῶν II. 18 et sic Origen. ctr. Cels. V, p. 254. — II. 46. 66. 93. III. 85 (cf. Greg. Cor. l. l.). 105. IV. 2. 186 bis. θηλέας I. 192 (sic nunc vulg. cum K. F. a. c. Alii cum S. θηλείας). II. 41 ter. III. 105, item Schol. Aristoph. Plut. 488. — ἡμίσεα συμφορή V. 111 omnibus in exemplaribus sic recte scriptum

exstat. VIII. 18 ἡμίσεαι vulgat. ἡμίσεες S. ἡμίσεα F. cf. Lob. Phryn. l. l. — τὰς ἡμισέας II. 10 paroxytonon scribendum, sic recte Bekk. Vulgo male ἡμίσεας cum Eust. ad D. P. vs. 431. sed VIII. 27 omnes τὰς ἡμισέας. — τρηχέα IV. 23 Bekk. Vulgo male τρηχέη cum P. K. F. Paris. τρηχεῖα S. Alii τρηχείη. Sed VII. 33 omnes ἀκτὴ τρηχέα. — IV. 23 τρηχέης vulgat. τρηχείης S. — 99 χερσονήσου τῆς τρηχέης καλεομένης sine variet. — τρηχέαν I. 71 Bekk. recte reposuit. τρηχείην vulgo. IX. 122 τρηχέαν Bekk. τρηχέην male vulgat. τρηχεῖαν S. — βαθέα I. 178 nunc vulgat. cum cod. b. βαθεῖα S. K. F. a. c. βαθέη d. — VII. 23 βαθέα Bekk. βαθεῖα male vulgat. — βαθέη II. 156. III. 110. — βαθέαν Bekk. I. 75, ubi male βαθέην scribitur (cf. Schol. Aristoph. Nub. 180). βαθείην S. — εὐρέα II. 7. 8. Etiam I. 178 εὐρέα vulgatum est cum codd. S. b., sed cod. d. εὐρέη. codd. K. F. a. c. εὐρεῖα. — τάφρον εὐρέαν omnes IV. 3. εὐρέαν II. 11 Bekk. Vulgo cum S. male εὐρέην. Alii εὐρείην. IV. 201 εὐρέαν Bekk. cum S. vulgo εὐρέην. quo ex loco Suid. s. v. τάφρος item male εὐρείην exhibet. — ἰθέα II. 17 nunc vulgat, ἰθεῖα a. et F. in ora. ἰθειέα S. — 34 ἰθέα Bekk. Vulgo ἰθεῖα. — ἰθέης I. 194. II. 161 *). III. 127 (ἰθείης Gaisf. alii **). IX. 37 (ἰθείης vulgo). — ἰθέη IX. 57. Bekk. Alii ἰθείη male. — ἰθέαν VII. 193 Bekk. ἰθεῖαν Gaisf. alii. — ἰθέας sic recte Bekk. I. 180. Vulgo male ἰθείας. — βραχέα V. 49. βραχέας VII. 61. 64. 77. 79. — βαρέαν II. 94 nunc vulg. cum S. βαρείαν F. βαρέην male Borheck. — VI. 119 ὀδμὴν — βαρέαν vulgo. βαρέην b. — δασέα III. 32 Bekk. δασεῖα male vulgat. IV. 109 δασέα Bekk. δασέη Gaisf. alii. δασείη cod. S. — Sed IV. 191 δασέα omnes sine varietate. — δασέαν III. 32 Bekk. Alii δασεῖαν. IV. 21 δασέαν Bekk. Alii δασέην. — ταχέας VIII. 23 Bekk., quod dialectum postulare adnotavit Wesseling. pro vulgato ταχείας. — ὀξέα IX. 23 Bekk. Vulgo ὀξεῖα. — πλατέα IV. 41. πλατέη II. 156. πλατέας III. 113 (πλατήους S.). — Et sic πλατέας etiam Ctesiam usurpasse, notavit Baehr. Ctes. Reliqq. p. 22. — Huc etiam trahendum est nomen insulae Πλατέα, apud nostrum constanter per ε scribendum. Et sic habes Πλατέα IV. 156 cum codd. P. K. F., ubi alii cum S. Πλάταια. IV. 169 Πλατέα nunc vulgat. Πλάταια S. V. Ibid. Πλατέης. — Πλατέαν IV. 151 bis, sic M. P. K. F. Πλαταίαν Ald. S. a. c d. — 152 (Πλάταιαν edd. vett.). 153 (Πλάταιαν edd. vett.). Haec Herodotea forma Πλατέα etiam vulgari Πλατεῖα confirmari potest cf. Steph. Byz. Πλατεῖα, νῆσος Λιβύης. — Etiam nominis χείρ quidam casus, qui vulgo per ει scribuntur, in nostris quidem Herodoteis editionibus per ε tantum scripti inveniuntur; quam scripturam quum male nostro inculcatam esse contendam, hoc exemplorum recensu opus esse videtur: χειρός I. 51.

*) ἰθέης Bekk. ἰθείης vulgo.

**) ἰθείας habet Suid. s. v. ἰθύ.

75. II. 30. 121, 5. 141. IV. 34. 172. VI. 31. VIII. 209. χειρί I. 174. II. 137. III. 54. 87. IV. 113. 155. V. 72 (item Suid. s. v. ἐγχλατεῖν). 100. VII. 20. (157 χεὶρ μεγάλη vulgo, χειρὶ μεγάλῃ S. V.) — χεῖρα II. 36. 80. 121, 5 bis. III. 87. VI. 114. — χεῖρες I. 39. VI. 91. — χειρῶν I. 119. 213. III. 8. V. 72. VIII. 89. IX. 48. χεῖρας I. 35. 45. 119. 126. 138. 208. II. 2. 60. 131. III. 144 (χεῖρα S. V.). IV. 79. 94. 136. VI. 44. 68. 91. VII. 8. 16, 3. 101. 143. 209. 212. 233. Et sic etiam nomina a χείρ derivata vel composita: χειρίδι VI. 72 (vide Wessel. ad h. l.). χειριδωτούς VII. 61. χειρόμακτρον IV. 64. χειροποίητος I. 195. χειροήθης III. 28. ἀποχειροβίωτος III. 42. αὐτοχειρίῃ I. 123. 140 et alibi. ἐγχειρίδιον V. 106. Sed ex isto loco II. 30, ubi nostri Herodotei libri omnes χειρός praebent, attulit Steph. Byzant. s. v. Αὐτόμολοι χερός ut Herodoteum: Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. Τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τούτοισιν (Herod. τούτοισι) ὄνομα (Herod. οὔνομα) Ἀσμάχην (Herod. Ἀσμάχ.) ὃ ἐστιν (Herod. δύναται δὲ τοῦτο τὸ ἔπος κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν) οἱ ἐξ ἀριστερᾶς (Herod. -ρῆς) χερὸς (Herod. χειρὸς) παριστάμενοι βασιλεῖ (Herod. λέϊ). Quo in loco si Stephanus ipse χερός ex suo exemplari Herodoteo posuit, id corruptissimum hic fuisse patet, neque majorem ei tribuendam esse fidem, quam nostris editionibus, sicubi has per ε scriptas formas exhibuerint: II. 169 χερός nunc vulgat. χειρός codd. P. K. S. V. F. III. 78 χερί vulgo. χειρί S. IV. 64 τὰς δεξιὰς χέρας vulgo. χεῖρας S. — 69 χέρας vulgo. χεῖρας S. V. 77 ἀριστερῆς χερός vulgo. χειρός S. VII. 42 χέρα vulgat. χεῖρα S. V. P. K. F. — 112 χερός vulgat. χειρός S. F. — 115 χερός vulgat. χειρός F. S. VIII. 106 χέρας vulgat. χεῖρας S. — 121 χερί vulgat. χειρί F. S. IX. 72 χερί vulgat. χειρί S. P. K. F. — Ad vulgatum autem χερί II. 106 et χερός IV. 71 nihil e codd. Mss. adnotatum est. Sed quum primo in libro semper recte sine ulla librorum dissensione χειρός, χειρί, χεῖρες, χειρῶν, χεῖρας legi videas, statim suspicio cuique oboriatur necesse est, si alia reliquis in libris inveniatur forma, hanc immerito a librariis invectam esse. Neque aliter rem se habere, docet id, quod et plerisque in locis omnes libri in formis per ει scribendis consentiunt, et in iis, ubi nostrae editiones aliam exhibent formam, unus aut alter, interdum etiam plures codd. Mss. veram praebuerunt scripturam, ut magis nostri editi libri quam manuscripti emendandi esse videantur; tum id, quod poetarum tantum proprias fuisse formas χερός, χερί etc. fere constat (cf. Bekk. Anecd. II, p. 1430) neque ferendas in genuina Herodotea oratione; denique quod derivata ac composita cum voce χείρ constanter hanc per ει sctiptam formam apud nostrum servarunt. Quae quum ita sint vel quibusdam vel omnibus invitis codd. Mss. ubique χειρός, χειρί, χεῖρα, χεῖρες, χειρῶν, χεῖρας ut sola Herodotea restituenda esse censeo. — δειρῆς III. 109 vulgat. (ut I. 51 τὰ ἀπὸ τῆς δειρῆς) sed δερῆς habent codd. S. V., sed δέρῃ, retracto quidem accentu, poeticum esse notum est (cf. Euripid.) neque ullo modo in Herodoteam orationem

inferendum. Nec magis ferendum est ζεάς, quod II, 36 edd. vett. praebent pro nunc vulgato ζειάς cum cod. S. et Erotiano et Galeno s. v. μετεξέτεροι.

Praeterea ει in ῑ quibusdam in vocabulis mutant Iones; sic dixit Herodotus sua e ratione ἴκελος pro εἴκελος: III. 81 ἴκελος vulgat. εἴκελος F. VIII. 8 ἴκελα Bekk. cum cod. S., ubi quidem plerique alii εἴκελα male exhibuerunt. — III. 110 προσίκελα Bekk. et S. προσεικ. vulgo. IV. 61 προσικέλους Bekk. προσεικ. Gaisf. alii. IV. 177 προσίκελος Bekk. προσεικ. Gaisf. alii. cf. Etym. Mag. p 297, 28 εἴκελος. τοῦτο ἐν μὲν τῇ ἁπλότητι γράφεται δίφθογγον, πολλάκις καὶ ῑ. ἐν δὲ τῇ συνθέσει ἀεὶ διὰ τοῦ ῑ. Quo ex praecepto satis patet, Bekkerum recte fecisse, quum istis in locis formas per ῑ scriptas restituit ac servavit; ac patet, nec Bekkerum neque alios recte fecisse, quod II. 12 προσεικέλην, non Herodoteum, retinuerunt, sed προσικέλην reponendum fuisse. Vide et ἰκέλως Hipp. de Gland. T. II, p. 494. 496. — Etiam ἴλη, ut multi alii*), sic etiam noster, ac constanter quidem, usurpavit pro εἴλη. I. 73 ἴλη Ald. Bekk. alii cum a. b. d. ἴλη c. e. sed Gaisf. alii cum M. F. εἴλη. I. 202 κατὰ ἴλας Bekk. al. cum a. c. Gaisf. cum F. κατὰ εἴλας. ὕλας S. d. εἴλας vulgo. I. 172 ἰλαδόν Bekk. al. ἱλαδόν a. c. Gaisf. alii cum M. K. F. εἰλαδόν. — Praeterea τοὺς ἱρένας IX. 85 et ibid. οἱ ἱρένες, quas legitimas Herodoteasque formas pro codd. Mss. scriptura ἱρέας et ἱρέες a Valckenario (cf. Plut. Lycurg. c. 17) nostro restitutas componere possis cum quodam Homerico loco (Il. 18, 531) ubi pro nunc vulgato εἰράων alii ἰράων vel ἱράων legi voluerunt. Vide Goettl. ad Hesiod. Theog. 38 et 804. — Ποσιδηΐου VII. 115 legitima est adjectivi paragogi correptio, cujus generis etiam Συρηκόσιος, μόριον, esse mox infra videbimus. Vide Triclinium ad Soph. Aj. vs. 293 (αἱ παραγωγαὶ τῶν πρωτοτύπων βραχύτεραι) et Lob. Aj. p. 194. — III. 91 habetur in cod. S. Ποσιδηΐου πόλιος pro vulgato Ποσειδηΐου**).

ευ Iones in ῑ mutant, quum dicunt ἰθύς, ἰθύνω; quam scripturam apud nostrum constanter retinendam esse contendo; et servavit eam ubique Bekkerus: ἰθύς I. 65 (εὐθύς Gaisf. alii). 96. III. 58 bis (sic nunc vulg. cum S. V. εὐθύς Ald. F. bis). V. 64 (εὐθύς vulgo). — ἰθύν I. 185. 117. ἰθέα II. 17. 34. ἰθέης I. 194. II. 161. III. 127. IX. 37. ἰθέῃ IX. 57. ἰθέαν VII. 183. ἰθέας I. 180. — ἰθέως III. 73. 155. IV. 68. V. 41 bis. 92, 2 et 7. VI. 10. 17. 49. VIII. 108. Etiam II. 121, 2 ἰθέως ἐνέχεσθαι nunc vulgat. cum M. P. K. S. V. F. a. b. d. Olim cum cod. c. εὐθέως. Ibid. ἰθέως

*) Xenoph. Cyrop. VI, 2, 36 κατ' ἴλας. Anab. I, 2, 16. Arrian. Anab. III, 12, 7. 13, 1. Plut. Lycurg. 16 κατ' ἴλην. Polyaen. IV, 9, 6 ἴλης. 4, 3 bis. 5, 1 et alibi; cf. Wessel. Diod. Sic. XVII, 33. — Homer. Il. II, 93 ἰλαδόν et Eustath. ad h. l. Suid. s. v. ἰλαδόν. — Aristoph. Vesp. 560 εἴλη κατ' ὄρθρον et Schol. εἴλη φιλῶς.

**) De Εὐβοϊκός vide infra p. 162.

καλέειν sine varietate. — ἰθύ I. 207. II. 119. IV. 89. 120 bis. 136. VI. 95. VII. 179. IX. 69. 89 et VIII. 38 ἰθὺ Βοιωτῶν vulgat. εὐθύ M. P. K. F. A. B. b. — κατιθύ IX. 51. — ἰθύτριχες VII. 70 libri Herodotei, quamquam Eust. Od. α' p. 1386, 17 = 13, 24 εὐθύτριχες hoc ex loco attulit. ἰθυμαχίη IV. 102. 120. ἰθαγενέα II. 17. ἰθαγενέες VI. 53 (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 161 p. 551)*). — ἴθυσαν IV. 122. ἰθύσειε I. 204. III. 39. ἰθύοντα VII. 8, 2. ἰθύνεται I. 194. ἰθύνεσθαι θανάτῳ II. 177. κατιθύνει II. 96. —

$\bar{o}$ cum $\bar{\alpha}$ permutatur in Ionico verbo ἀρρωδέειν**); quae mutatio apud nostrum constanter est servanda. I. 9 ἀρρωδέων et sic Etymol. Mag. p. 633, 43. — I. 111 ἀρρωδέων nunc recte vulgat. ὀρρωδ. S. — I. 156. III. 1. 119 (ubi quidem cod. S. ὀρρωδήσας). 130. 137. V. 35 bis. 98. VII. 49. 51. VIII. 63. 70. 74. 144. IX. 46. 58. — καταρρωδήσας I. 34 nunc vulgat. cum codd. a. c. Alii libri κατορρωδ. I. 80 καταρρωδήσας vulgat. κατορρωδ. male S. — I. 169 καταρρωδήσαντες omnes cf. et καταρρωδήκεε VIII. 103. 75. IX. 8. VII. 178. 207. III. 145. VIII. 132. VI. 9. VII. 38. 218. 139. 183. VIII. 4. IX. 45. 46. 58 bis. — ὑπεραρρωδέοντες VIII. 72. ἀρρωδίῃ IV. 140. VII. 173. VIII. 36. 70. IX. 7, 2. 101.

Pro $\bar{o}$ pronuntiarunt Iones $\bar{\varepsilon}$ in voce πεντηκόντερος similibusque, constanter sic per $\bar{\varepsilon}$ apud nostrum scribendis: I. 152 πεντηκοντέρῳ retinent omnes; 163 πεντηκοντέροισι. 164 τὰς πεντηκοντέρους. III. 39 πεντηκοντέρους. IV. 153 πεντηκοντέρους. 156 πεντηκοντέροισι id. VII. 163. VII. 36 πεντηκοντέρων id. 184. VIII. 2. 48. VIII. 1 πεντηκοντέρους bis id. 48. πεντηκόντερον VIII. 46. πεντηκόντεροι VII. 97. IV. 148 τριηκοντέροισι. VII. 97 τριηκόντεροι. VIII. 21 τριηκοντέρῳ. — Etiam III. 41 πεντηκόντερον recte vulgatum est, quamquam cod. b. πεντηκόντορον praebuit. — 124 πεντηκόντερον nunc recte vulgat. cum P. F. πεντηκόντορον edd. vett. cum S. d. — VI. 138 πεντηκοντέρους nunc vulgat. πεντηκοντόρους F. S. b. — VII. 36 πεντηκοντέρους vulgat. πεντηκοντόρους S. — Ceterum vide interppr. ad Xenoph. Anab. V, 1, 15. 16. VI, 4, 5. VII. 2, 8. — Similis ratio est vocabuli ἐξάπεδος formae, quam Herodotus II. 149 (ἑξαπέδου τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης) pro vulgari ἑξάποδος usurpavit; sic enim nunc recte vulgatum est cum codd. S. V. M. P. K., ubi Ald. F. a. c. aliam formam praebentes non audiendi sunt. cf. Lob. Parerg. p. 546.

Ut jam supra vidimus $\bar{\alpha}$ quibusdam in vocabulis in $\overline{\alpha\iota}$ ab Ionibus mutatum esse, sic etiam $\bar{o}$ in οι interdum transiit: ποίη enim noster frequentavit I. 132. IV. 53. 58 bis. 120. VIII. 115. ποιώδης IV. 47. ποιηφαγέοντος III. 25 (ποηφ. male S.) et 100. Et στοιῇσι III. 52 sic recte pleraeque editt. cum codd. S. V. στολῇσι

*) cf. et Plut. de Malig. c. 14 (Hutt.) ἰθαγενέες.
**) cf. Fisch. ad Vell. I, p. 97.

F. στοῇσι Gaisf. et alii. ῥοιάς IV. 143 et ibid. τῶν ῥοιέων et ῥοιῇ. VII. 41 ῥοιάς ter. De accentu hujus vocis vide Theodos. 72, 12. — Etiam pro vulgato χλόην IV. 34 (περὶ χλόην τινὰ εἱλίξαντες, quo solo in loco noster hoc nomen usurpavit) videndum est, ne Ionicae rationi convenientius χλοίην reponendum sit, quum hoc χλοίη Ionice pro χλόη dictum fuisse tradatur, et hoc et derivata ab hoc ac composita in Hippocratis libris per οι scripta exstent. cf. Foes. Oec. Hipp. sub vocibus χλοίη et ἐκχλοιοῦσθαι. — Ut autem codicis F. scriptura III. 108 προνοιΐη pro προνοίη praebentis rejicienda est, recteque codicum S. V. φλοιΐην pro φλοΐνην III. 98 (ἐσθῆτα φλοΐνην cf. Polluc. VII, 76. IX, 178) neglectum, sic etiam I. 74 ὁμοχροιΐην cum cod. F. vulgatum non Herodoteum esse judico, sed e cod. d. ὁμοχροίην reponendum. Qua forma ὁμοχροίη usus est etiam Hippocrat. (cf. Foes. Oec. s. v.) Aesch. Dialog. ὁμοχροίας ἅπτεται, et Lucian. Nigrin. ὁμοχροίας ἅπτεται. Xenoph. Cyr. 5, 18 et quo in nomine formando quum id unum tantum ι adsumi opus sit (unde Callimach. Lav. Pall. 28 χροΐαν diremtis vocalibus ο ι dixit; ceterum cf. Lob. Parerg. p. 492 et 496) neque nostro poetarum e more diphthongo οι alterum ι apponere licuerit, patet formam codicis d. ὁμοχροίην solam esse veram, solamque reponendam. — Ab Εὔβοια dicitur Εὐβοεύς VII. 156. VIII. 4. 5. 19. 20. Εὐβοΐδας μυέας III. 89. Εὐβοϊκῶν VII. 192. Εὐβοϊκόν III. 89 sic Bekk cum S. V. K. (Εὐβοεικόν Gaisf. alii). III. 95 Εὐβοϊκόν Bekk. S. V. (Εὐβοεικόν Gsf. al.). VIII. 19 Εὐβοϊκῶν Bekk. cum S. V. (Εὐβοεικῶν Gaisf. al.). III. 95 Εὐβοϊκῶν et Εὐβοϊκά Bekk. cum cod. S. (Εὐβοεικῶν et Εὐβοεικά Ald. Gaisf. al.). Quamvis enim ex analogia adjectivorum a substantivis in ευς exeuntibus derivatorum terminatio εικος legitima fuisset, ut κεραμεικός, ὀρεικός (cf. Lob. Phryn. p. 147; Buttm. gr. gr. II, p. 447 Not.) tamen usus et consuetudo non solum apud nostrum, sed etiam apud alios (Thucyd. I, 87 Εὐβοϊκά. Euripid. Hel. 767 Εὐβοϊκὰ πυρπολήματα. Strab. X, p. 449 Εὐβοΐται ποταμοί) terminationem ικος hoc in nomine retinuerunt. Et, quod jam supra p. 160 tetigi, μόριον, a μοῖρα derivando, usus est noster II. 16. VII. 23. τριτημόριον IX. 34. τριτημορίς I. 211. 212. VII. 121 (et Suid. s. v. τριτημορίς) et 131. — I. 192 τριτημορίη sic recte codd. K. P. F. τριτημοιρίη cod. S. quod non minus est vitiosum quam μόρης codicis F. I. 82 pro vulgato μοίρης.

Quamquam Aeolibus maxime proprium fuisse dicitur, pro ο quibusdam in vocibus υ pronuntiare, tamen etiam Herodotus IV 70 ὑπέατι pro ὀπέατι ex codd. Mss. auctoritate dixisse censendus est: τύψαντες ὑπέατι ἢ ἐπιταμόντες κ. τ. λ., ubi ὑπέατι editiones pleraeque et cod. S. ὑπεατίῃ b. ἐπέατίῃ F., ex qua codicis F. scriptura noli vulgarem formam ὀπέατι, ab. I. Vossio ad Pomp. Mel. II, 1. 112. propositam, a Reizio, aliisque immerito in ordinem receptam, nostro restituendam esse conjicere.

o ab Ionibus saepe in ου imprimis ante semivocales mutatum esse, satis est notum. Sic apud nostrum constanter οὔνομα scribendum est, et recte nunc constanter sic scribitur, quamquam nonnullis in locis quidam codices aliam praebuerunt formam (cf. enim Var. Lectt. ad I. 51. 122. II. 28. 50. 115. III. 63. IV. 45. VII. 180 alibi). Plus autem ac saepius in verbi οὐνομάζω, οὐνόμασα etc. formis constanter omnibus in temporibus modisque per ου scribendis, variatur, atque etiam in recentioribus editionibus nimis saepe ὀνομάσαι, ὀνομάζομαι, ὀνομασθῆναι, ὠνόμασα, alia vulgaria, in genuina Herodotea oratione nullo modo ferenda, inveniuntur, ut solus Bekkerus hac in re sit laudandus, quod ubique vel invitis omnibus codd. Mss. formas per ου initiale scriptas omnibus in temporibus recte servavit, quum nullo modo potuerit fieri ut aliter noster dixerit. Vide Var. Lectt. ad I. 7. 23. 35. 44. 72. 86. 94. 113. 120. II. 50. 69. 77. 79. 86. 125. 128. 132. 144. 155. III. 1. 33. IV. 6. 27. 33. 35. 59. 197. V. 52. 71. VI. 129. VII. 129. VIII. 44. IX. 32. 44. 94. ἐπουνομάζω IV. 35. VII. 117. προσουνόμασαν II. 52 Bekk. προσων. Gaisf. alii. — μετουνομάζω I. 94. IV. 155. 189. V. 69. VIII. 44. — οὐνομανέω IV. 47. ὀνομανέω F. — I. 178 οὐνομαστότατον Bekk. ὀνομαστ. Gaisf. alii. — II. 17 οὐνομαστὴν nunc vulgat. ὀνομαστ. codd. F. S. — 178 οὐνομαστότατον nunc vulgat. ὀνομαστ. S. — cf. et Var. Lectt. ad III. 136. IV. 58. V. 102. VI. 114. VII. 22. 59. 98. 109. 224. IX. 94. VIII. 89. VI. 126. IX. 27. IV. 47. — οὐνομαστὶ III. 14 Bekk. al. cum F. οὐνόματι S. ὀνομαστὶ a. b. f. V. 1 οὐνομαστί Schaef. Bekk. ὀνομαστὶ Gaisf. alii. ὀνομασταὶ S. VI. 79 οὐνομαστί Bekk. ὀνομαστί Gaisf. et vulgo. — Sed vulgarem ac vulgatam nominum Ὀνομαστός VI. 127 et Ὀνομάκριτος VII 6 formam mutare non ausus sum. — Praeterea νοῦσος, sed quod mireris νοσέειν constanter nostri in libris servanda sunt; et νοῦσος quidem sine varietate per ου scriptum habes I. 22. 25. 105. 161. 197 bis (ὁμοίην νοῦσον. ἥντινα νοῦσον). 216. II. 77 αἱ νοῦσαι. 84 τῶν ἀφανέων νούσων. 142 νούσους. III. 33 bis. 99 bis. 100. 120. 143. V. 122. VI. 52. 75. VII. 46. 83. 88. Etiam ubi variatur recte nunc Herodotea scriptura praelata est: I. 19 τῆς νούσου vulgat. sed νόσου F. a. c. e. et infra eodem capite pro recte vulgato περὶ τῆς νούσου. — I. 197 περὶ τῆς νούσου vulgat. νόσου F. S. a. c. II. 77 τὰς νούσους vulg. νόσ. S. — 84 νούσου vulgat. νόσου S. III. 149 νούσου vulg. νόσ. S. VI. 12 ἐς νούσους vulg. νόσ. S. VII. 117 ὑπὸ νούσου vulg. νόσου S. IX. 34 τῆς νούσου vulg. νόσου S. F. — Sed νοσέειν ubique sine varietate exstat: I. 19. 105. III. 33. 73. 99. 149. V. 28. VII. 88. VIII. 115. — Porro μοῦνος ejusque derivata ac composita constanter apud nostrum per ου scribenda sunt. Et μοῦνος quidem permultis in locis sine varietate per ου scriptum exstat (veluti I. 18 bis. 25. 38. 101. 102. 141. 142. 175. 183. 216. II. 62. 63. 68. 92. III. 1. 5. 8. 30. 55 (et sic Greg. Cor. d. d. Ion. § 1). 83. 108. IV. 138. V. 119. VI. 121 VII. 220. 222. 224. VIII.

73. IX. 87 et saepissime alibi) ut etiam ubi variatur aut nulla varietas adnotata est, tantum non ubique in Bekkeriana editione diphthongus ου recte praelata est: I. 4 μούνας vulgat. μόν. A. c. 32 μούνοισι Bekk. alii. cum Stob. 105, 63. Alii μοῦνον. μόνον cod. c. — 55 μούνους nunc vulg. μόν. Ald. a. e. — 116 μοῦνον vulg. μόν. F. — 148 μοῦναι nunc cum M. K. F. Olim μόναι. cf. et Var. Lectt. ad I. 188. 200. II. 3. 12. 20. 29. 87. 104. 133. III. 12. 138. 159. IV. 118. VI. 62. 127. VII. 84. 205. 224. 235. VIII. 85. 112. 137. IX. 27 et IX. 72 ubi Bekk. al. cum cod. F. recte οὐ μοῦνον, sed Gaisf. alii μόνον. μόνων S. Quare etiam οὐ μόνον II. 19 et VII. 9 adhuc omnibus in editionibus male retentum sine ulla haesitatione in Herodoteum οὐ μοῦνον mutandum est. — μουνόθεν I. 116. — μουνόω I. 102. VI. 15. I. 116. IV. 113. VI. 75. VII. 139. VIII. 62. 123. IX. 61. — μουνομαχίη V. 1. 8. VI. 92. μουνομαχέειν IX. 26. 27. 48. et VII. 104 μουνομαχέοιμι vulgat. μονομαχ. S. — μουνόφθαλμος IV. 13. 27. 32. III. 116 μουνοφθάλμους vulgat. sed μονοφθ. S., qui quidem infra eod. cap. μουνόφθαλμοι cum vulgata. — μουνοφυής IX. 83. — μουνόκωλα I. 179. — II. 175 οἴκημα μουνόλιθον sine varietate, sed ibid. habent Ald. alii τῆς μονολίθου pro vulgato nunc cum codd. R. B. μουνολίθου. — μουνογενής II. 79. VII. 221. — μουναρχίη I. 55. III. 80 bis. 82 bis. VII. 154 (ubi cod. F. male μοναρχίην). μούναρχος III. 80 bis. 82 bis. V. 46. VII. 165. VI. 23. 24. μουναρχέειν V. 46. 61. — Eadem cum constantia τὸ οὖρος, ὁ οὖρος, ὅμουρος etc. per ου apud nostrum scribenda sunt. Raro quidem τὸ οὖρος sine varietate legitur (ut I. 131 οὐρέων et sic Orig. ctr. Cels. p. 259 hoc ex loco*)), sed quum etiam ibi, ubi codd. quidam, maxime F. et S. vulgarem praebuerunt formam, nunc hi recte non auditi sint, patet Bekkerum recte fecisse quod ubique, etiam ubi nostrae editiones in vulgari forma, nulla varietate adnotata, male consentiunt, Herodoteum οὖρος reposuit cf. Var. Lectt. ad I. 36. 72. 80. 110. 111. 113. 117. 203. II. 158. 28. 12. 8. 10. 75. 99. 124. III. 5. 54. 60. 97. 111. 117. IV. 23. 25. 43. 49. 184. V. 17. 101. VI. 96. VII. 111. 112. 128. 129. 130. 131. 174. 198. 199. 200. 212. 213. 214. 216. 217. 218. 223. VIII. 33. 90. 116. 135. 138. IX. 93. 102. — I. 43 τὸ οὖρος Schaef. Bekk. ὄρος Gaisf. et vulgo. — 104 τὸ Καυκάσιον οὖρος Bekk. ὄρος Gaisf. et vulgo. — 175 οὖρος τειχίσαντες Bekk. ὄρος vulgat. ὀροστοιχίσ. V. II. 6 τὸ Κάσιον οὖρος Bekk. ὄρος vulgo. — 8 τῆς Ἀραβίης ὄρος et λῆγον τὸ ὄρος, et τὸ ὄρος τοιοῦτο et ὄρος ἄλλο Gaisf. et vulgat. Bekk. ubique οὖρος. — 12 οὖρος τοῦτο Bekk. ὄρος vulgo. — 99 τὸ οὖρος τὸ ψάμμινον Bekk. ὄρος vulgo. — 150 παρὰ τὸ οὖρος

---

*) Vide et I. 189 οὔρεσι. II. 28. III. 117 (περικληΐοντος οὔρεος et τὰς διασφάγας τῶν οὐρέων). IV. 194. V. 16. VI. 105. VII. 74. 218 (τοῦ οὔρεος).

Bekk. ὄρος Gaisf. et vulgo. — 158 τὸ παρὰ Μέμφιν τεῖνον οὖρος Bekk. ὄρος Gaisf. et vulgo. III. 5 τὸ Κάσιον οὖρος Bekk. ὄρος Gaisf. et vulgo. IV. 47 οὖρος Bekk. ὄρος vulgo, item VII. 22. 42. 113. 115. 176. — Et ὁ οὖρος habes I. 32 (οὖρον — προτίθημι et sic Stob. Serm. 103 p. 564). 74. 93. 172. 216. III 5. 91. 117. V. 9. 49. 52 ter. IV. 33, 52. 99. 125 bis. 163. VI. 108 bis. VII. 126. VIII. 124. Etiam I. 72 ὁ γὰρ οὖρος recte vulgatum est cum V. b., quamquam codd. S. M. F. a. c. ὄρος male praebent cf. Eust. Hom. p. 194, 15 = 112 extr. II. 17 τοὺς οὔρους vulgat. ὄρους F. S. VII. 30 ἐπὶ τοὺς οὔρους et τοὺς οὔρους vulgat., sed cod. F. ὄρους male. IV. 52 ἐν οὔροισι, sic S. F. al. Eust. Hom. p. 149. Olim male οὔροισι. — προσούρῳ II. 12. πρόσουρα II. 18. πρόσουροι III. 97 (et sic Eust. Od. p. 1386). 102. V. 49. ὅμουρος I. 57. 134. II 65. IV. 125. VII. 43 et VII. 8, 3 ὅμουρον ἐοῦσαν vulgat. ὁμουρέουσαν τῇ ἡμετέρῃ Schaef. Bekk. alii recte cum codd. M. P. K. F. — ὅμορον ἐοῦσαν S. — ὁμουρέειν II. 33. 116. VIII. 47 et VII. 8, 3 γῆν τὴν Περσίδα ἀποδέξομεν τῷ Διὸς αἰθέρι ὁμουρέουσαν vulgat. ὁμορέουσαν S. V. Eust. Il. p. 707. — VII. 123 ὁμουρεουσέων vulgat. ὁμορέουσ. S. — προσόμουροι IV. 173 vulgat. προσόμοροι F. male. — οὐρίζειν II. 16. 158 (οὐρίζοντες vulg. ὁρίζ. S. V. Eust. ad D. P. 260). III. 142 (οὔρισε Bekk. sed Gaisf. et vulgo male οὔρισε). IV. 42. 51. 56. 57. 180. VI. 108. VII. 123. 127. διουρισάντων IV. 42. 45. — οὔρισμα II. 17. IV. 45 (οὐρίσματα, alii male οὐρίσμ.). Porro κουλεοῦ III. 64 vulgat. cum Eust. Hom. p. 290, 2 = 219, 27 (παρ' Ἡροδότῳ καὶ τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφους ὁ μύκης ἀποπίπτει) sed codd. P. S. F. male κολεοῦ. (οὐλαὶ mola ex hordeo I, 132. οὖλος, crispus, VII. 70. οὐλότριχες II. 104. sed ὅλος, totus, constanter per ο, II. 126 IV. 64. V. 88. VII. 187. VIII. 113. quamquam in Homeri carminibus οὖλος hoc in significatu usurpatum esse notum est.). — Praeterea Οὔλυμπος constanter per ου scriptum apud nostrum servandum est; et sic Οὐλύμπου οὔρεος VII. 74 sine varietate exstat. I. 36 Οὐλύμπῳ nunc vulgat. cum M. aliis; Ὀλύμπῳ male codd. S. F. a. b. d. e. — 43 Οὔλυμπος vulgat. Ὄλυμπ. M. S. P. F. a c. e. — 56 Οὔλυμπον vulgat. Ὄλυμπ. M. P. F. a. b. c. d. VII. 129 Οὔλυμπος vulgat. Ὄλυμπ. S. V. P. F. M. — 173 Οὐλύμπου vulgat. Ὀλύμπ. S. V. F. — Sed ut his in locis jure formam per ου scriptam ubique praelatam esse inter omnes constat, sic nullam video justam causam, cur non Ὄλυμπον VII. 128, male adhuc vulgatum, vel invitis omnibus codd. Mss. statim in Herodoteum Οὔλυμπον mutandum sit. — Etiam Οὐλυμπιηνοί VII. 74 recte est vulgatum quamquam codd. S. V. Ὀλυμπιηνοί exhibent; unde et vulgatum Ὀλυμπικήν VII. 172 (δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολὴν τὴν Ὀλυμπικήν) nullus dubito in Herodoteum Οὐλυμπικήν mutare. — Verumtamen Ὀλύμπιος II. 7. 44. Ὀλυμπίη II. 160. V. 22. VI. 127. VII. 170. VIII. 134. IX. 81. τὰ Ὀλύμπια I. 59. VI. 36. 126. VIII. 26. Ὀλυμπιάς VI. 70. 103 quater. 125. VII. 206. IX. 33. Ὀλυμπιονίκης

V. 47. 71. Ὀλυμπιόδωρος IX. 21 omnes nostri libri, nulla varietate adnotata, per ο scripta ubique exhibent; etsi, ut Ξειναγόρης, Τιμόξεινος nostrum dixisse constat (cf. supra p. 150) sic etiam Οὐλυμπιόδωρος et Οὐλύμπιος etc. per ου scripta exspectes cf. Pind. Olymp. III, 3 (Boeckh.) et 15 et 36. — κουριδίας γυναῖκας I. 135 (sic M. K. F. a. κουριδίους edd. vett. cum c.) omnibus in libris per ου scriptum exstat; item V. 18 κουριδίας et VI. 138 κουριδίων. — Eodemque modo Διοσκούρων II. 50 ab omnibus recte retinetur; etiam II. 43 Διοσκούρων vulgo sic recte scribitur, ubi non audiendus est cod. S., ab Atticista quodam, ut videtur, perperam correctus (cf. Lob. Phryn. p. 235 sq. Greg. Cor. p. 300) Διοσκόρων substituente, ut VI. 127 Διοσκόρους pro recte vulgato Διοσκούρους; et VIII. 65 τῇ Δημητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ pro vulgat. nunc cum codd. M. F. τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ. — Ac valde miror vulgata κόρας et κόραι IV. 33 et 34 usque ad hunc diem tolerata fuisse, quae vel omnibus codd. Mss. invitis haud dubie in κούρας et κοῦραι mutanda erant; quam formam Greg. Cor. d. d. Ion. p. 387 disertis verbis Ionibus tribuit: τῷ ο ὑπερβάλλουσι τὸ υ· κόρη κούρη, νόσος νοῦσος. — Ac similem in modum etiam auctor Vit. Hom. c. 30 κουροτρόφος dixit. — Nominum γόνυ et δόρυ casus obliquos et nominativos plurales quamquam et veteres et recentiores grammatici consentiunt Ionice per ου scriptos fuisse, ejusque causam suo more exponunt (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 489. Buttmann. gr. gr. I, p. 229) tamen aliquoties apud nostrum Attice scripti exstant. — Δούρατα quidem omnes recte retinent I. 79. δούρασι I. 172. γούνατος II. 80. γούνατα I. 199. III. 103. γουνάτων IX. 7. γούνασι IV. 152. sed I. 112 pro vulgato γουνάτων exhibent codd. F. a. γονάτ. II. 132 γούνασι vulg. γόνασι P. K. F. VII. 88 ἐν τοῖσι γούνασι ἀπέταμον vulgat. γόνασιν ἀπέτεμον male S. V. 86 γούνατα nunc vulgat. Alii γόνατα. — Ut his igitur in locis, ubi variatur, nemo facile dubitabit formas per ου scriptas praeferre, sic male vulgata δόρατα VII. 89. 224. IX. 62. δόρασι VII. 41. 135. 211, etiamsi nulla codd. Mss. auctoritate adjuto mihi constat in δούρατα et δούρασι mutanda esse. Sic etiam pro vulgato δοράτια I. 34 reponi velim δουράτια. — Sed δοριαλώτου VIII. 74 et IX. 4 nemo erit qui in δουριαλώτου mutet, quum δουρός, δουρί poetis, non nostro concedenda sint. Num autem δοριαλώτου, nunc utrobique cum codd. F. S. vulgatum, an δορυαλώτου, ab edd. vett. exhibitum, scribendum sit, alia est quaestio, multum quidem ac saepe illa agitata, sed nondum ne Lobeckii quidem disputationibus (Parerg. p. 683 sqq. Aj. p. 159 sqq.) ad liquidum perducta. Sed quum haec quaestio ab hoc loco aliena sit, copias meas de hac re e dicendi scriptorum genere collectas alio loco expromere visum est. — Etiam τὸν οὐδόν, limen, noster dixit I. 90 pro Attico τὸν ὀδόν, et III. 14 οὐδῷ. Sed ἡ οὐδός (via, iter) pro ἡ ὁδός (semel tantum apud Hom. (Od. 17, 196) obvium, vide ad h. l. Eustath., qui Aeolicam epenthesin illam vocat) perperam

hic illic in nostri orationem irrepsit; quod quidem, altera forma legitima omnibus libris consentientibus tam saepe obvia, nemo jam dubitabit, quin vi et furca sit expellendum: I. 123 τῶν ὀδῶν φυλασσομ. vulgat. οὐδῶν male S. — II. 7 τῶν οὐδῶν τουτέων olim vulgabatur, pro quo nuperi editores plerique cum codd. S. K. F. a. verum ὀδῶν restituerunt; eodemque modo III. 126 pro vulgato olim κατ' οὐδόν, nunc recte cum codd. S. V. P. K. F. κατ' ὀδόν scribitur. — De adjectivi forma πουλύς, πουλύ a nostri dialecto aliena jam supra est dictum. Et supra jam p. 160 mentionem injeci paragogi Συρηκόσιος, apud nostrum, ut apud veteres Atticos (cf. Poppon. Thucyd. I, p. 213. Stallb. et Schneider. ad Plat. Rempubl. III, p. 404 D.) constanter per ο scribendi, quamquam ne uno quidem in loco omnes sibi constant libri, atque immerito haec scriptura interdum etiam in nomen Συρήκουσαι irrepsit. VII. 154 πρὸς Συρηκοσίους Bekk. cum codd. P. K. V. Συρηκουσ. Gaisf. alii. Συρρηκουσ. S. Ibidem Συρηκοσίους δὲ Κορίνθιοι — ἐρρύσαντο Bekk. cum S. Συρηκουσίους vulgo. Ibidem Συρηκοσίους Bekk. Συρρηκοσίους S. Συρηκουσ. Gaisf. et vulgo. Ibid. Συρηκοσίων δὲ ἦν Bekk. Συρρηκοσίων S. Συρηκουσ. vulg. VII. 155 τοὺς γαμόρους τῶν Συρηκοσίων Bekk. Συρρηκοσίων S. Συρηκουσ. vulg. Συρηκουσέων F. Ibid. ὁ γὰρ δῆμος ὁ Συρηκοσίων Bekk. Συρηκουσ. vulg. VII. 159 Συρηκοσίων Bekk. cum S. (qui quidem suo more Συρρηκοσ.) Συρηκουσ. Gaisf. et vulgo. Eust. ad Hom. Il. η' p. 670 = 540 ἀφαιρεῖσθαι ὑπὸ Συρακουσίων καὶ Γέλωνος. — VII. 161 Συρηκοσίων Bekk. cum S. Συρηκουσ. vulg. Ibid. Συρηκοσίοισι Bekk. cum S. Συρηκουσ. vulgo. — 166 Συρηκόσιον Bekk. cum S. Συρηκούσ. vulgo. — 167 ὡς Συρηκόσιοι Bekk. Συρηκούσ. Gaisf. alii; alii aliud his in verbis mutant. — Ad hanc per ο scribendam formam pertinet etiam Herodiani grammatici praeceptum, ex quo non solum ο, sed etiam geminatum σ hoc in nomine scribi voluit cf. Bekk. Anecd. II, p. 1421 Συρακόσσιος· οὕτω γὰρ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου διὰ δύο σσ καὶ διὰ τοῦ ο γράφων τὸ ὄνομα παραδίδωσι; collat. Etymol. Mag. p. 80, 38. — In eodem Etymol. Mag. p. 280, 16 legitur γλωσσῇ Συρακοσσίδι; et Συρακόσιος apud Theocrit. 15, 90. 16, 78. 17, 1. — Etiam Herod. VII. 154 pro hoc nunc recte vulgato πλὴν Συρηκουσέων cum cod. F. habet cod. S. Συρηκοσίων, edd. vett. Συρηκουσίων. VII. 156 ἅπαντας ἐς τὰς Συρηκούσας ἀγαγὼν vulgat. Συρηκόσας K. Συρακόσας (ρ superscr.) S., altera ρ superscripta. sed vide VII. 155. 156 quinquies. 157. — Bekkero igitur ubique Συρηκόσιοι et Συρήκουσαι nostro restituenti assentiendum esse duco, et plures etiam, quam cod. S., hanc vel similem scripturam secutos esse conjici licet. — Alia autem hujus generis ut ἱρογίαι pro ἱρουργ. προβόλους codicis S. VI. 7 pro προβούλους, non Herodotea sunt.

ου pariter ab Ionibus ac Doribus in ω mutata est, quum particulam οὖν solebant ὦν pronuntiare. Sic constanter nunc apud

nostrum forma ὦν est restituta, quamquam nonnullis in locis quidam codices Atticam praetulerunt formam I. 8 ὦν nunc vulgat. οὖν S. V. 32 οὕτω ὦν (οὕτως οὖν S. V.) 36 νῦν ὦν (οὖν S.) — 194 ἐπεὰν ὦν ἀπίκωνται (olim οὖν) II. 52 ἐπεὶ ὦν (οὖν S. γοῦν c.) III. 57. ὅτε ὦν ἐποιεῦντο (οὖν F.). Sic etiam constanter οὔκων scribitur, et οὐκῶν IX. 16. δῆθεν ὦν II. 22. τοιγαρῶν IV. 149 nunc vulg. cum P. F. M. τοιγαροῦν male edd. vett. cum S. —

Iones in quibusdam nominibus gentiliciis pro ῶ pronuntiasse η (ᾱ) constat; ita ut Hermannus, hujus rationis memor, recte in Orph. Argon. 1360 pro vulg. Μαλεῶτις restituerit Μαλεῆτις sive Μαλεᾶτις (ut Xenoph. Hellen. VI, 5, 24 ὑπὲρ τῆς Μαλεάτιδος cf. Steph. Byz. s. v. Μαλιεύς ... λέγεται καὶ Μαλεάτης. Eust. ad Hom. Il. δ' p. 468=357. ad D. P. vs. 163 (Bernh.) Wessel. ad Herod. IX. 31. Lob. Parerg. p. 700) et Herodotus pro Μαιῶτις aliisque hoc ex genere constanter Μαιῆτις dixisse censendus sit. Et Μαιήτιδος I. 104 omnes exhibent. IV. 45 Τάναϊν τὸν Μαιήτην λέγουσι, sine variet., nisi quod Procop. bell. Goth. IV, 6. haec Herodotea laudans suo e dicendi genere Μαιώτην posuit. — IV. 57 λίμνην Μαιῆτιν. 86 Μαιῆτις. 100 Μαιήτιδος. 101 Μαιῆτιν. 110 Μαιήτιδος et 116. — Μαιῆτιν 120. 123. 133. — Μαιητέων IV. 123. Quibus exemplis hic Herodoteus usus extra omnem dubitationem positus est, ut IV. 20 codd. M. P. K. S. Μαιώτιδος pro vulgato cum cod. F. Μαιήτιδος praebentes jure non auditi sint, et IV. 21 cod. S. vulgato τῆς Μαιήτιδος λίμνης substituens Μαιώτιδος; et jam dudum male vulgatum Μαιῶτιν IV. 3, vel invitis omnibus codd. Mss., in Herodoteum Μαιῆτιν mutandum esset. Eodemque modo etiam Ἱστιαιῆτιν et Ἱστιαιήτιδος I. 56 et VII. 175 scribenda sunt pro vulgatis Ἱστιαιῶτιν et Ἱστιαιώτιδος; ut est VIII. 23 Ἱστιαιήτιδος recte vulgat. cum codd. S. V. — Ἀμπρακιητέων recte vulgat. IX. 28, quamquam codd. S. V. vulgarem formam Ἀμπρακιωτέων praebuerunt (cf. Bernhardy ad Dionys. P. p. 681) IX. 31 Ἀμπρακιήτας vulgo. Ἀμπρακιώτ. V. d. Ἀμβρακιώτ. S. — quare et VIII. 47 adhuc male ab omnibus retentum Ἀμπρακιώτῃσι in verum Ἀμπρακιήτῃσι vertendum est. Sed Πελασγιώτιδας γυναῖκας II. 17 (quod foemininum Πελασγιῶτις in nostris lexicis graecis vulgo deest) et Φθιῶτιν I. 56. Φθιῶται VII. 132. et Θεσσαλιῶτιν I. 57. in nostris omnibus editionibus sic per ω scripta exstant, quae quidem verisimile est Herodotum ipsum per η scripsisse, ut Schaef. I. 56 Φθιῆτιν suo jure reposuisse videatur. Ἰταλιωτέων autem IV. 15 immutatum relinquendum esse apparet. cf. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 793 Lob. ad Butt. II, p. 429 sq.

ω in quibusdam nominum terminationibus, alias Atticam quandam flexionem secutorum, Herodoteo e more in ο mutatur, ut illa apud nostrum ad normam vulgaris secundae declinationis flectantur. Sic legitur VIII. 76 ἀμφὶ τὴν Κέον omnibus in libris (quam ad correptionem verosimile est formam Κεῖοι VIII. 1. 46. omnium librorum auctoritate munitam referendam esse, quum Κηΐων IV. 35 et

Κηΐον V. 102 ad formam *Κέως* (*Κῆος*) revocanda sint cf. Buttm. gr. gr. I, p. 103. Eust. Hom. Il. β' p. 318=241. Steph. Byz. s. vv. *Κῶς* et *Τέως*). Praeterea *κάλον* II. 28. *κάλῳ* II. 96 bis. III. 14. *κάλους* II. 36 (cf. Eust. ad Hom. Od. ε' p. 222) neque immerito ab editoribus scriptura codicum K. d., pro *κάλον* recte vulgato II. 28 Atticum *κάλων* praebentium, rejecta est. — Neque etiam Atticum *λαγώς*, neque Homericum *λαγωός*, quod etiam communis dialecti scriptoribus in usu fuisse Lob. ad Phryn. p. 186 sq. ostendit, nostrum usurpasse, sed constanter Ionicum *λαγός*, ii jam editores recte perspexerunt, qui scripturis illis repudiatis codicibusque eas praebentibus fide abrogata, ubique Ionicas formas a recta *λαγός* deductas nostro restituerint. Et *λαγός* habes III. 108 nunc vulgat. cum cod. S., ubi quidem codd. V. P. K. F. a. b. d. *λαγώς* praebent, alii *λαγωός*. IV. 134 *λαγός* vulgat. *λαγώς* d. *λαγωός* V. I. 123 *λαγοῦ*. *λαγόν* I. 124. 123 bis vulgo cum codd. S. F. a. c. (cf. Athen. IX, p. 400. C.. qui quidem ipse paulo post p. 400 E. ex Herod. III. 108 male *λαγώς* attulit. Eust. Hom. p. 1534, 14=222, 22.). Alii *λαγών* bis. — IV. 134 *λαγόν* vulgat. *λαγωόν* S. V. VII. 57 *λαγόν* nunc vulgat. cum cod. S. *λαγών* F. Paris. — De *πλέος*, *πλέη*, *πλέον* pro Attico *πλέως* et Homerico *πλεῖος* jam supra est dictum p. 154 sq. Huc autem ne *Μάντερος* (S. V.) pro *Μαντέρως* II. 79. *Μενέλεος* (M. P.) pro *Μενέλεως* II. 116. *Ἀρκεσίλεος* (S. K. M. P.) pro *Ἀρκεσίλεως* IV. 160 (cf. et IV. 163. 164 cum Var. Lectt.) *Ἀμφιάρεος* (S.) pro *Ἀμφιάρεως* VIII. 134. *Στησίλεος* (S.) pro *Στησίλεως* VI. 114. *Πηρίλεος* (S. Wessel. al.) pro *Πηρίλεως* IX. 103 cum F. a. c. *Σαβακόν* (S. V.) pro *Σαβακών* II. 137 (vide et Var. Lectt. ad II. 152.) *βουκερόν* (S.) pro *βουκερών* II. 41. *Ἴναρος* (S.) pro *Ἰνάρως* VII. 7 (cf. III. 12.) aliaque id genus referas, caveas. Haec enim scribarum negligentiae debentur, non nostri scriptoris Ionicae dialecto. (ceterum vide Priscian. libr. VI. c. 13 fine p. 266 (Krehl)). — Sed *Χίλεος*, IX. 9 apud nostrum sic sine varietate scriptum, immutatum adhuc reliqui, quamquam ap. Plut. de Mal. Herod. c. 41 *Χείλεως* et *Χείλεων*, in vita Themist. c. 6. *Χείλεων τὸν Ἀρκάδα* scripta exstant, et Polyaen. V. 30 *Χίλιος* (alii *Μίλιος*) praebuit. Plutarchi enim editionibus in nominibus propriis scribendis non recte credendum est, quum haec saepius in iis corrupte scripta exstare notum sit, necdum de nominis *Χίλεος* etymologia totaque conformatione mihi constat. — Singulare autem est nomen *ζόη*, retracto accentu Ionice formatum pro vulgari *ζωή* (cf. Eust. ad Hom. Il. p. 411=311.) et hoc Ionicum *ζόη* ubique apud nostrum retinendum est, et nunc quidem recte retinetur, quamquam alii libri fere constanter aliam praebuerunt formam cf. Var. Lectt. ad I. 32. 38. 85. 199. II. 36. 77. 105. 143. 177. III. 22. 23. 160. IV. 112. 114. 159. 205. VI. 52. 117. VII. 46 bis. VIII. 105 bis. Sed. I. 157 *ζόης* sine variet. exstat.

His statim commode adnecti posse videtur quaestio de Herodotea quorundam verborum scriptura, in quibus, quum alii aliam

pronuntiarint vocalem, haud exigua Herodoteae dialecti cernitur proprietas. Herodotus enim pro vulgari forma ζῆν constanter usus est ζώειν; sic ζώειν scriptum habes I. 31. III. 22. ζώει III. 22. ζώουσι I. 214. II. 36. III. 22. IV. 177. ζώοντα I. 203. ζώουσαν I. 214. ζωόντων III. 119. ζώουσι (Dativ.) III. 80. ζώοντας VII. 114 bis. ἔζωον IV. 112. Sed I. 86 ubi Bekk. recte scripsit ζώοντα κατακαυθῆναι exhibent Gaisf. alii ζῶντα; et eod. cap. ζώοντα πυρὶ διδοίη nunc vulg. cum cod. F. Alii ζῶντα cf. Eust. ad Il. p. 288, 15=218, 11. — Eod. cap. τῶν ζωόντων nunc vulg. cum codd. F. a. c. Alii ζώντων. I. 156 ζώοντα Bekk. ζῶντα Gaisf. alii. — I. 120 ἐπέζωσε Gaisf. alii cum codd. S. M. K. ἐπέζησε male Ald. Bekk. cum F. a. — II. 69 ζώοντας nunc vulg. cum F. Alii ζῶντας. — 92 ζώουσι Bekk. ζῶσι Gaisf. alii. — 162 ζώοντα Bekk. ζῶντα Gaisf. alii; item III. 10. IV. 14. VII. 166. — III. 25 διέζωον nunc vulg. διέζων S. V. — 35 ζώοντας nunc vulg. ζῶντας cod. S. — 127 ζώοντα nunc vulg. ἢ καὶ ζῶντα K. ἢ ζῶντα S. — IV. 22 ζώουσι nunc vulg. ζῶσι S. — ζώοντες nunc vulg. ζῶντες cod. S. — 23 ζώοντες Bekk. ζῶντες Gaisf. alii. — ζώουσι Bekk. cum cod. S. ζῶσι Gaisf. alii. 46 ζώοντες nunc vulg. ζῶντες S. — 94 ζώοντι Bekk. ζῶντι Gaisf. al. 103 ζώουσι Bekk. ζῶσι Gaisf. alii. — 205 ζώουσα Bekk. ζῶσα Gaisf. et vulgo. VI. 30 ζώοντα nunc vulgat. ζῶντα S. V. — 58 ζώουσι (Dat.) Bekk. ζῶσι Gaisf. alii. — VII. 33 ζώοντα Bekk. ζῶντα Gaisf. al. cf. Eust. Hom. Od. p. 1923, 43=789,28. 46 ζώειν Bekk. cum codd. M. P. K. ζόειν Gaisf. cum F. ζῆν codd. S. a. Stob. 98, 73 p. 612 (Gesn.) — 146 ζώοντας Bekk. ζῶντας Gaisf. alii. — 238 ζώοντι Bekk. ζῶντι Gaisf. alii. IX. 119 ζώοντες. Bekk. ζῶντες. Gaisf. alii. — Quum non paucis igitur in locis Herodotea forma ζώειν, ζώει etc. omnium librorum auctoritate muniatur, in aliis autem ita varietur, ut facile, quum magna inter utramque formam intercedat similitudo, sit cognitu, quomodo factum sit, ut haud raro emerserit altera; facileque cognitu, utra earum praeferenda sit, cum iis consentiendum esse editoribus judico, qui vel praeeunte uno aut altero cod. Ms., vel nullo praeeunte illis in locis formas verbi ζώειν retinuerunt. Etiam ἐπέζωσε (1,120) quamquam in Homeri carminibus praesens tantum et imperfectum ζώειν et ἔζωον inveniuntur, solum est genuinum, quod jure mireris a quibusdam alteri ἐπέζησε posthabitum esse. Gaisfordi autem et codicis F. ζόειν (7,46) tam longe a vero ζώειν recedit, quam distat Herodotea consuetudo a poetica; nam e Simonidis tantum fragm. 211, 17 (Gaisf.) et Theodoridae Epigr. 8, 7 allata est forma ζόειν, minime nostro inculcanda. Sed V. 6 nostri libri omnes (et Eust. ad Hom. Il. p. 933, 7=904, 8. ad D. P. vs. 322) in Atticam formam ζῆν consentiunt, quod vel id, puto, nullo modo ferendum esse demonstrat, quod Herodoto non familiarem fuisse Atticam contractionem in η infra videbimus; quare, etiamsi omnibus codd. Mss. adversantibus, ζώειν hic ut alibi scribendum esse existimo.— Praeterea πλώειν, πλῶσαι etc. nostrum Ionesque frequentasse, satis est notum (cf. Greg. Cor. de d. Ion. p. 478. τὸ

ἐκπλεύσας ἐκπλώσας λέγουσιν. Ἡρόδοτος (II. 152) κατὰ ληΐην ἐκπλώσαντες) et praebent omnes libri πλώειν IV. 156. VIII. 108. 109. περιπλώειν IV. 43. 179. πλώοντες VIII. 14. 107. πλωούσας VIII. 22. περιπλώων IV. 43. 44. περιπλώοντες VIII. 14 et IV. 42 (sic vulg. cum M. P. S. πλώσαντες Eton. περιπλόοντες F.) — ἀναπλώοντες II. 93 bis. προσπλώοντας VIII. 6. πλώοντα VIII. 118. διεκπλώοντα VII. 147. καταπλώουσι et ἐκπλώουσι et ἀναπλώουσι II. 93. ἔπλωον VIII. 23. 66. 133. περιέπλωον VI. 115. ἐπανέπλωον VIII. 9. 16. ἐπέπλωε VIII. 9. ἐπέπλωον VIII. 14. ἀπέπλωον VIII. 25. ἔπλωσαν VI. 33. ἔπλωσε IV. 148. περιέπλωσε IV. 43. ἀνέπλωσε VI. 31. διεξέπλωσε VII. 109. 122. ἐξέπλωσας III. 155, item Suid. s. v. — πλῶσαι I. 24. ἀναπλῶσαι I. 78. διεκπλῶσαι II. 11. 29. ἐκπλῶσαι II. 91. VIII. 79. 81. περιπλῶσαι IV. 43. ἀποπλῶσαι VI. 14. καταπλῶσαι VIII. 132 bis. — πλώσας VII. 128. ἐκπλώσας I. 29. διεκπλώσας II. 29. IV. 43. 89. ἀναπλώσας II. 119. IV. 89. καταπλώσας VII. 137. 194. προπλώσας V. 98. VI. 97. — πλώσαντα V. 36. πλώσαντες IV. 156. V. 103. VIII. 49. περιπλώσαντες IV. 44. καταπλώσαντας I. 2. 166. ἐπιπλώσαντες I. 70. V. 81. VIII. 129. ἐκπλώσαντες II. 44. 93. 152 (cf. Greg. Cor. l. l.) V. 103. VI. 12. παραπέπλωκε IV. 99. — Variatur autem I. 5 συνεκπλῶσαι vulg. συνεκπλεῦσαι C. Ven. b. e. (Eust. Od. I, 431) — 212. ἐπαναπλώειν, sic Wessel. et Valck. in Notis, et recte nunc vulgatum est, quum Eustath. (ad Il. σ′ p. 1156, 3 = 1212, 12. ad Il. ο′ p. 1241, 5 = 1330, 28. ad Od. τ′ p. 1857, 37 = 685, 16.) ἀναπλώειν hoc ex loco attulerit; sed codd. F. a. c. cum Athen. XIV, p. 613. C. praebent ἐπαναπλέειν, cod. f. ἐπαναπλεῖν; Ald. cum S. V. b. d. ἐπαναπνέειν. — II. 97 ἀναπλώοντι vulg. ἀναπλέοντι F. — IV. 156 ἀπέπλωον nunc vulg. cum S. V. ἀπέπλεον F. a. — 157. ἀπέπλωον ὀπίσω nunc vulg. ἀπέπλωσαν F. ἀπέπλεον Ald. al. — V. 108. περιέπλωον vulg. περιέπλεον F. — 115 ἀπέπλωον vulg. ἀπέπλεον F. VI. 5 ἐκπλωούσας vulg. ἐκπλεούσας F. — 14. ἐπέπλωον vulg. cum cod. P. ἐπέπλεον F. a. ἐπέπλων S., (quam epicam formam idem cod. S. IV. 157 pro vulgato ἀπέπλεον nostro falso inculcavit cf. Lob. ad Buttm. II, p. 12) — VI. 15 διεκπλώοντες vulg. διεκπλέοντες cod. F. — 17 ἀπέπλωε Bekk. ἀπέπλεε Gaisf. alii. Ibid. ἔπλωε bis nunc vulg. cum cod. P. e correct. ἔπλεεν S. — 26. ἐκπλωούσας nunc vulg. cum S. V. ἐκπλεούσας F. a. — 28 ἀναπλώουσι nunc vulg. ἀναπλέουσι F. P. K. — 33 ἔπλωον nunc vulg. cum S. V. ἔπλεον F. — 116 περιέπλωον vulg. περιέπλεον F. et ἀνέπλωον nunc vulg. cum V. Alii ἀνέπλεον. — VII. 170 πλώοντας vulg. πλέοντ. F. S. V. K. a. — 183 πλώοντες nunc vulg. πλέοντ. F. S. V. a. — 236 περιπλώειν nunc vulg. περιπλέειν S. V. K. F. a. — VIII. 5 ἀποπλώσεσθαι vulg. cum S. V ἀποπλεύσ. F. a. alii, et Suid. in ἤσπαιρον. — προσπλώειν nunc vulg. προσπλέειν M. P. K. F. — 7 περιπλώουσαι nunc vulg. cum S. V. περιπλέουσ. F. alii. — Ibid. περιπλωόντων nunc vulg. cum S. V. Alii περιπλέοντ. 9. περιπλωούσῃσι nunc vulg. cum S. V. περιπλεούσ. F. al.

— 10 ἐπιπλώοντες vulg. ἐπιπλέοντ. F. — πλωούσας nunc vulg. cum S. V. πλεούσ. F. P. K. πλωεύσας Ald. — 11 ἀπέπλωον nunc vulgat. ἀπέπλεον Ald. F. b. — 13 περιπλώειν vulg. περιπλέειν F. πλώουσι nunc vulg. cum S. V. Alii πλέουσι. 23 ἔπλωε nunc vulg. cum S. V. ἔπλεε. a. c. ἐπέπλεε. Wessel. M. P. K. F. b. d. — 41 ἔπλωον vulg. ἔπλεον F. — 42 πλωούσας vulg. πλεούσ. F. — 46 πλωούσῃσι nunc vulg. cum S. V. πλεούσ. F. a. — 67 ἐπιπλωόντων nunc vulg. cum S. V. Alii ἐπιπλεόντ. — 70 ἀναπλώειν vulg. ἀναπλέειν F. 74. ἀποπλώειν vulg. ἀποπλέειν F. — 91 ἐκπλωούσας nunc vulg. cum S. V. ἐκπλεούσ. F. al. 93 πλώοι Bekk. πλώει Gaisf. al. πλέοι S. V. P. K. F. d. πλέει a. — 97 πλώειν nunc vulg. πλέειν S. V. P. K. F. — 109 πλώειν καὶ ἐπὶ σφέων αὐτῶν βαλλόμενοι vulgat. πλέειν F. — 110 ἀπέπλωον nunc vulg. cum S. V. ἀπέπλεον Ald. al. — 111 πλώειν vel ἐπιπλώειν vulg. cum S. V. πλέειν F. — 123 ἔπλωον vulg. ἔπλεον F. — 124 ἀποπλωόντων vulg. ἀποπλεόντ. F.

His igitur in locis quamquam variatur et maxime cod. F., quem quidem certo scimus saepius vel peculiarem quandam vel Atticam formam pro Herodotea substituisse, eaque ex causa saepius non audiendum esse, in scripturam πλέειν aberravit, tamen recte nuperos editores πλώειν, consentientibus interdum quibusdam codd. Mss., retinuisse judico. Sed superest satis magnus locorum numerus, ubi πλέειν ejusque formae tam tenaciter communi omnium librorum consensu retinentur, ut, quum πλέειν, ἔπλεε, etc. dissolutis vocalibus et ipsa sint Ionica, neque recte tibi persuadeas, Herodotum ipsum modo πλώω, modo πλέω eadem varietate, qua nostri libri saepe has formas alternant, dixisse, tamen non liceat nobis aut haec aut illa unam ad normam corrigere; quamquam IV. 157 in epica cod. S. forma ἀπέπλων non vulgatum ἀπέπλεον, sed ἀπέπλωον latere mihi videtur, idque ἀπέπλωον isto in loco restituendum esse judico. Sed πλέειν sine variet. habes I. 170. 194. II. 29. 158. 179 bis. III. 19. 45. IV. 89. 159. V. 33. VII. 24. 36. 175. IX. 90. 92. παραπλέειν IV. 43. ἐκπλέειν II. 114. VI. 22. διεκπλέειν IV. 42. ἀποπλέειν I. 24. 94. II. 113. 119. III. 25. IV. 110. ἐπιπλέειν III. 23. V. 86. IX. 98. προσπλέειν IX. 96. ἀποπλέειν VI. 41. IX. 96. 114. — πλέουσι II. 60. περιπλέουσι VI. 44. ἐκπλέει III. 146. 148. πλέομεν VII. 147. ἀποπλέετε IV. 98. καταπλέουσι III. 45. πλέῃ III. 138. πλέοι II. 115 bis. πλέωσι VII. 10, 2. πλέων II. 30. 97. IV. 76. V. 47. VII. 58. 100. 123. 195. καταπλέωσι IX. 98. καταπλέωμεν VIII. 109. πλέοιεν. VII. 147. — προσπλέων II. 5. παραπλέων VI. 43. VII. 123. IX. 98. καταπλέων VII. 195. πλέοντα II. 102. IV. 179. πλέοντες I. 168. 194. II. 60. III. 45. 59. 137. IV. 42. 44. 145. VI. 101. 119. VII. 194. ἀποπλέοντες VI. 138. καταπλέοντες I. 185. περιπλέοντες VI. 99. ἐπιπλέοντος VIII. 87. ἀναπλέοντι II. 155. ἐσπλέοντι III. 90. VI. 33. ἀποπλέοντας I. 1. ἐπιπλέοντας V. 36. VI. 33. προσπλέοντας VII. 194. περιπλεόντων VII. 21 ἐπιπλεόντων VII. 98. ἐκπλεόντων VIII. 91. — πλέουσι (Dat.) VII. 186. πλέουσα IV. 152.

πλέουσαν II. 156. πλεούσῃσι VII. 179. πλεούσας VIII. 96. καταπλεούσης VI. 97. ἐπιπλέουσαν VI. 100. — ἔπλεον I. 164. 165. 166. III. 45. 136. IV. 42 ter. 44. 151 bis. 152. VI. 5. 23. 89. 95. 102. VIII. 193 ter. IX. 98. 106 bis. ἀνέπλεον I. 165. VIII. 163. ἀπέπλεον III. 57. 137. IX. 92. 96. 106. 114. 121. συνέπλεον V. 46. ἐπέπλεον. VII. 183. ἐνέπλεον. VII. 184. ἔπλεε III. 125. IV. 43 bis. 85. 87. 89. V. 33. 126. VI. 26. 36. 41. 98. 118. 133 bis. VII. 58. 122. 123. 173. 188. ἀπέπλεε III. 41. IV. 43. 154. VI. 41. 118. 135. VII. 130. παρέπλεε VII. 100. — πλεύσεσθαι III. 135. ἀποπλεύσεσθαι IV. 147. 149. πλεύσεαι II. 29. ἀποπλεύσεαι IX. 91. ἔπλευσα II. 44. καταπλεύσαντες I. 165. συμπλευσασέων V. 37.

In praesenti igitur plerumque et imperfecto tempore videmus formas verbi πλέειν nostros libros ita exhibuisse, ut alterae nullae sint allatae e codd. Mss., quum in aoristo eae et rarae sint et magis suspectae, praesertim quum animadverteris, quomodo exempli gratia IV. 89 variet scriptura: πλέειν ἐς τὸν Πόντον — διεκπλώσας ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. ἀναπλώσας δὲ ἀνὰ τὸν πόταμον. — Et omnino vulgares formae, in quibus εον, εα, εοι pro ωον, ωα, ωοι exstant, magis mihi suspectae esse videntur quam ubi εε et εει. Quo autem jure semel πλώσεσθαι (8, 5) quinquies πλεύσεσθαι nostris in exemplaribus legatur, difficile esse videtur explicatu, nisi si librarios in culpa posueris, statuerisque ubique πλώσεσθαι scribendum esse.

De solvendis et contrahendis diphthongis et vocalibus.

Quaeritur jam, quibus in vocibus ex Herodoteae dialecti legibus diphthongi quaedam in suas simplices aut alias affines vocales dissolvantur, et in quibus vocales quaedam vel vocalis et diphthongus contrahantur. Quo ex genere quae ad terminationes nominum verborumque vel dissolvendas vel contrahendas pertinent, suis locis infra dicentur. — Et raro quidem in oratione Herodotea diphthongus quaedam ita simpliciter dissoluta invenitur, ut pro se quaeque vocalis, nulla productione aut alia mutatione facta, pronuntietur, quum hoc Doribus magis sit proprium ac poetis, quam scriptoribus Ionica prosa oratione usis. Est autem hoc ex genere vocabulum ὄϊς constanter apud nostrum divisis vocalibus scribendum (vide exempla infra in libro tertio ad genitivos plur. in ίων et accusativos plur. in ῖς tertiae declinationis Herodoteae) quo modo fortasse etiam ὀΐσπῃ IV. 187 pro vulgato οἴσπῃ legendum est (cf. Koen. ad Greg. Cor. p. 543) ut Gaisf. ὀϊέῃσι V. 58 pro vulgato οἰέῃσι scripsit. — Praeterea καταπροΐξεσθαι III. 36. 156. V. 105. VII. 17. cf. Lob. Phryn. p. 169. — ὀϊστός IV. 36. 70. 71. 81. 131. (ὀϊστοὺς πέντε, quo ex loco Athen. VIII, 334 A. ὀϊστόν attulit.) 132. V. 105. VII. 61. 65. 69. 92. 226. VIII. 52. — Παταΐκοι III. 37. — Sed παΐς, quod etiam in recentioribus cernitur editionibus, manifestum est ex Homerico dicendi genere perperam in nostri orationem invectum

esse, constanter παῖς usurpantis, quod ipsum nostro ubique a Bekkero recte restitutum est: IV. 155 παῖς Bekk. πάϊς vulgo. 160 γίνεται παῖς Bekk. πάϊς vulgat. 161 ὁ πάϊς Βάττος vulgo. παῖς Bekk. et S. V. 30 Ὑστάσπεω πάϊς vulg. παῖς Bekk. 92, 5 ὁ πάϊς αὐξάνετο vulg. παῖς Bekk. 104 πάϊς vulg. παῖς Bekk. VI. 71 πάϊς vulg. παῖς Bekk. 127 πάϊς ter Gaisf. et vulg. παῖς Bekk. 136 πάϊς vulg. παῖς Bekk. VII. 5 ἀδελφεῆς πάϊς vulg. παῖς Bekk. 61 πάϊς Gaisf. et vulgo. παῖς Bekk. et Eust. D. P. 1056. — Sed ceteris permultis in locis ab omnibus, sine varietate adnotata, recte scriptum παῖς retinetur, ut facile pateat, Bekkerum vel invitis omnibus codd. Mss. recte fecisse quod ubique παῖς reposuit. — Greg. Cor. d. d. Ion. p. 441 tradidit, Iones istam non pronuntiatam litteram ῑ, (vulgo subscriptam vel adscriptam nominatam cf. Theodos. (ed. Goettl.) p. 241. Pors. ad Euripid. Med. 6) pronuntiasse et dixisse πατρώϊος, χρηΐζειν. Quod ad Gregorii praeceptum Koenius conquestus est, librariorum incuria hodie apud Herodotum πατρῷος, μητρῷος, ἡρῷον, χρῄζειν passim legi; quam querelam justam quidem repetere nihil nos juvabit, sed emendatione et correctione opus est. — Et χρηΐζω quidem sine variet. exstat V. 19. χρηΐζομεν V. 30. χρηΐζων VIII. 58. χρηϊζόντων VIII. 132. χρηΐζοντα IX. 61. χρηΐζοντες IX. 87. Etiam aliis in locis, uno excepto, omnibus Schaef. et Bekk., quamquam vulgo χρῄζω vel χρήζω vel aliud quid vitiosum legebatur, nostro suam formam restituerunt cf. Var. Lectt. ad I. 41. 112. 152. IV. 83. V. 11. 18. 20. 65. VII. 38. 53. VIII. 140, 2. IX. 55. 110. 111. Sed VII. 38 omnes adhuc vitiose vel χρῄσας vel χρῄσαις, vel χρήσας (cod. S.) aut χρήσαις scribunt, quum pateat χρηΐσας unice verum reponendumque esse. IX. 62 προεξαΐσσοντες omnes recte exhibent, cui convenienter IV. 134 διήϊξε rescribendum erat pro vulgato διῇξε. — Ac similiter V. 89 pro ἐδῄευν vulgato cum codd. S. V. vel pro scriptura codicum F. a. ἐδῄουν reponendum erat ἐδηΐευν, quum VI. 135 sine variet. δηϊώσας scriptum exstet, VIII. 121 δηϊώσαντες; atque VII. 133 ἐδηϊώθη jam Schaef. Bekk. pro vulgato ἐδηώθη suo jure reposuerint, et VIII. 33 ἐδηΐουν nunc vulg. cum cod. P. et VIII. 50 ἐδηΐουν nunc cum eodem codice pro aliorum ἐδῄουν et ἐδῄου recte scribantur. — Ἀΐδην II. 122 recte vulgat. ᾅδην S. — Θρῆϊξ VIII. 116. (Θρῇξ male S.) Θρήϊκος VI. 41. (Θρηκός S. V.) Θρήϊκες I. 28 (θρῆκες S.) 168. IV. 74. 80. 93. 94 (Θρῆκες S.) V. 10 (Θρῆκες S.) VI. 34. 45. VII. 75. 115. 185. IX. 119. — Θρηΐκων I. 168. III. 90. IV. 49 (Θρήκων S.) 93. 95. V. 3. 6. 8. 126 bis. (Θρηκῶν S. V.) VI. 39. VII. 75. 110. 111. (Θρηκῶν S.) 137. VIII. 115. IX. 32. (Θρήκων S.) 89. — Θρήϊξι IV. 95 (Θρηξί S.) 104 (Θρηξί S. K.) V. 4. VIII. 115. — Θρήϊκας II. 103. 167. IV. 95 bis. 118 bis. (Θρῆκας S. V. K.) VII. 20. — Θρηΐκη II. 134. IV. 49 (sic F. Θρήκης S.) 80 bis. (Θρήκη F.) 89. 99. (Θρηκίη S. V. ut saepius) 143 (Θρήκης S. V.) V. 2 bis. 14 bis. 23. 24. 126 (Θρήκην S. V.) VI. 33. 95. VII. 25 Θρηϊκίης F. Θρήκης S.) 59. 105. 106 bis. 185 ter. VIII. 117. IX. 119. 89 bis. —

IV. 33 τὰς Θρηΐκίας καὶ τὰς Παιονίδας γυναῖκας, sic Θρηϊκίας Bekk. recte cum codd. F. b. d. Θρηκίας P. K. Θρήσας S. Θρήσσας vulgo. — Θρηΐκιον IV. 83. VII. 10, 3 (Θρήκιον S. K. V.). Θρηϊκίου VII. 176. — Σαμοθρήϊκες II. 51. VIII. 90 bis. Σαμοθρηΐκη II. 51 bis (Σαμοθρηΐκην οἶκεον vulg. Σαμοθρήκην S. V. R.). VI. 47. VII. 59. VIII. 90 (Σαμοθρηκῶν S.). — Σαμοθρηΐκιος VII. 108. — Νηρηΐδων II 50. Νηρηΐσι VII. 191. cf. Thom. Mag. p. 251 s. v. Νηρηΐς. — ἠϊόνος II. 113. VII. 44. 107. VIII. 120. Ἠϊόνα VII. 25. 113. VIII. 96. 118 — Μηΐονες VII. 74 nunc vulg. Alii Μηόνες (cf. Strab. XIV, p. 996 (686 B). Eust. ad Il. δ' vs. 142 et ad Il. β' vs. 866). VII. 77 Μηΐονες nunc vulg. cum F. Alii cum S. Μήονες. Sed I. 7 Μῄων male vulgatum est cum codd. a. F. m. sec. Alii Μήων, Μηών F. pr. m., sed Μηΐων reponendum esse patet. Vide Creuz. Hist. Graec. antiq. Fragment. p. 146 sq. — ληϊστής VI. 17. ληϊστύς V. 6, ut ληΐζομαι e vulgari consuetudine III. 47. IV. 112. 145. VI. 86. — λήϊτον VII. 197. — ἠϊθέων III. 48. — ῥηϊδίως II. 121, 1. IX. 2; sed ῥηστώνη III. 136 retinendum. — πατρώϊον I. 41. IX. 27. (Olim male πατρῷον.) πατρωΐῳ II. 136 Schaef. Bekk. πατρῴῳ Gaisf. et vulg. — IV. 127 πατρώϊοι. I. 92 πατρωΐων Bekk. πατρῴων Gaisf. et vulgo. — πατρωΐη IV. 67. VI. 60 πατρωΐας nunc vulgat. πατρῴας Ald. al. πατρώας S. — II. 169 πατρωΐῃσι Bekk. πατρῴῃσι Gaisf. et vulgo. πατρωΐους II. 1. 30 sic Bekk. πατρῴους vulgo. — III. 53 πατρώϊα Bekk. πατρῷα vulgo, item VII. 104 πατρώϊα Bekk. et Schaef. πατρῷα vulgo cum F. S. — IX. 26 πατρώϊα Schaef. Bekk. πατρῷα vulgo. III. 53 μητρώϊα Bekk., male vulgat. μητρῷα. — ἡρώϊον V. 47 nunc vulg. ἡρῷον Ald. ἥρωον S. ἱρῷον F. — V. 67 ἡρώϊον Bekk. ἡρῷον vulgat. VI. 69 ἡρωΐου Schaef. Bekker. ἡρῴου vulgo. — VIII. 6 πρωΐην.

Aliis multis in vocabulis iota subscriptum, etymologice tantum positum, non in ordinem ut littera pronuntiata recipitur, vel poetis tantum ejus pronuntiatio est concessa. Sic scribitur apud Herodot. VII. 157 ἠῷον στρατόν. (τῆς ἠοίης et ἠοίους IV. 100 et 160 cf. Buttm. gr. gr. II, p. 445 sq.) Ἀχελῷος, Ἀχελῴου (II. 10. VII. 126) qui poetis etiam Ἀχελώϊος dicitur (cf. Hom. Il. 21, 194. 24, 616. Callim. Hym. in Cer. 13). — Τρῳάδι V. 26. Κῷον, Κῴου, Κῴη, Κῴων (VII. 163. 164. IX. 76. 99). — Poetis quidem etiam ζώϊον, ὠϊόν (vel ὠεόν cf. Athen. II, p. 57. Schweigh. ad Athen. III, p. 121 C.) scribere concessum est, sed Herodotus constanter ζῷον, ᾠόν subscripto iota scripsisse censendus est; ut ubicunque illa poetica scriptura in ejus libris vel mss. vel editis inveniatur, statim in legitimam mutanda sit: I. 203 ζῷα ἐγγράφειν (ζώϊα P.) ibid. τὰ δὲ ζῷα. II. 148 (ζώϊα S. V. P.). II. 4. 124. 148. 136. 153. IV. 88. — ζῷον II. 123. III. 88. — ζῴων II. 124. III. 47. — ζωόν II. 122 (ζωϊόν F.). — ᾠόν II. 73 bis vulg. ὠϊόν F. bis. ᾠοῦ II. 68. 73. ᾠῶν II. 93 bis. ᾠά II. 68 (τίκτει ᾠὰ ἐν γῇ sine varietate. Ibid. τὰ μὲν γὰρ ᾠά vulg. cum S. ὠεά V. ὠϊά P. F.).

II. 93 ἐντέκοντες ᾠά vulg. ὠϊά F. cf. Gies. d. dial. Aeol. p. 314. Etymol. Mag. s. v. ὠϊόν p. 822, 40. — Etiam σώϊζειν in cod. F. III. 14 scribitur pro σώζειν, et σωΐζονται IX. 104 pro σώζωνται; quod iota grammaticos verosimile est e forma σώϊος (σωΐτερος) retinuisse cf. grammat. Augustan. (post Greg. Cor.) p. 673. de dial. Attic.: Ἀδιαιρέτους τινὰς τῶν λέξεων προφέρεται, οἷον, ὡς ὅταν λέγῃ πατρῷος, μητρῷος, σῶος, ἀντὶ τοῦ πατρώϊος, μητρώϊος, σώϊος. — Similis ratio est vocis κληδών, subscripto iota ab Herodoto usurpatae, ut IX. 101 ἡ κληδών (κλυδών d.). IX. 91 κληδόνος. Ac sic dixit etiam Euripid. Androm. 561 οὐ γὰρ μιᾶς σε κληδόνος προθυμίᾳ μετῆλθον. Aesch. Prometh. 486 κληδόνας δυσκρίτους. Soph. Oed. Col. vs. 259 κληδόνος καλῆς. Callim. Epigr. I, 14 κληδόνι. Quare Homericum κλεηδόνι (κληϊδόνι S.) V. 72 apud nostrum male vulgatum, quum illud non Herodoteum esse vel ex iis quae jam supra p. 45 de formis ἐείκοσι similibusque ex nostri libris exstirpandis disputavimus, satis pateat, in verum legitimumque κληδόνι vertendum est, quo et scriptura codicis S. κληϊδόνι ducere nos potest. Vide Eust. ad Od. σ' 114: κλεηδὼν δὲ ἀπὸ τοῦ κλέω τὸ φημίζω, καθάπερ ἀπὸ τοῦ κλήζω δισυλλάβου ἡ κληδών. εἰ δὲ καὶ τραπείη κατ' ἔντασιν ἡ κλεηδὼν ἐν τῇ ἀρχούσῃ, κληηδὼν γίνεται. cf. Hom. Od. 18, 117. 20, 120. 4, 317.

Medium autem locum inter vocabula ista, modo considerata, et ea, ubi diphthongus ει Ionice in ηϊ transiit, verbum κληΐω sibi poscit, quum Herodotum propius ad veterum Atticorum morem, κλῄω proferentium, accessisse probabilius esse videatur, et κλῄω in κληΐω mutasse, quam vulgarem formam κλείω in κληΐω. — Sic dixit noster I. 31 ἐκκληϊόμενοι vulg. cum R. M. S. V. F. a. c. ἐκκληϊζόμενοι P. et alii cf. Buttm. gr. gr. II, p. 169. — VII. 129 περικληϊόντων. I. 37 ἀποκληΐσας. I. 150 ἀποκληΐσαντες. IV. 14 κατακληΐσαντα, item Origen. ctr. Cels. III, p. 125. I. 144 ἐξεκλήϊσαν bis. I. 165 ἀποκληϊσθῇ. III. 55 ἀποκληϊσθέντες cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 3 cum Interppr. — Quamquam hi pauci sunt loci, ubi omnes in veram Herodoteamque scripturam consentiunt, tamen recte recentiores quosdam editores aliis in locis fere omnibus, ubi libri inter se dissident, ac modo κληΐω, modo κλῄω, modo κλείω exhibuerunt, istam veram praetulisse nemo non videt: VII. 198 περικληΐει nunc vulg. περικλῄει S. Wessel. al. περικλείει F. — 199 περικληΐει nunc vulg. περικλῄει S. Ald. al. περικλείει F. VII. 129 ἀποκληΐει nunc vulg. ἀποκλῄει P. V. Wessel. ἀποκλείει S. F. a. ἀποκλείοι Ald. al. III. 116 περικληΐουσαι vulg. περικλείουσ. S. III. 117 περικληΐοντος nunc vulg. περικλήοντ. K. περικλείοντ. F. S. IV. 7 ἀποκληΐοντα vulg. ἀποκλεί. S. IV. 157 συγκληΐουσι nunc vulg. cum P. συγκλεί. alii cum S. VI. 60 παρακληΐουσι nunc vulg. cum M. Alii παρακλήουσι. παρακλῄουσι b. παρακλείουσι F. παρακλύουσι S. I. 182 συγκατακληΐεται nunc vulg. συγκατακλῄεται K. F. IV. 100 ἀποκληΐεται vulg. ἀποκλεί. F. S. III. 117 ἀποκληΐονται vulg. ἀποκλεί. F. S. VII. 41 συν-

κλήϊον nunc vulg. συνέκληον alii, συνέκλειον F. S. Vide et Var. Lectt. ad II. 124. I. 191. II. 86. 133. IV. 78. V. 104. II. 128. III. 58. III. 117 περικεκληϊμένον nunc vulg. περικεκλημ. P. περικεκλειμ. F. περικεκλεισ. S. et edd. vett. περικεκληϊσμ. c. Ibidem ἀποκεκληϊμένου vulg. ἀποκεκλειμ. F. ἀποκεκλεισμ. S. VII. 129 συγκεκληϊμένην recte Bekk. al. συγκεκλημ. P. K. συγκεκλημ. M. συγκεκλειμ. F. συγκεκληϊσμ. S. V. c. Ald. alii. — Nec sane valde est mirum, si nostri tam multis vitiis deformati codd. Mss. tantopere nutant, quum varias hoc verbum variis temporibus induerit formas, ut librariis latissimus campus corrigendi vel potius corrumpendi apertus fuerit. Sed restat omnibus in libris vitiosa scriptura II. 121, 2 κεκλειμένου, nunc vulg. cum codd. M. P. F. d. κεκλεισμένου S. V. K. a. b. c. κατακεκλεισμένου edd. vett., ubi quidem ex isto meo exemplorum recensu dubitaturum esse spero neminem, quin Herodoteum κεκληϊμένου reponendum sit. — De sigmatismo aoristi passivi vide infra in libro tertio sub III. — Pertinet huc etiam nomen substantivum κληΐς, cf. I. 108 Κληΐδες τῆς Κύπρου, ubi codd. S. V. male Κλῇδες.

Aliis multis in vocibus diphthongus ει Ionice ita in suas vocales dissolvitur, ut simul vocalis ε in η producta sit. Hoc ex genere est verbum Herodoteum οἰκηϊόω: I. 94 οἰκηϊοῦνται. III. 2 οἰκηϊεῦνται, sic vulg. cum M. P. οἰκηϊοῦνται K. F. a. IV. 148 οἰκηϊεύμενος. Quare fieri non potest, quin I. 4 οἰκειεῦνται, quod omnibus adhuc editionibus sine varietate adhaesit, in verum οἰκηϊεῦνται mutandum sit. Praeterea οἰκήϊος constanter apud nostrum scribendum est: I. 92. 108. 153. II. 37. III. 14. 33. 45. 81. 119 bis. IV. 65 bis. 104 (item Stob. Serm. 43 p. p. 294). V. 23. 41. 47 bis. VI. 21. VII. 10, 3. 152. 235. VIII. 17 bis. I. 45 οἰκηΐῳ vulgat. οἰκείῳ F. I. 64 οἰκηΐης nunc vulg. cum M. F. a. c. οἰκίης edd. vett. et codd. b. d. e. VII. 39 οἰκηΐους vulgat. οἰκείους S. III. 65 οἰκηϊωτάτων Bekk. recte. οἰκηϊοτάτων Gaisf. al. cum F. οἰκειοτάτων S. V. 5 οἰκηϊωτάτου Schaef. Bekk. al. οἰκηϊοτ. Gaisf. al. οἰκειοτ. S. — οἰκηϊότης VI. 54. — Eadem cum constantia ἀνθρωπήϊος apud nostrum est retinendum: I. 5 ἀνθρωπηΐην εὐδαιμονίην nunc vulg. ἀνθρωπείην Ald. b. ἀνθρωπίην d. ἀνθρωπίνην S. V. I. 32 ἀνθρωπηΐων πρηγμάτων, item Stob. Serm. 103 p. 564. Plut. de Malig. c. 15. item I. 207 et Stob. 103 p. 563. II. 4. 148. III. 65. 122. IV. 46. V. 4. VII. 47. VIII. 144. II. 55 φωνῇ ἀνθρωπηΐῃ nunc vulg. cum K. P. F. ἀνθρωπίνῃ Eust. Od. 1760 et Ald. al. ἀνθρωπείῃ a. ἀνθρωπίῃ S. II. 57 ἀνθρωπηΐῃ φωνῇ nunc vulg. cum M. P. K. F. Olim ἀνθρωπίνῃ. ἀνθρωπείῃ a. ἀνθρωπίῃ S. V. Ibid. ἀνθρωπηΐῃ φωνῇ nunc vulg. ἀνθρωπίνῃ Ald. al. ἀνθρωπίῃ S. — V. 25 ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην, sic libri Herodot. sine varietate, sed Eustath. hoc ex loco attulit ἀνθρωπείην (ad Il. γ' p. 374 = 283: ἰστέον δὲ ὅτι παρ' Ἡροδότῳ κεῖται καὶ ἀνθρωπείη ἡ τοῦ ἀνθρώπου δορὰ ἐν τῷ·

σφάξας ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπείην.) et Pollux, longius etiam a genuina scriptura recedens, ἀνθρωπήν (Pollux. II, p. 68, 34 (Seber) = II, 5: τὸ δὲ τοῦ ἀνθρώπου δέρμα ἀνθρωπὴν Ἡρόδοτος καλεῖ. cf. Lob. Paralipp. gr. gr. II, p. 336). — VII. 60, 3 ἀνθρωπηΐας γνώμας vulg. ἀνθρωπίναις γνώμαις d. Sed ἀνθρώπινος ut istis in locis, pro vero ἀνθρωπήϊος a quibusdam falso substitutum, rejiciendum est, sic etiam aliis in duobus locis, ubi solum sine varietate adnotata in libris id invenitur cum Piersono (ad Moer. p. 26 ἀνθρωπείᾳ φύσει ἀττικῶς, ἀνθρωπίνῃ ἑλληνικῶς. Vide et Thom. Mag. p. 12, 1 ἀνθρωπεία φύσις, οὐκ ἀνθρωπίνη) damnandum et in ἀνθρωπήϊος et ἀνθρωπήϊον mutandum. I. 86 ἐς ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον omnes praeter Schaef., qui suggerente Wessel. ἀνθρωπήϊον reposuit. VII. 46 ὁ πᾶς ἀνθρώπινος βίος quamquam item a Stob. 120 p. 612 repetitum, tamen in ἀνθρωπήϊος vertendum erat. In Atticorum quidem libris docti quidam philologi promiscuum esse vocum ἀνθρώπειος et ἀνθρώπινος usum demonstrarunt, ac falsum esse Thomae praeceptum (cf. Stallb. ad Plat. Remp. VI, p. 497 C.) sed id ad Herodoteam dialectum non pertinet, quem constanter ἀνθρωπήϊος usum esse satis magnus exemplorum numerus arguit et ipsa varietas scripturae. — Porro βασιλήϊος I. 14. 30. 35. 98. 112. 178 ter. 181. II. 121, 1. 130. 149. 150. 163. 169 bis. III. 14. 30. 31 bis. 61 bis. 64. 65 ter. 72. 74. 76. 84. 118. 128 bis. IV. 20 bis. 22. 33. 56. 57. 59. 68 ter. 71. 120. V. 25. 52. 53 bis. 106. VII. 16. 17. 59. 117. 194 bis. 233 (στίγματα βασιλήϊα, item Plut. de Malig. c. 33). VIII. 42. IX. 110. 111. — ἱρήϊος I. 132. II. 39. 69. IV. 60 bis. 61 quinquies. 62. V. 8. VI. 57. cf. Interppr. Greg. Cor. d. d. Ion. § 3. — γυναικήϊος I. 91. II. 41. IV. 114 bis. 146. V. 20. 83. I. 17 αὐλοῦ γυναικηΐου τε καὶ ἀνδρηΐου. sic nunc vulg. cum F. a. c. et Suid. s. v. Γύγης. sed γυναικείου τε καὶ ἀνδρείου male S. — ἀνδρήϊος I. 17 (cf. Suid. l. l. et cod. S. qui ἀνδρείου). II. 102. VII. 153. Hanc adjectivi formationem etiam ἡ ἀνδρηΐη loco substantivi nominis positum VII. 99 secutum est (item hoc ex loco Suid. s. v. Λῆμα. Ἡρόδοτος· Ἡ δὲ Ἀρτεμισία ὑπὸ λήματος καὶ ἀνδρηΐης ἐστρατεύετο, οὐδεμιῆς ἐούσης ἀναγκαίης.) et Lucian. d. d. Syr. c. 26 dixit ἀνανδρηΐη, ut Atticorum in libris saepissime ἡ ἀνδρεία invenitur: Thucyd. II, 50 ἀνδρεία. VI, 69. 72 ἀνδρείᾳ; et sic saepius in Aristophanis comoediis; Plat. Phaed. 69 b. et c. ἀνδρείᾳ, Apol. Socrat. c. 23 ἀνδρείᾳ, alios Platonis locos collegit Rueckert. ad Sympos. p. 192 A. Alii substantive ἀνδρία et ἀνανδρία dixerunt: Euripid. Phoen. 521 ἀνανδρία. Aesch. Pers. ἀνανδρίας. cf. Lob. ad Buttm. II, p. 415. Paralipp. gr. gr. II, p. 360. Etymol. Mag. 461, 32. — Sed vulgata ἀνδρειότερον I. 79. ἀνδρειότατοι IV. 93. ἀνδρειότατον IX. 37 nullo modo ferenda sunt, sed vel invitis omnibus codd. Mss. in vera Herodoteaque ἀνδρηϊώτερον, ἀνδρηϊώτατοι, ἀνδρηϊώτατον mutanda. — Praeterea ἑταιρήϊος I. 44 bis. — ἀρήϊος I. 155. IV. 23. 174. VII. 37. 52. IX. 33. — ἀρχήϊος I.

191. III. 81. — II. 11 βορηΐης θαλάσσης nunc vulg. cum K. F. βορείης male edd. ante Wessel. βορε^{ης} S. (syllaba ῆς superscripta). βορέης Ald. al. II. 32 βορηΐην vulg. βορίην S. — II. 158. 159. IV. 37. VI. 31. IV. 42 βορηΐην vulg. βορείην S. — Φοινικηΐου οἶνου I. 194 cf. et II. 86. III. 20 (item Athen. XI, p. 473 B. — Pollux exhibet Φοινικίου (X, 75) non Herodoteum). III. 37 Φοινικηΐοισι Παταΐκοῖσι vulg. Φοινικοῖσι S. V. IV. 43 ἐσθῆτι Φοινικηΐῃ. V. 58 Φοινικήϊα γράμματα (item Clemens Alex. Strom. I, p. 306 D. (ed. Lut. Par. 1641) ὅθεν καὶ Φοινικήϊα τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει). VIII. 90 Φοινικηΐου πάθεος. — 97 γαύλους Φοινικηΐους. — Sed φοινίκεος est puniceus, purpureus I. 98. II. 132. VII. 76. IX. 22. Φοινικικός Phoenicius, ad Phoenices pertinens, sic VI. 47 μέταλλα Φοινικικά, ubi alii male Φοινικά cum cod. S. cf. Bekk. Anecd. p. 782. Steph. Byz. s. v. Φοινίκη. τὸ ἐθνικὸν Φοίνιξ καὶ Φοινίκιος. τὸ κτητικὸν Φοινικικός. — Thom. Mag. p. 63: τὰ εἰς κος τινὰ μέν εἰσι κτητικά, οἷον βασιλικὸς λόγος, ἢ ὃν ἔγραψε βασιλεύς, ἢ ὃν ἔγραψέ τις εἰς βασιλέα. (Πλατωνικὸν βιβλίον cf. Phavor. p. 151.) Sic dixit noster II. 173 νῦν δὲ ποιέεις οὐδαμῶς βασιλικά. Vide et eundem Thom. Mag. p. 62, 10 οὐ μόνον βαρβαρικὸς πόλεμος, ἀλλὰ καὶ βάρβαρος. Θουκυδίδης (II, 36) βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον. Sic noster III. 115 οὔνομα Ἑλληνικὸν καὶ οὐ βάρβαρον vulgat. cum S. V. Eust. D. P. 14, ubi codd. M. P. K. male βαρβαρικόν. VIII. 19 ἀπορραγὲν ἀπὸ τοῦ βαρβάρου, sic recte codd. M. F. S. a. b. c. d., sed Ald. Wessel. Bekk. male βαρβαρικοῦ. I. 58 ἔθνος βάρβαρον omnes et I. 60. VII. 63. Similiter V. 12 Λυδικά, quod codd. S. V. vulgato Λύδια substituunt, rejiciendum est (οὔτε γὰρ Περσικὰ ἦν οὔτε Λύδια τὰ ποιεύμενα ἐκ τῆς γυναικός). — De forma Φοινικός vide Baehr. Ctes. p. 323. — Ἀλήϊον πεδίον VI. 95, item Steph. Byz. s. v. Ταρσός. — Λιμενηΐῳ I. 18 (cf. Suid. s. v. Γύγης). Φοιβηΐου ἱροῦ VI. 61. Εὐρωπήϊοι VII. 73 vulg. (Εὐρώπιοι ὄντες S.). Τήϊος I. 167. 168. III. 121. VI. 8 bis. — De formis Κήϊοι et Κεῖοι jam supra p. 168 est dictum. — Ποσιδηΐου πόλιος III. 91. — Ἀχιλλήϊον δρόμον IV. 55. 76. Ἀχιλληΐου πόλιος V. 94 recte vulgat., ubi codd. S. V. male Ἀχιλλείου πόλιος. — Καδμήϊα γράμματα V. 59 omnes exhibent, eodemque modo I. 166 Καδμείη νίκη ab omnibus adhuc retinetur, quod quidem videndum est ne rectius in Καδμηΐῃ vertendum sit. Sed Καδμεῖοι et Καδμείων I. 56. V. 57. 61. patet immutata relinquenda esse, ut Ἀργεῖοι I. 31. 61. V. 57. 61. 67. 68. 88. Ἠλεῖος II. 160. IV. 30. V. 45. VI. 127. IX. 77. Ἠλείη IV. 30.

Alia nomina adjectiva jam supra p. 156 vidimus diphthongum suam ει non in ηϊ mutare, sed Herodotea ex ratione in ε corripuisse, quo quum etiam Ἡράκλεος trahendum esse demonstratum sit, huic adversari videntur VII. 106 Μασκαμείοισι ἐκγόνοισι. V. 67 Ὁμηρείων ἐπέων (sic S. V. Eust. Hom. Il. p. 288 = 218, 36. —

'Ομηρίων F.). II. 81 Πυθαγορείοισι (Πυθαγορίοισι S. V. a. c. d.) quae quidem eorum numero adscribenda sunt, quae diphthongum neque hoc neque illo modo mutarunt, sed immutatam reliquerunt; id quod pleraque omnia in αιος exeuntia nomina faciunt. Unum enim Προνηΐη I. 92 exceptum est, et προνήϊον I. 51. VIII. 37 τῆς Προνηΐης 'Αθηναίης nunc recte vulg. cum V. et Harpocrat. s. v. πρόνοια. sed Προνοΐης Ald. S. al. Προναίης M. P. K. F. a. c. Ibid. Προνηΐης Ἀθηναίης (Προνοΐης Ald. S. Προναίης F.). Ibid. Προνηΐης (Προναίης male Wessel. al. Προνοΐης Ald. S.). VIII. 39 τῆς Προνηΐης bis, recte nunc vulgat. Προνοΐης male Ald. S. bis. Et vitiosis exemplaribus se decipi passus est Suidas, quum s. v. Πρόνοια scripserit: ταύτην δὲ Ἡρόδοτος ἐν τῇ η Προνοίην ὀνομάζει. Neque enim ad νοῦν sed ad νηόν hoc nomen referendum esse patet. — θεῖος autem constanter per ει scriptum exstat apud nostrum; et λεῖος II. 29. λειότατον IX. 69 et VII. 9, 2, quo posteriore in loco cod. F. λεότατον exhibet, ad aliorum adjectivorum similitudinem corruptum. λειογένειος V. 20. Ἑρκεῖον VI. 68. αὐλείῃσι VI. 51 (αὐλῇσιν S.) cf. Suid. s. v. — θερείην I. 189.

Aliis in nominibus adjectivis ambigitur utrum in ιος an in ειος, an ηϊος terminanda sint. Et δούλιον ζυγόν VII. 8, 3 omnes sine varietate adnotata exhibent (cf. Suid. s. v. cum interppr.) ut Aeschyl. Pers. 50 δούλιον ζυγόν cf. Lob. Aj. vs. 499. Et sic III. 14 Bekk. cum cod. S. ἐσθῆτι δουλίῃ scripsit pro vulgato δουληΐῃ. — V. 111 τὰ δὲ πολέμια δόκιμος nunc recte vulgat., sed πολεμήϊα V. Schaef., qui quidem ea in editione, qua Reizianam continuavit, recte πολέμια retinuit (πολέμια ἔργα δόκιμος habet S. πολέμια πάντα P.). VII. 9, 3 ἄριστοι τὰ πολέμια Bekk. alii; sed Gaisf. cum codd. S. V. πολεμήϊα. Sed vide πολέμια sine varietate V. 78. VII. 111. 234. 238. IX. 58. 122. III. 4 (ubi πολέμια recte nunc vulg. cum S. V. R. Alii cum codd. M. P. K. F. a. c. πολεμικά, de quo eadem valent, quae jam supra p. 179 de βάρβαρος et βαρβαρικός etc. disputata sunt.). — πολεμήϊος enim Homericum est, ut ξυνήϊος et ξεινήϊος, minime nostri in orationem inferenda cf. Eust. ad Il. β' vs. 338: τὸ δὲ πολεμήϊα δῆλον, ὡς πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η ἐκ τοῦ πολέμια, καὶ οὐκ ἀμφισβητεῖται, ὡς ἐπὶ τοῦ ξυνήϊα, — Suid. ξυνήϊα, κοινὰ χρήματα ex Schol. Hom. Il. α' 124. — Suid. ξεινήϊον, φιλικόν, ξεινήϊος Ζεύς. — Quam ad Homericam formam vulgatum illud ξεινηΐην III. 39 pro ξεινίην, depravatum fuisse videtur; quod ξεινηΐην, consulto a Wessel. retentum, non satis demirari possum, ab omnibus adhuc recentioribus editoribus cum codd M. P. K. F. servatum esse, quum e cod. S. et Ald., multis aliis Herodoteis locis collatis (I. 27. 69. III. 39. IV. 154. V. 30. VII. 116) ξεινίην retinendum fuisse cuique Herodoteae orationis haud inscio pateat. — V. 53 nunc vulgatur τὰ βασιλήϊα τὰ Μεμνόνια. Μεμνόνιον S. V. F. Μεμνόνεια Ald. Wessel. alii. V. 54 Μεμνόνιον ἄστυ nunc vulg. cum S. V. Μεμνό-

νειον Ald. Wessel. al. cum F. VII. 151 ἐν Σούσοισι τοῖσι Μεμνονίοισι nunc vulg. cum S. V. P. F. Μεμνονείοισι Ald. al. — Quibus in locis quum Μεμνόνιον epitheton sit, forma per ι scripta cum recentioribus editoribus praeferenda mihi esse videtur, quum Μεμνόνειον vel metusiasticis vel temenicis servandum sit; quamquam haud ignoro quam saepe horum fines, arctissime inter se cohaerentes, eaque de causa ne grammaticorum quidem multis praeceptis ac legibus satis certos constitutos, egressi sint, ac apud posteriores fere constanter Μεμνόνειον scriptum exstare cf. Strab. XV, p. 725 sq. Diod. Sic. II, 22. Strab. XVII, p. 813. Steph. Byz. s. v. Σοῦσα . . . . . . βασίλεια — κληθέντα Μεμνόνεια. — Eustath. ad D. P. vs. 1073 ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τὸ Μεμνόνειον ἄστυ τὰ Σοῦσα. — Possessivum autem andronymicum οἱ Μεμνόνειοι apud Polyaen. V, 44, 2 regulae convenienter formatum est. Vide Lob. Phryn. p. 371. Aj. p. 117. Paralipp. I, 3 § 7.

Ex nominibus temenicis aliisque hac affinitate conjunctis, quae et natura et origine sunt adjectiva, alia in ηϊον apud Herodotum exeunt, alia vulgarem suam formam retinent (cf. Lob. Phryn. p. 367 sqq.). Et Φοιβηΐου ἱροῦ (6, 61) jam supra attuli; praeterea ἐπὶ Ποσιδηΐου VII. 115. Sed Ἡφαιστείου II. 110 (Ἡφαιστίου F.). 112 τοῦ Ἡφαιστείου Bekk. al. recte cum S. a. (Ἡφαιστίου K. F). Ἡφαιστηΐου male Gaisf. alii. — 121 τοῦ Ἡφαιστείου nunc vulg. (Ἡφαιστίου K. F.). Alii Ἡφαιστηΐου. — 176 Ἡφαιστείου nunc vulg. (Ἡφαιστίου F.). II. 44 διξὰ Ἡράκλεια vulgat. (Ἡράκλεα F.). Ἡρακλήϊα male Borheck. V. 63 Ἡρακλείου Bekk. alii recte cum cod. S. Ἡρακληΐου Gaisf. al. VI. 116 Ἡρακλείου et Ἡρακλείῳ Bekk. al. recte cum codd. F. S. Ἡρακληΐου et -κληΐῳ Gaisf. alii. — V. 95 Ἀθήναιον (Alii praescribunt Ἀθηναῖον cf. Bekk. Anecd. p. 430, 22). Ἡραῖον (alii Ἥραιον) IV. 88. I. 70. V. 92, 7. VI. 81. 82. IX. 52. 53. 61. 69. 96. — Ἀρτεμίσιον IV. 35. Δημήτριον IX. 62. 101. — Πανιώνιον VIII. 106 bis et Πανιώνια I. 141. 142. 148. — Ἀπατούρια I. 147. Ὑακίνθια IX. 7 et 11. μαγοφόνια III. 79 (ἣ (ὁρτή) κέκληται Μαγοφόνια, sic recte nunc vulg. cum M. P. K. S. V. a. c. Agathia II, p. 47 a. Aliud est ὁρτῆς τῆς μαγοφονίας, ut Photius Ctes. Pers. § 15 (Baehr.) dixit; quare μαγοφονία codicis F. rejiciendum est, ut μαγοφονίαι codd. b. d. et edd. vett. — Similiter I. 51 nunc vulgatum cum codd. M. F. a. b. c. Θεοφανίοισι retinendum esse judico, pro quo olim male Θεοφανίῃσι erat vulgatum. Nam Θεοφάνια solum est Herodoteum, quamquam et Θεοφάνεια (cf. Suid. s. v.) ut Ἐπιφάνεια (Suid. Ἐπιφάνια καὶ Ἐπιφάνεια) dictum fuit; sed nunquam Θεοφανία vel Θεοφανίαι. — Ut autem Τριφώνεια, Θεοξένεια, Αἰάκεια dixerunt (cf. Philem. lex. technol. p. 73 (Osann.)) sic noster VII. 206 Κάρνεια, per diphthongum ει scribendum, quamquam cod. S. Κάρνια exhibuit; item VIII. 72 Κάρνεια vulgat. cum Plut. de Malig. c. 43. (Κάρνια S.).

Ex nominibus periecticis et iis, quae vasa, instrumenta aliaque

id genus denotant, multa Herodoteo ex usu diphthongum suam $\overline{\varepsilon\iota}$, in terminatione positam, in ηϊ mutant: λήϊον I. 19 bis. 193. II. 14. V. 92, 6 bis. χαλκήϊον I. 68. IV. 81 bis (τοῦτο χαλκήϊον et τὸ χαλκήϊον ποιῆσαι) 152. Sed IV. 81 in verbis κέεται χαλκήϊον et τὸ ἐν Σκύθῃσι χαλκήϊον utrobique nunc quidem χαλκήϊον recte vulgatum est, sed priore in loco habent codd. S. V. male χαλκιόν, in posteriore codd. K. F. a. χαλκεῖον. — I. 193 κηλωνηΐοισι nunc recte vulg. cum M. P. K. F. c. b. — κηλονηΐοισι a. κηλωνίοισι cod. d. et edd. vett. cf. Poll. VII. 143. — VI. 119 κηλωνηΐῳ sic recte cod. F. κοινωνηΐῳ cod. d. κηλονηΐῳ Gaisf. cf. Poll. VII, p. 360, 7 qui κηλώνειον exhibet. — ἀγγήϊα II. 121, 2 bis et 4. IV. 2 bis; unde patet male vulgatum cum codd. F. S. ἀγγείοισι I. 188, maleque adhuc omnibus in editionibus retentum, in ἀγγηΐοισι mutandum fuisse; neque Athenaei (II, c. 23 p. 171) neque Eustathii (ad Hom. Od. IV, p. 173, 22) testimonia, hoc ex loco ἐν ἀγγείοις afferentium, hac in re quidquam valere. Similiter etiam VI. 119 pro ἀγγείοις male vulgato, quod duplex vitium suscepit, et a codd. M. P. K. F. a. b. c. Vall. omissum est, ἀγγηΐοισι reponendum erat. — Praeterea ὑδρήϊον III. 14. ἐργαλήϊα III. 131. λαισήϊον VII. 91 (cf. Eust. Il. p. 570 = 433: φησὶ Ἡρόδοτος, ὅτι λασήϊα εἶχον ἀντὶ ἀσπίδων, ὠμοβοείοις (Herod. ὠμοβοέης) πεποιημένα). IV. 14 κναφήϊον bis, item Origen. ctr. Cels. III, p. 125 sq. — Sed ἐπὶ κναφηΐου ἕλκων quod I. 92 olim vulgabatur, perversum esse patet, ac recte nunc κνάφου restitutum esse. — πρυτανήϊον I. 146 (et sic Plut. de Malig. c. 19). III. 57. V. 67. VI. 38. 103. 139. VII. 197. τῶν ἀρχηΐων IV. 62. — μαντήϊον I. 46 bis. 48. 49 bis. 53. 55. 90. 91. 157. II. 29. 52 bis. 54. 55. 83 bis. 111. 133 ter. 139. 152. 158. 174 quater. III. 16. IV. 164. V. 80. 89. 91 (μαντηΐοισι et sic etiam Plut. de Malig. c. 23). VI. 35. VII. 111. 142. 178. VIII. 31. IX. 33. — τὸ νεκυομαντήϊον V. 92, 6. — σημήϊον II. 38. 41. III. 28. VI. 27. VII. 128. VIII. 92. IX. 59. I. 171 σημήϊα nunc recte vulgat. cum codd. K. F. σημεῖα M. a. c. edd. vett. — μνημήϊον II. 126. 155. — ἀγγαρήϊον III. 126. VIII. 98. — κηρυκήϊον IX. 100. — πορθμήϊα IV. 12. 45. VII. 25. — ἀριστήϊον VIII. 11. 122. 123. 124. Sed δευτερεῖα, sic per $\overline{\varepsilon\iota}$ scriptum, I. 31. 32 et VIII. 123 ab omnibus, nulla varietate adnotata, retinetur, et immutatum relinquendum esse videtur. — Sic et στυπεῖον VIII. 52 vulgatum est (στυππεῖον P., ut in Bekk. Anecd. p. 302, 16. στυππίον S. V. cf. Lob. Phryn. p. 261.).

Alia in $\overline{\iota o\nu}$ constanter terminanda sunt, ut V. 58 διδασκάλια nunc recte vulgatur (cf. Suid. s. v. διδασκαλεῖον. — διδασκάλιον αὐτὸ τὸ μάθημα) pro quo in cod. S. male διδασκαλεῖα habetur. — σιδήριον III. 29. IX. 37 et VII. 18 θερμοῖσι σιδηρίοισι nunc vulg. cum S. Olim σιδηρείοισι et cod. F. — κεράμιον III. 6. cf. Athen. XI, p. 473 B. Polluc. VII, p. 363, 43, qui quidem falso κεράμειον posuit; nam κεράμειον a Dione Cass. 42, 26. ab auctore vitae Hom. c. 32 (κεραμήϊα) aliisque posterioribus pro substantivo

κεράμιον usurpatum, non magis est Herodoteum, quam adjectivum κεράμειος, pro quo Herodotus κεράμινος dixit: III. 96 ἐς πίθους κεραμίνους τήξας, sic recte M. P. K. S. V. κεραμέους, quod hoc accentu notatum nihili est, habent B. Ald. al. κεραμίους F. a. b. c. d. — IV. 78 κύλιξ κεραμίνη cf. Lob. Phryn. p. 147. Anecd. Bekk. I, p. 102, 9 κεράμινον ἀντὶ τοῦ κεραμεοῦν Ἡρόδοτος πρώτῳ (?). — Baehr. Ctes. Reliqq. p. 228. — θυμιητήριον IV. 162. σανδάλιον II. 91. ἱστιητόριον IV. 35. κυνηγέσιον I. 36 alia.

In aliis porro nominibus ειος, ειον, εια prorsus non mutantur apud Herodotum, sed diphthongus ει immutata relinquitur: προάστειον I. 78. II. 41. III. 14. 18. 54. 84. 85. 86. IV. 78. V. 12. VIII. 129; quare vix dici potest quam longe a vero quidam aberraverint, qui προαστήϊον in ordinem receperunt, sic III. 142 προαστείῳ Bekk. alii cum codd. S. a. προαστηΐῳ Gaisf. alii. V. 1 προαστείῳ Bekk. alii. προαστείων S. προαστηΐῳ Gaisf. alii. — Praeterea παρειάς I. 134. ἐπίνειον VI. 116 (ἐπίνεον S.). γένειον II. 36. IV. 23. VI. 117. λειογενείους V. 20. — Σίγειον V. 65. 94 (Σίγιον F. constanter). IV. 38. V. 95. — Πηνειός VII. 20. 128. 129. Σπερχειός VII. 198 Bekk. alii recte, sed Σπερχήϊος cum codd. S. V. male Gaisf. Schaef., quod non debebat Wessel. probare. — Ἀτραμύττειον VII. 42, sic a. c. et Valla. Ἀτραμύτειον S. Ἀδραμύττειον F. b. d. cf. Steph. Byz. s. v. Suid. s. v. Eust. ad Hom. Il. p. 649, 44 = 512, 20. Interppr. Thucyd. V, 1. Creuz. Frag. Hist. p. 198. — Ῥοίτειον VII. 43 (Ῥοίτιον F.). Ὀφρύνειον VII. 43. Σέρρειον VII. 59. Δαυρεῖον VII. 144 (Δαυρίον S. b.). — VI. 33 ἐν Δασκυλείῳ sic recte cum Paris. F. S. Vall. Olim male Δασκυλίῳ, neque recte Schweigh. monuit Δασκυληΐῳ scribendum esse; cf. enim III. 120 et 126 Δασκυλείου et Δασκυλείῳ sine varietate. — Θρασυδήϊος noster dixit IX. 58; atque ut ληΐζομαι, ληϊστύς, ληϊστής, sic etiam constanter ληΐη pro λεία (vide interprett. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 69) I. 161. II. 152 κατὰ ληΐην et sic Greg. Cor. l. l. — cod. S. ληΐν. IV. 64 τῆς ληΐης vulg. λείας S. V. — 103 ἀπὸ ληΐης. — 202 ληΐην id. VIII. 121. IX. 85. 106. ληΐης VIII. 123. IX. 80.

Et nomina substantiva primae declinationis in εία exeuntia, quae a verbis in ευω derivata, vulgari in sermone ᾱ longum habent, constanter apud nostrum in ηΐη terminantur; quo differunt et ab iis substantivis foemininis, quae ab adjectivis in ης (ους) derivata tantum in ειη non in ηΐη transeunt, et ab iis, quae a substantivis in ευς vel aliunde derivata etiam apud Herodotum terminationem ειᾰ, ultima correpta, retinent. — ἡ βασιληΐη (regnum) I. 187 (ubi cod. S. male βασιλήϊα). II. 120. 162. III. 84. 140. VII. 5. 205. βασιληΐης I. 98. 123. 129. 130. 173. II. 169. III. 65. 84. 85. IV. 120. 146. VI. 61. 64. 67 bis. VII. 3 bis. 205. IX. 34. — βασιληΐῃ II. 162. — βασιληΐην I. 11 vulgo, ubi cod. S. male βασιλείην. — I. 12. 13. 26. 54. 67. 107. 129. 162. 205. 208. 210. II. 2. 100. 111. 112. 121. 127. III. 3. 20. 68. 84. 85. 88. 126. 140. IV.

5. 78. 147. 161. V. 35. 39. 42. VI. 64. 71. VII. 204. 209. IX. 34 (IV. 120). τὰς βασιληΐας IV. 7. VI. 55. — Eadem cum constantia στρατηΐῃ scribendum est, quod falso saepius cum στρατιῇ confundebatur; et στρατηΐας quidem habes II. 159. III. 17. στρατηΐην III. 39. V. 99. ἐπιστρατηΐην IX. 3. I. 71 στρατηΐην vulgo. στρατίην S. V. item II. 111. I. 171 στρατηΐην vulgo. στρατίην F. I. 205 στρατηΐην nunc vulgo cum S. K. P. F. a. c. στρατίην M. στρατιήν b. d. Ald. al. Suid. στρατιάν vel στρατείαν. III. 3 στρατηΐην nunc vulg. cum S. V. στρατειήν f. στρατιήν alii cum F. a. III. 56 στρατηΐην nunc vulg. Alii στρατιήν vel στρατείαν. — 67 στρατηΐης vulg. στρατιῆς S. V. IV. 83 στρατηΐην nunc vulg. στρατείην F. Alii cum S. στρατιήν. — 84 στρατηΐης nunc vulgat. στρατιῆς F. V. 77 στρατηΐην (στρατείην S.). VII. 7 στρατηΐην nunc vulg. Alii cum S. στρατιήν. — 38 στρατηΐης nunc vulgat. Alii cum F. στρατιῆς. — 174 στρατηΐῃ nunc recte vulg. ex emendatione Valck. et Wessel. et sic vertit Valla. Olim στρατιῇ vulg. — Ac recipio sine haesitatione in ordinem VI. 56 ἐπὶ στρατηΐης, quod Reiskius proposuerat, et immerito a plerisque neglectum est, pro ἐπὶ στρατιῆς male vulg. (ἑκατὸν δὲ ἄνδρας λογάδας ἐπὶ στρατιῆς φυλάσσειν αὐτούς (τοὺς τῶν Σπαρτιητέων βασιλέας)). — ἡ μαντηΐη II. 57. μαντηΐαι II. 83. τὰς μαντηΐας VI. 57. προμαντηΐη I. 54. III. 89 σατραπηΐας. I. 192 σατραπηΐην (σατραπίην S. F. d.). — θεραπηΐη I. 199. VII. 55. 83. 184. 186 et V. 21 θεραπηΐη αὐτῶν vulg. ubi cod. S. θεραπείη αὐτέων. πτωχηΐην III. 14 nunc recte vulgat. cum M. P. S. V. F. Paris. πτωχίην Ald. alii. — ἑταιρηΐην V. 71 et sic Thom. Mag. p. 304, 14. — δουληΐην VI. 12. πρυτανηΐη VI. 110 bis. κηρυκηΐαι VII. 134. πολιτηΐην IX. 34. — Unde nihil dubii relinquitur quin vulgata θρησκίῃ II. 18 (sic S.) vel θρησκείῃ (sic Origen. ctr. Cels. V, p. 254. Anecd. Bekk. I, 99, 26 θρησκεία Ἡρόδοτος δευτέρῳ) et θρησκίας II. 37 (sic S.) vel θρησκείας, statim in Herodotea θρησκηΐῃ et θρησκηΐας mutanda sint, ut νηστείας male vulgatum IV. 186 (νηστείας καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι) in νηστηΐας, a νηστεύω. — Praeterea quum Ταριχεῖαι properispomenon a Strabone scribatur (cf. Strab. XVII, p. 834 C. αἱ Ταριχεῖαι λεγόμεναι coll. XVI, p. 764 D. ἐν δὲ ταῖς καλουμέναις Ταριχείαις; et ἡ Ταριχεία, paroxytonon, urbs Iudaeae apud eundem Strabonem l. l.), atque hoc nomen a verbo ταριχεύω sit repetendum, videndum est ne rectius apud nostrum II. 113 ἐς Ταριχηΐας vulgato Ταριχείας substituendum sit, quo etiam scriptura cod. S. II. 15, Ταριχηΐων Πηλουσιακῶν praebentis pro Ταριχειῶν vel Ταριχίων F. a. c., spectare videtur; unde non nominativus quidam Ταριχεῖον vel Ταριχήϊον conjiciendus erat, sed leni medela adhibita veram Herodoteamque scripturam Ταριχηΐέων Πελουσιακέων eruere debebant. Ea autem forma, quae apud Steph. Byz. s. v. invenitur Ταριχέα, Ταριχέαι, non est Herodotea. — Sed vulgatum ἀριστείῃ II. 116 (ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ) quamquam haud dubie ab ἀριστεύω, non ab ἀριστεύς derivandum,

non sollicitandum esse censeo; neque etiam ζωγρίῃ VI. 28. 37 vulgatum, quum non poeticam solum hanc scripturam pro vulgari ζωγρείᾳ fuisse conjiciam, sed etiam Ionicam et exquisitiori cuique dicendi generi convenientem cf. Suid. s. v. ζωγρίῃ. Baehr. Ctes. Reliqq. p. 123. Polyaen. IV, 10, 1 ἠλίσκοντο ζωγρείᾳ. — Similiter vulgatam scripturam VI. 56 ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι, a codd. M. P. K. F. praebitam (ἐν τοῖσι ἐξοδίοισι S.) quamquam illud ἐξοδίη ab ἐξοδεύω derivandum esse videtur, et ab aliis et a Strabone (V, p. 382 A. (249 B.) ἐξοδείας ποιούμενοι) ἐξοδεία scribitur, tamen non mutandam esse judico, neque in ἐξοδηΐῃσι vertendam, quum ἐξοδία non a poetis solum (cf. Interppr. Aristoph. Nub. 579) sed etiam ab aliis historicis usurpatum sit (cf. Schweigh. lex. Polyb. p. 230). — Sed ἡ βασίλεια (regina) a βασιλεύς derivandum, ει diphthongo immutata, constanter proparoxytonon apud nostrum scribendum est; sic βασίλεια I. 11. 185. 191. 205. βασίλειαν IV. 127. — I. 187 ἡ δ' αὐτὴ αὕτη βασίλεια omnes; ibid. ἡ βασίλεια τοιαύτη recte vulgat, ubi βασιλήϊα male cod. S. — Etiam I. 211 recte nunc cum codd. F. a. c. βασιλείης vulgatum est; olim male βασιληΐης; item cap. 213. — Unum autem ἡ ἱρείη ita esse excipiendum, ut α tantum in η mutetur, immutata ει diphthongo, jam supra p. 128 commemoravimus, unde II. 54 ἱρείας dicendum erat (ἱερείας P. K. F.) non ἱρηΐας Gaisf. al. II. 55 αἱ ἱρεῖαι, non ἱρήϊαι Gaisf. et S. aut ἱέρειαι F. Eust. Od. p. 1760 = 545, aut ἱρεῖαι Bekk. V. 72 ἱρείη Ald. Bekk. alii cum S. non ἱρηΐη Reizii et Gaisf. VIII. 104 ἡ ἱρείη (ἱερείη F.) non ἱρέη codic. S. (cf. Strab. XIII, p. 909 (611)). Nam ἱρέη et ἱρέα Dorica sunt cf. Pind. Pyth. IV, 5 (Boeckh.) ἱρέα. Callimach. Epigr. 42, 1 ἱερέη. Theocrit. 29, 1 et 38 ἀλάθεα. Sic et apud Pindarum in nominibus propriis, Ἀλφεόν pro Ἀλφειόν Olymp. 5, 18. Nem. 3, 83 Κλεοῦς. — I. 175 ἡ ἱρείη vulgat. (ἱερείη F. al.). VIII. τῆς ἱρείης sine varietate. Quare hoc nomen cum iis esse comparandum patet, quae ab adjectivis in ης (vel ος) derivata apud Herodotum constanter in ειη, non in ηΐη exeunt. Sic ἀληθείη, ἀληθείης etc. constanter est scribendum, ac perverse et ex summa Herodoteae orationis ignorantia in recentioribus etiam editionibus ἀληθηΐη etc. scriptum invenitur. III. 64 ἀληθείη Bekk. et F. ἀληθηΐη Gaisf. et vulgo. II. 106 τῆς ἀληθείης Bekk. al. cum F. a. ἀληθείας S. ἀληθηΐης Gaisf. alii. I. 116 τῇ ἀληθείῃ Bekk. alii. ἀληθείᾳ F. a. ἀληθηΐῃ Gaisf. alii. III. 1 ἀληθείῃ Bekk. alii cum F. a. ἀληθηΐῃ Gaisf. al. — 72 ἀληθείῃ Bekk. bis cum F. S. ἀληθηΐῃ Gaisf. alii. IV. 195 ἀληθείῃ Bekk. F. S. ἀληθηΐῃ Gaisf. VII. 101 ἀληθείῃ bis Bekk. ἀληθηΐῃ Gaisf. bis. — 102 ἀληθείῃ Bekk. (Stob. 7 p. 90 Gesn.). ἀληθηΐῃ Gaisf. al. — 104 ἀληθείῃ Bekk. cum F. S. ἀληθηΐῃ Gsf. al. — 234 ἀληθείῃ Bekk. ἀληθηΐῃ Gaisf. alii. — τὴν ἀληθείην I. 34 Bekk. cum F. d. ἀληθηΐην Gaisf. alii. ἀληθίην a. c. — 46 ἀληθείην Bekk. cum F. Paris. ἀληθηΐην Ald. Gaisf. alii. — 55 ἀληθείην Bekk. cum F. Paris. ἀληθηΐην Gaisf. alii. — 117

ἀληθείην Bekk. al. cum F. c. ἀλήθειαν a. ἀληθηΐην Gaisf. alii. II. 115 ἀληθείην Bekk. alii cum F. a. ἀληθηΐην Gaisf. al. — 119 ἀληθείην Bekk. alii cum F. ἀληθηΐην Gaisf. alii. — 120 ἀληθείην Bekk. al. ἀληθηΐην Gaisf. alii. III. 22 ἀληθείην Bekk. alii. ἀληθηΐην Gaisf. alii. — 63 ἀληθείην Bekk. al. ἀληθηΐην Gaisf. al. item III. 75. IV. 44 ἀληθείην Bekk. F. S. ἀληθηΐην Gaisf. alii. VI. 68 ἀληθείην Bekk. cum S. V. F. ἀληθηΐην Gaisf. alii. — 69 ἀληθείην Bekk. cum F. S. ἀληθηΐην Gaisf. alii. VII. 209 ἀληθείην Bekk. cum S. V. F. ἀληθηΐην Gaisf. alii. VIII. 82 ἀληθείην Bekk. cum F. K. ἀληθηΐην Gaisf. al. IX. 89 ἀληθείην F. S. ἀληθηΐην Gaisf. alii. Quibus omnibus in locis cum Bekkero et quibusdam codicibus ἀληθείη, ἀληθείης, ἀληθείῃ, ἀληθείην retinenda sunt. — ὑγιείην II. 77 nunc recte vulgat. cum M. P. K. F. V. Paris. ὑγείην S. (cf. Lob. Parerg. p. 493) sed ὑγηΐην male Ald. Schaef. ὑγιηΐην Borheck. — ἀδείῃ VIII. 120. IX. 42. ἀδείην II. 121, 6 (vulgo ἄδειαν vide supra p. 128). — I. 22 σιτοδείην Bekk. alii cum F. a. c. σιτοδίην b. d. σιτοδηΐην male Gaisf. alii, et Priscian. 18, 24 (Vol. II, p. 200 Krehl.). — I. 94 σιτοδείην Bekk. et vulgo. σιτοδηΐην Gaisf. alii. sed vide Etymol. Mag. s. v. θυσία p. 461, 32 sqq. . . . . δεία, σιτοδεία, ὑγιής, ὑγίεια καὶ ὑγία. — IX. 73 ἀτελείῃ omnes. I. 54 ἀτελείην M. R. F. a. b. c. ἀγγελίην d. e. et edd. vett. Etiam III. 67 ἀτελείην est reponendum pro vulgato cum S. V. F. a. ἀτελίην, vel ἀτεληΐην Gaisf. al. II. 92 εὐτελείην edd. vett. et Reiz. recte. εὐτελέην nunc vulgo cum S. V. εὐτεληΐην Borheck. II. 87 πολυτελείην Bekk. alii cum S. V. K. F. a. πολυτεληΐην male Gaisf. alii. — Ac εὐμενείῃ II. 45 reponendum est pro vulgato εὐμένεια (εὐμενέα S. V. alii εὐμενέῃ) et summo in errore versatus est Schweigh., quum in lex. Herodot. s. v. (p. 295) perversam scripturam εὐμενέα tenendam et pro neutro plurali adjectivi εὐμενής accipiendum esse censuit. — III. 36 προμηθείῃ vulgo cum F. Alii cum K. S. V. Paris. προμηθίῃ. Eodemque modo I. 88 προμηθείῃ est reponendum pro vulgato προμηθίῃ. — μεγαλοπρεπείην III. 125 omnes, et μεγαλοπρεπείῃ I. 139. πρεσβυγενείην VI. 51. εὐπετείῃ V. 20. — ἀτρεκείην VI. 82 Bekk. alii cum F. S. ἀτρεκηΐην male Gaisf. alii. Sic etiam VI. 1 e codd. F. a. S. ἀτρεκείην erat reponendum pro vulgato ἀτρεκίην, et IV. 152 ἀτρεκείην pro vulgato ἀτρεκίην, nulla varietate adnotata. — II. 35 Bekk. al. cum Stob. 43, 74. εὐμαρίῃ scripserunt, Gaisf. alii cum codd. P. K. F. S. a. εὐμαρέῃ (cf. Suid. εὐμαρέῃ. ἀπόπατος παρὰ Ἡροδότῳ. Et εὐμάρεια, ἡσυχία Ἡρόδοτος (IV. 113) Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Ion. § 119). IV. 113 εὐμαρίην vulgat. εὐημερίην S. Sed et hic et illic nihil nisi εὐμερείην, εὐμερείῃ verum esse potest. — ἀσφαλείης III. 7 omnes recte. IV. 33 ἀσφαλείης edd. vett. cum S. pro ἀσφαλίης male nunc vulgat. cum cod. V. — II. 121, 1 ἀσφαλείῃ Bekk. alii cum F. a. ἀσφαληΐῃ Gaisf. al. ἀσθενείης IV. 135 omnes. II. 47 ἀσθενείης Gaisf. alii; alii cum a. male ἀσθενίης. — VIII. 51 ἀσθενείης recte edd. vett.

cum S. F. pro ἀσθενίης male nunc vulgat. — ὠφελείῃ V. 98 alii cum cod. S., alii cum F. Paris. ὠφελίῃ. Vulgo ὠφέλειᾳ. — VII. 139 ὠφελείην Ald. alii cum F. Alii nunc male ὠφελίην. cf. Interppr. Greg. Cor. d. d. Ion. p. ~~444~~. Grammat. Leidens. p. 628 χρῶνται (Ἴωνες) μὲν οὖν τῷ η ἀντὶ τοῦ α, ὅταν λέγωσι — ὠφελείην ἀντὶ τοῦ ὠφέλειαν. — Quare VII. 158 ὠφελείαι reponendum erat pro ὠφέλειαι vel pro ὠφελείαι (F. al.) vel ὠφελίαι (S. K. Paris.). — ἀναιδείῃ VII. 210 omnes. ἀναιδείην VI. 129 vulg. ἀναιδίην S. (cf. Bekk. Anecd. II, p. 494). I. 115 praebent codd. M. K. F. a. b. c. verum ἀεικείῃ pro ἀεικίῃ male vulgato (ἀκίῃ S. ἀδικίῃ V. d.) cf. Heyn. ad Il. ω' 19. Eust. Hom. p. 1464 = 1336 et p. 1893, 24 = 736, 17. Herm. ad Soph. Oed. Col. vs. 752. — Praeterea I. 73 ἀεικείῃ Gaisf. alii, ἀεικίῃ male Bekk. alii. III. 160 ἀεικείης alii, alii ἀεικίης. αἰκίης S. — III. 140 εὐηθείην praebent F. alii recte, εὐηθίην male nunc vulg. cum S. V. et forte Paris. VII. 16, 3 εὐηθείης vulgat. (εὐηθείας S.). Quare non debebant I. 60 omnes in vitiosa scriptura εὐηθίης consentire, sed in Herodoteum εὐηθείης mutare. Similiter legitur in Batrach. 72 ἀήθεια. Plat. Rep. VII, p. 518 (Stallb.) ὑπὸ ἀηθείας. — I. 22 εὐπαθείῃσι. — 135 εὐπαθείας. — 191 εὐπαθείῃσι. Quare haud dubie vulgatum εὐπαθίῃσι VIII. 99 in εὐπαθείῃσι mutandum est. (Vide Plat. Remp. III, p. 404 D. εὐπαθείας et X, p. 615. Bekk. Anecd. I, 94 εὐπάθειαν. Suid. s. v. θάλεια.) — Etiam nomen ἀϊδρείη, ab adjectivo in ις derivatum, eandem quam substantiva ab adjectivis in ης derivata, normam secutum est VI. 69 ἀϊδρείῃ Bekk. alii cum codd. F. S., quod unice verum etiam Homeri ἀϊδρείῃσι (Od. 10, 231. 11, 272) et Luciani ἀϊδρείη (de Astrolog. c. 3) confirmare possunt, simulque monstrare quam perversa sit Gaisfordi aliorumque scriptura ἀϊδρηΐῃ.

His omnibus in exemplis, ubi inter ειη et ηΐη fluctuant libri, nulla jam restat dubitatio; quin haec posterior terminatio, ut non Herodotea, rejicienda sit; sed pro ειη iisdem in exemplis subinde alii ιη alii εη maluerunt; et haec terminatio εη, quam jam supra in nominibus Ταριχέα, —χέαι, ἱρέη a nostri oratione procul habendam esse vidimus, eadem cum injuria in εὐμενέη, εὐτελέην, εὐμαρέη a quibusdam illata esse mihi videtur. Nam haec vel raritate sua, interpositis multis aliis ejusdem generis vocabulis recte in ειη terminatis, satis suspecta, neque omnes per casus eandem terminationem ne in Mss. quidem libris monstrantia, procul dubio e fallaci quadam Doricorum nominum ἱρέη, ἀλάθεα (ἀλαθέη) et Herodoteorum ἐπέτεος, ἐπιτήδεος etc. analogia orta sunt, cum quibus revera quum ab aliis tum ab interpretibus Gregorii Cor. p. 440 et 521 falso composita sunt, falsoque defensa. Suidas quidem l. l. εὐμαρέη ex Herodoti libris attulit, ut Gregorius Cor. l. l., sed utrumque vitiosis exemplaribus deceptum esse patet, ac subjunxit Suidas statim εὐμάρεια, ἡσυχία Ἡρόδοτος, quum minime statuendus esse videatur Herodotus alio in significatu aliam formam usurpasse. Quo

accedit quod Eustath. ad Hom. Il. ξ' p. 980 = 970 etiam illo in significatu, ἀπόπατος, formam εὐμάρεια agnoscit (ὅθεν καὶ εὐμάρεια κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ εὐχέρεια, ἡ ῥαστώνη. Ἴωνες δὲ τὸ περί τινα τῶν ἀναγκαίων τῷ σώματι ἐκκρίσεων ἀσχοληθῆναι, οἷον οὐρῆσαι (φασίν) ἢ ἀποπατῆσαι, εὐχέρειαν (sed εὐμέρειαν scribendum apparet) ἐκάλουν.) et Etymol. Mag. s. v. θυσία duas tantum hujus nominis formas attulit εὐμάρεια et εὐμαρία. — Adsentio igitur iis editoribus qui illarum vocum terminationem εη omiserunt, sed non ιη aut ηΐη illi substituam, sed solum Herodoteum ειη, ut εὐμαρείη et εὐμαρείην, εὐμενείη, εὐτελείην servanda sint. Etiam Heind. Plat. Protag. p. 321 A. recte pro εὐμαρίαν olim vulgato reposuit εὐμάρειαν, ubi vide alia exempla ab eodem Heindorfio allata. — Etiam pro Δεκελέης nunc vulgato cum cod. S. (9, 15) id quod codd. F. c. et edd. vett. praebuerunt Δεκελείης reponi velim (Δικελείης a. Δεκελίης d.), ut IX. 73 Δεκελείης et Δεκελειῆθεν, non quod Koenius pro Δεκελῆθεν olim vulgato (δὲ Κεκλῆθεν F.) proposuit Δεκελεῆθεν. Vide Sinten. Plut. Themist. p. 102. Steph. Byz. s. v. Bekk. Anecd. I, p. 234, 27. p. 240, 25. Suid. s. v. Et disertis verbis forma Δεκελειῆθεν in Bekk. Anecd. II, p. 601 tribuitur Ionibus (ut Δεκελειᾶθεν apud Steph. Byz. s. v.) quamquam iota illud non περισσόν est, ut ibidem (II, p. 601, 30) Tryphon grammaticus contendit (cf. Herm. Praef. Antig. p. 16 (ed. tert.)) Δεκελειόθεν Attice habet Lysias p. 166, 35. 37. Sed tradidit Eust. ad Hom. Il. p. 302 = 228 Μαντινέη Ionice dictum esse pro Μαντίνεια, et exstat apud Herod. IV. 161 omnibus in libris scriptum ἐκ Μαντινέης; et II. 18 ἐκ Μαρέης pro Μαρείης cf. Steph. Byz. s. v. Μάρεια; et illud Μαρέης repetiit Origen. ctr. Cels. V, p. 254. — Aliis in nominibus terminationes εια et εα non e diversa dialecti ratione differunt, quamquam alia aliis scriptoribus magis placuisse videtur, ut Μαλέη et Μαλέαι Herod. (I. 82. IV. 179. VII. 168) Interppr. Steph. Byz. s. v. Μάλεια et Μάλειαι Hom. alii. — Thom. Mag. p. 218, 12 καὶ Κεγχρεαὶ καὶ Κεγχρειαί. Λουκιανὸς ἐν τῷ περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράψειν (§ 29. Vol. II, p. 38) οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν ἀποδημήσας. καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ (c. 23) πλέων ἐκ τῶν Κεγχρειῶν. Vide et Suid. s. v. Κεγχρεαί. Et sic Xenoph. Hell. VII, 1, 41 ὑπὲρ Κεγχρεῶν. Polyaen. IV, 7, 3 Κεγχρεάς et VI, 5, 1. Sed Thucyd. VIII, 10 Κεγχρειῶν et VIII, 20 ἐς Κεγχρειάς et 23 Κεγχρειῶν. Pausan. II, p. 88 (Sylb.) ἐς Κεγχρείας et ἐν δὲ Κεγχρείαις (sed scribe Κεγχρειάς et Κεγχρειαῖς). —

Terminatio autem ιη pro ειη, saepius adhuc nostris in libris conspicua, isto Herodoteo tempore poetis tantum erat concessa, neque mea quidem e sententia ullo modo apud nostrum ferenda, cf. Interppr. Greg. Cor. d. d. Attic. p. 55. Interppr. Suid. s. v. ἀμέλεια καὶ ἀμελία, ἀμφότερα Ἑλληνικά. — Schneid. Plat. Resp. IV, p. 447 C. I, p. 20. II, p. 365. V, p. 461 B. IX, p. 590 A. X, p. 618 B. — Tradidit quidem Schol. ad Soph. Electr. 996

haec: τῆς νεωτέρας Ἰάδος ἐστὶ τὸ λέγειν τὴν προμήθειαν προμηθίαν, καὶ τὴν εὐέπειαν εὐεπίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα; et legitur in Vit. Hom. ἐπιμελίῃ c. 5 et 7. συμπαθίῃ apud Aretaeum p. 8, 20 (cf. Maitt. (Sturz) p. 225). Sed partim grammaticorum praeceptis, quum haec e vitiosis exemplis derivata esse possint, non nimiam habendam esse fidem apparet, partim genuina exempla ex eorum scriptorum libris sumta esse, quorum usum non levibus in rebus ab Herodoteo differre constat. Ac, si in Etymol. Mag. l. l. et ἀήθεια et ἀηθία dictum esse traditur, et φιλοκέρδεια et φιλοκερδία, προμήθεια et προμηθία alia, ea ipsa, quae ad ἀηθία adduntur: πολιτικώτερον δὲ διὰ τοῦ ῑ, haud obscure significant, eo maxime tempore, quo oratores ac rhetores Attici potissimum floruerunt, terminationem in ῑα evicisse, ut etiam ἑταιρία pro ἑταιρεία (Herod. ἑταιρηΐη) certum est apud Demosth. Mid. p. 503. Sed Thucydides usurpavit ὠφελίας III, 82. VI, 73. I. 3. 73. II, 37. V, 38. I, 26. 28. 35. II, 65. III, 13. et alibi saepius, ut Plat. Resp. I, 145 E. 146 C. III, 389 B. et alibi. — ἀσφαλίας Thucyd. V, 111. I, 40. 75. 76. II, 11. IV, 68. — I. 7 μεταμελίας et I. 34. ἀμέλεια V. 38. III. 10 εὐηθίας. — II. 37 ἀφανείῃ. II. 41 ἀλήθεια ut saepissime alibi. VI. 102 ἀσθένειαν. — Sed ἀμαθία (cf. Etymol. Mag. l. l.) Thucyd. II, 40. 62. Plat. Resp. VII, p. 535 E. Apol. Socrat. 29 b. Protag. 340 E. Euripid. Phoen. 404. 593. 779. — εὐμαθίην ᾐτεῖτο Callim. Epigr. 49, 1. Quamquam in Plat. Republ. VI, 499 E. τῆς φιλομαθείας scriptum legitur.

Alia denique nomina ut apud alios scriptores sic apud nostrum constanter in ῑα (ιη) terminanda sunt; quae enim ab adjectivis in ειδης, ηδης, ωδης, φύης, μάνης, τύχης exeuntibus derivantur hanc terminationem retinent cf. Etymol. Mag. l. l. τὰ παρὰ τὸ φυὴ διὰ τοῦ ῑ, εὐφυΐα, εὕρηται καὶ εὐφύεια παρὰ Ἀλέξιδι. τὰ παρὰ τὸ τύχη διὰ τοῦ ῑ, εὐτυχία. εὕρηται καὶ εὐτύχεια παρὰ Σοφοκλεῖ. τὰ παρὰ τὸ ἔτος διὰ τοῦ ῑ. — Sic Herod. IV. 75 εὐωδίῃ. II. 40 εὐτυχίῃ. συντυχίῃ II. 43 et alibi alia constanter. — De vocabulorum formis δημοκρατίην, δημοκρατίας (6, 41. 43. 131), ἰσοκρατίας (V. 92, 1) quamquam non a talibus, qualia modo significavimus, adjectivis derivatis, tamen constanter apud nostrum per ῑ scriptis, vide Lob. Parerg. p. 526. — Et λιπαρίῃ (9, 21 et 70) potius ad λιπαρέω quam ad λιπαρής referendum esse videtur, ut λειποστρατίῃ (5, 27) ad λειποστρατέω, quamquam ab aliis λειποστρατεία per diphthongum ει scribitur; sicuti pro Herodoteo aliorumque ἡ δορπίη (II. 48 Herod. Philyllius apud Athen. IV, p. 171 βούλεσθε δητ' ἐγὼ φράσω τίς εἰμ' ἐγώ; ἡ τῶν προτενθῶν δορπία καλουμένη. Vide et Schol. Aristoph. Acharn. vs. 140. Pax vs. 670) alii ἡ δόρπεια dicere maluerunt, vide Interppr. ad Herod. loc. laudat. — Atque pro forma θαλίῃσι, Herod. III. 27 veterum grammaticorum praecepta afferri possunt, veluti Moschopuli in Ecl. nom. Attic. (Greg. Cor. p. 34 Schaef.) Θάλεια, τὸ ἐπίθετον τῆς εὐωχίας καὶ

ἡ Μοῦσα, αὐτὴ δὲ ἡ εὐωχία θαλία λέγεται διὰ τοῦ ῑ. Vide et interppr. Suid. s. v. θάλεια.

Sed restat, ut de diphthongo ει in nominibus patronymicis vel his similibus in ειδης finitis quaedam dicantur. Tradidit Greg. Cor. d. d. Ion. p. 377: τὸ κλεισθέντες κληϊσθέντες λέγουσι, ὥσπερ καὶ τὸ ἱερεῖον ἱερήϊον, καὶ τὸ Πηλείδης Πηλεΐδης Πηληΐδης. Gregorius autem hic Ionica et epica, Herodotea et non Herodotea miscuit; nego enim Πηληΐδης aut similia esse Herodotea, atque ubi in nostri orationem invecta inveniantur, radicitus exstirpanda esse. I. 7 Ἡρακλεῖδαι et Ἡρακλειδέων omnes sine varietate, ut I. 13. 14. 91. 158. V. 37. 121. VIII. 114. IX. 26. 27. 33. — V. 43 Ἡρακλειδέων Bekk. alii cum S. Ἡρακλειδῶν V. K. F. b. sed Ἡρακληϊδέων male Gaisf. et vulgo. VII. 208 Ἡρακλείδης S. V. K. F. Bekk. alii. Ἡρακληΐδης Ald. Gaisf. alii. — Ἱπποκλείδης VI. 127. Εὐρυκλείδης VIII. 2 et 42. — Νηλεῖδαι V. 65. Περσεῖδαι I. 125. Αἰγεῖδαι IV. 149. VII. 20. — Ἀριστείδης VIII. 79 sqq. VI. 61 Ἀλκείδης, alia. — Sic etiam VI. 4 cum edd vett. Bekk. S. Vall. Ἀταρνείτεω scribere malim (Ἀταρνίτεω P. K. F. b.) quam quod nunc vulgatur Ἀταρνεΐτεω, ab Ἀταρνεύς, praesertim quum VI. 29 sine varietate Ἀταρνείτιδος χώρης legatur. — Sed Βασιληΐδεω VIII. 132 et Ἀριστολαΐδεω I. 59 constant; et ut Herod. IV. 2 ὀστέϊνος dixit (pro quo alii Atticistarum regulae convenientius ὀστινος usurparunt cf. Lob. Phryn. p. 262) et ἰτεΐνῃσι IV. 67 κρανέϊνα VII. 92 sic Βορυσθενεΐτης divisis vocalibus constanter apud nostrum scribendum esse videtur. IV. 17 Βορυσθενεϊτέων vulgat. Βορυσθενιτέων S. — 18 Βορυσθενεΐτας vulg. (-νίτας S.). — 53 Βορυσθενεῖται Gsf. alii. -νεῖται Bekk. -νῖται vel -νίται edd. vett. -νεῖται S. — 78 Βορυσθενεϊτέων et Βορυσθενεῖται. — 79 Βορυσθενεϊτέων bis et Βορυσθενεΐτης.

Ionicam orationem collocationem earum vocalium vel vocalis et diphthongi, quas alii Graeci in unam contrahebant syllabam, propriam sibi sumsisse in vulgus est notum; cujus rei multa exempla et infra afferentur, et hic ponatur vox ῥέεθρον, nunquam ab Herodoto contracte ῥεῖθρον scripta. I. 75 ἐκ τῶν ἀρχαίων ῥεέθρων et τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον vulgat. (ῥεῖθρον M. a. c.). I. 179. 186 ter. 191 ter. II. 11. 19. 29. 97. 99. VII. 43. 58. 109. 127. 130. 187 (τὰ ῥέεθρα et sic etiam Thom. Mag. p. 320, 4). 196. IX. 51 τὰ ῥέεθρα et repetiit sic Thom. Mag. p. 84: ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα. — Praeterea ἀγαθοεργοί I. 67, sic et Bekk. Anecd. p. 209, 4 et Suid. s. v. (Antiatt. Bekk. I, p. 78, 14 ἀγαθουργίαν Ἡρόδοτος πρώτῳ.) III. 154 ἀγαθοεργίαι nunc vulg. cum S. V. Olim ἀγαθουργίαι. cf. Ruhnk. Tim. s. v. p. 4. — III. 160 ἀγαθοεργίην (ἀγαθοεργείην F.). VII. 31 δημιοεργοί (cf. Lob. Parerg. p. 675). sed IV. 194 δημιουργούς vulgatum est; ut I. 41 κακοῦργοι. VIII. 110 ὑπουργέειν (ὑποργέειν P. K.) et 143. VII. 38 ὑπουργῆσαι et ὑπουργήσειν (ὑποργησ. P.) IX. 109 ὑπουργημένων. I. 137 ὑπουργημάτων. III. 133 ἀντυπουργήσειν, item

Suid. s. v. *Δημοκήδης*. III. 113 *ξυλουργέειν*. III. 13 *κρεουργηδόν*. VII. 16 *κατεκρεουργήθη* vulgat. *κατεκρεοργ*. P. — V. 83 *ἱρουργίαι* vulgat. cum a. c. (*ἱερουργίαι* S. b.) *ἱρουργίαι* M. P. K. F., quod Doricum poeticumque est, non Herodoteum*). — Sed VII. 76 *λυκιοεργέας* recte Schaef. Bekk. alii reposuerunt, pro quo *λυκοεργέας* Gaisf. Ald. alii cum S. V. Harpocrat. Suid. Phot. s. v. *λυκεργέας* Wessel. cum M. P. K. F. quod prorsus perversum est; neque etiam iota erat omittendum, hac in formatione necessarium; sic etiam dicitur Attice *Λυκιουργεῖς φιάλαι*, et *Βοιωτιουργής*, *Κορινθιουργής*, *Μιλησιοεργής*, *Μολοσσιουργής*, *Χιουργής*, *Ναξιουργής* cf. Athen. XI, p. 486. Eust. ad Hom. Il. p. 868 = 907. Aristoph. Pax 141 *Ναξιουργὴς κάνθαρος*, Schol.: *πλοῖα ἐν Νάξῳ γινόμενα· καὶ Κνιδουργεῖς* (repone *Κνιδιουργεῖς*) *δὲ ἄλλας ναῦς ἀπὸ Κνίδου*. Anacreon habet *Καριοεργέος ὀχάνοιο*. — Sed Suid. isto in loco depravatus est, neque debebat Kusterus *λυκιοεργέας* e codd. quibusdam revocare, quod corrigentis vel potius corrumpentis grammatici alicujus esse additamentum apparet. Etiam apud alios si haec vocabula vitiose scribantur hanc ad normam corrigenda esse censeo. — *Ἀττικουργής* autem et *Καρικοεργής* alia hoc iota non potuisse recipere apparet. Et praepositio *πρό*, cum verborum formis a vocali vel diphthongo quadam incipientibus composita, nunquam cum hac a nostro contrahitur, sed dixit *προεχώρεε* I. 205. 84. V. 44. 62. *προέφαινε* I. 210. III. 65. *προετίθεε* I. 206. VIII. 49. *προέφερε* IV. 151. V. 28. VIII. 61. *προέπεμπε* I. 63. VIII. 126. IV. 121 et alia constanter, vide enim I. 31. 45. 69. 77. 86. I. 120. 185. 191. 207. II. 63. 158. 173. III. 56. 125. IV. 136. 183. 201. V. 82. VI. 21. 124. VII. 22. 161. 233. 176. VIII. 24. 49. 59. 124. IX. 26. 1. 34. 62. 27. 94. 78. 99. 106. 112. Etiam IX. 27 in verbis *ἀλλ' οὐ γάρ τι προέχει* recte nunc *προέχει* vulgat. cum P. S. V. K. F. Paris. pro *προὔχει* olim vulgato, quod nego Herodotum ipsum posuisse; vide enim II. 136 *προέχω* sine varietate. I. 32 *προέχει*, item Stob. Serm. 103 p. 564. et I. 56 *προέχοντας*. *προέχων* IX. 4. 22. Et V. 78 *προυθυμέετο* Wessel. alii male scripserunt pro Herodoteo *προεθυμέετο*, quod ipsum IX. 37 sine varietate exstat. Quare et VI. 75 e cod. S. *προέβαινε* recipiendum erat pro *προὔβαινε* male vulgato, quod mireris recentissimum quemque editorum retinuisse. Nam *προέβαινε* omnes libri tuentur I. 134. V. 51. VIII. 66. Sic etiam Thucydidem videmus his in formis saepe non abstinuisse hiatu, vide Popp. Thucyd. I, p. 216. — Porro noster dixit *Αἰγιρόεσσα* I. 149, pro quo Steph. Byz. *Αἰγείρουσα*, s. v. — *Σολόεις* et *Σολόεντος* II. 32. IV. 43. *Μολόεντα* IX. 57. *Σκολοπόεντα* IX. 97. — *μελιτόεσσα* VIII. 41 bis. *φρέαρ*, *φρέατος* VI. 119. *φρέατα* IV. 120. *φρεάτων* II. 108. — *ὑπέατι* IV. 70. *ἔαρ* (I. 190. VII. 162). *ἔαρος*

---

*) Adde *πατρούχου* VI. 57. *πολιούχου* I. 160. cf. Buttm. gr. gr. II, p. 458 — Xenoph. Oec. VII, 34 vulgatum est *ἀξιοεργοί*.

(VIII. 130). ἔαρι V. 31. VI. 43. VII. 37. VIII. 109. 113. Etiam I. 77 ἅμα τῷ ἔαρι Schaef. Bekk. recte pro vulgato ἦρι. II. 75 ἅμα τῷ ἔαρι recte vulg. ἦρι F. — εὐνοέστερον V. 24. — Praeterea ἀνδρεών I. 34. III. 77. 78. 121. 123. IV. 95. προμαχεών I. 98. 164. III. 151. cf. Lob. Phryn. p. 166 sq. — (ποδεῶνας II. 121, 4. φαρετρεῶνας II. 141. VII. 61.) — Et ἀέκων constanter non contracte apud nostrum scribendum est; neque aliter scriptum ullo in libro exhibetur I. 35. 45. II. 131. III. 88. V. 30 (ἀεκόντων et sic etiam Suid. s. v. φερέγγυος). VII. 222 (ἀέκοντες et sic Plut. de Malig. c. 31). VIII. 10. 80. IX. 111. — II. 65 ἣν μὲν ἑκών — ἣν δὲ ἀέκων edd. omnes; sed cod. S. male ἀκών. Ibid. ἥν τε ἑκὼν, ἥν τε ἀέκων, sine varietate. — II. 162 ἀεκούσιον recte vulgat. rejiciendumque est codicis S. ἀκούσιον. — Quare male vulgata II. 120 ἄκοντος. IV. 120 ἄκοντας. 164 ἄκων nullo modo nostri in oratione ferenda sunt, sed, quamquam nihil e codd. Mss. adnotatum est, sine haesitatione in Herodotea ἀέκοντος, ἀέκοντας, ἀέκων vertenda. — Sed ἀργόν, tribus in locis apud nostrum obvium (3, 78 bis et 5, 6), omnibus in libris sic scriptum exstat; neque quidquam immutem, quum quod fortasse reponi malueris ἀεργόν, Doribus poetisque convenientius fuisse videatur, quam Ionibus prosa oratione usis; cf. Greg. Cor. d. d. Dor. p. 323. Hesiod. Opp. 305. 312 (Goettl.) et 498. Hom. Od. 19, 27. Il. 9, 320. ἀεργίη Hom. Od. 24, 251. Callim. Hym. in Apoll. 16 et alibi. — Praeterea ἄεθλος constanter noster dixit I. 42. VII. 197. ἄεθλον I. 126. II. 91. IV. 10. 43 bis. V. 8. VIII. 26 bis. 93. IX. 101. — ἀεθλοφόροι I. 31. — πεντάεθλον IX. 75. — ἀεθλέω I. 67. VII. 212 (ἀέθλεον. ἔθελον S.). VIII. 93. — ἀεθλεύω V. 22. Etiam ubi variatur recte nunc editores veram Herodoteamque formam retinuerunt: VIII. 26 τὸ ἄεθλον ἐὸν στεφ. vulgat. τὸν ἆθλον ἐόντα S. — IX. 33 πεντάεθλον vulg. πένταθλον S. V. VI. 92 πεντάεθλον vulgat. πένταθλον S. V. et Eust. ad Il. α' p. 110, 11 = 83, 5. — II. 66 εἰ μὴ κατελάμβανε τοὺς αἰελούρους, sic nunc vulg. cum codd. M. P. K. F., qua de legitima forma in codd. S. a. d. ad Atticam αἰλούρους aberratum est. Ibid. καταλαμβάνει τοὺς αἰελούρους vulgat. αἰλούρους S. Ibid. αἰέλουροι et αἰέλουρος et αἰελούρων nunc vulg. Ald. al. cum S. αἰλούρων. II. 67 αἰέλουροι. cf. Piers. ad Moer. p. 36. — Porro ut Καείρης noster dixit I. 92. Καείρας I. 146. Κάειρα V. 88 (cf. Eust. ad Il. p. 456, 10 = 347, 9: παρὰ δὲ Ἡροδότῳ κεῖται καὶ ἐσθὴς Κάειρα.) sic etiam constanter ἀεικής scribendum est, et ἀεικείη, ἀείδω, ἀείρω. Et ἀεικές habes III. 24. 33. VI. 98. ἀεικέστερα VII. 13. — ἀεικείη (ἀεικίῃ) I. 73. 115. ἀεικείης (ἀεικίης alii, vide supra p. 187) III. 160, ubi in cod. S. non Herodoteum αἰκίης habetur. — ἀείδουσι II. 60. 79. ἀείδουσαι II. 49. ἀείδοντες II. 79. καταείδοντες VII. 191 (sic recte vulgat., codd. S. V. male κατάδοντες). ἐπαείδει I. 132. ἀειδόμενος IV. 35. ἀείσας I. 24 et ἀεῖσαι. — ἄεισμα II. 79; et sic etiam ἀοιδοῦ I. 24. ἀοιδή I. 202 et II. 79 cf. Suid. s. v. ἀοιδή.

τὴν ἐπαοιδήν I. 132 (Lob. Phryn. p. 243). (ἀοίδιμος II. 79. 135.) Sed χρησμῳδέων VII. 6 et σύνῳδόν V. 92, 3 non aliter figurari potuisse videntur, ut κιθαρῳδόν I. 24, quamquam, si nostris lexicis est fides, συναοιδός non plane inusitatum fuisse videtur, nostro certe scriptori abjudicandum. — Et ἀείρω omnibus in libris recte retinetur his in locis: II. 125 ἀείροντες. I. 204 ἐπαείροντα. III. 144 ἀνταείρεται. II. 125 ἤειρον. VIII. 56 ἀείροντο (repone ἠείρ. vide infrà). ἀνταειρόμενοι VII. 101. VIII. 140, 1. ἀνταειρόμενον VII. 209. ἀείρεσθαι IV. 50 (ἀείρασθαι S.) cf. Hesych. I, p. 108 (Albert.). ἀνταείρεσθαι VII. 143. — ἀερθέντες I. 165. IX. 52. ἀνταείρασθαι VII. 212. ἀειραμένους VII. 156 (sic cum M. P. K. ἀειρομένους F. S. a. b.). ἀειράμενον VIII. 94. ἀνταειραμένους VI. 44. — Sed pro ἀερθέντας recte nunc vulgato I. 170. praebent codd. M. K. F. a. male αἱρεθέντας; pro ἀειράμενοι VI. 14 codd. S. V. αἱράμενοι; pro ἐξήειρε VI. 126 vulgato cum M. P. K., ἐξῆρε alii, ἐξῆρεν S. ἐξήγειρε F. —, pro ἀειράμενοι (7, 132) nunc vulgato cum F. (olim ἀειρόμενοι) codd. P. S. αἱράμενοι, cod. K. ἀράμενοι; pro ἐπαείρας (I. 87) nunc vulgato (ἐπαήρας P.) ἐπάρας alii, ἐπάρας S. Praeterea pro vulgato cum codd. S. F. a. ἐπάρας I. 90 restituit nostro Schaeferus ἐπαείρας. cf. Etymol. Mag. p. 38, 31.

Quum illis igitur in locis fere constet recte non auditos esse quosdam libros formam quandam omnino non Herodoteam substituentes, utar, ipsa Herodotea ratione cogente, simili licentia iis in locis, ubi omnes libri in vitiosam scripturam consentire videntur, ut pro vulgato ἐπάρας II. 162 (ἐπάρας Ald. alii) ἀπῆραν VI. 99 (ἀπῆραν Gaisf. alii) ἐπαίρεις VII. 10, 7. ἐπαίρωσι VIII. 57 (et sic etiam Plut. de Malig. c. 37. ἀπαίρωσι τὰς νέας.) et VIII. 60. ἦραν IX. 59. ἐξάρας IX. 79 et 107 reponi velim Herodotea ἐπαείρας, ἀπήειραν, ἐπαείρεις, ἐπαείρωσι, ἤειραν, ἐξαείρας; porro pro vulgato ἐπήροντο IV. 130 (ἐπειρῶντο S. V. Valla) ἐπηείροντο; pro vulgato ἐξήρετο VI. 133 (ἐξῆρτο F. b.) ἐξηείρετο. Et pro vulgatis ἐπαρθείς I. 90. VII. 38. IX. 49. ἐπαρθῇς I. 212. ἐπαρθέντες V. 81 et 91 (quamquam sic ἐπαρθέντες hoc ex loco etiam Plut. de Malig. c. 23 repetiit) VI. 132. VII. 9, 3. 18 restitui velim ἐπαερθείς, ἐπαερθῇς et ἐπαερθέντες ubique. Sic, ut alios praetermittam, Lucianus d. d. Syr. c. 36 ἀείρουσι dixit, c. 37 ἀείροντες. 52 ἀείραντες. De Astrol. c. 15 ἀερθείς. — Hom. Il. π' 341. Od. τ' 540. Euripid. Andr. 848. ἠερμένος Apoll. Rhod. II. 171. Quare in Herodot. libro I. c. 186 vulgatum ἀπαιρέεσκον aut relinquendum fuisse censeo, aut, si id displicuerit, non ἀπαίρεσκον e codd. M. K. F. a. c. recipiendum, sed ἀπαείρεσκον reponendum.

Contra etiam contractiones quasdam partim nostro peculiares partim cum vulgari Graecorum usu congruentes non alienas fuisse ab Herodotea oratione, nunc statim commemoranda exempla docebunt, et infra aliquoties viderimus. — Sic dixit noster Χῖος I. 18. 160. VI. 27. VIII. 132 et alibi. — ἵρηκα, ἵρηκας, ἰρήκων II. 65.

67. III. 76. ἱρός ejusque formae constanter contracte pro ἱερός apud nostrum scribenda sunt; et permultis in locis sine ulla enotata varietate sic scripta exstant, ut jure ac mirito etiam iis in locis ubi codd. quidam vel editiones quaedam ad illam Atticam formam falso aberraverant (cf. Var. Lectt. ad I. 31. II. 28. 39. 40. 138. III. 158. VI. 19.) nunc recte Herodotea praelata sint. Quare V. 82 a Schaef. Bekk. aliisque cum cod. S. recte ἱροτάτας per ο scriptum receptum esse apparet pro vulgata, etiam a Gaisf. retenta scriptura ἱρωτάτας. ἱρήϊος et ἱρήϊον cf. locos supra p. 178. laudatos. ἱρεύς I. 140. II. 110. III. 28 ter. 29 quater. 36. 37. 38. et VI. 81 bis. ἱρέα II. 141. 142. 147. III. 37. ἱρέες I. 181. II. 37. 54. 55. 65. 100. 120 etc. etc., ubique nunc recte scribitur, quamquam cod. S. aliquoties, ut II. 10 et 13 alibi Attice scriptum ἱερέες male exhibuit. — ἱρέων II 3 vulgat. ἱερέων male S., ut alibi, sed recte non est nunc auditus; cf. II. 55. 63. 102. 168. III. 28. 29. ἱρεῦσι II. 44. ἱρέας. II. 113. 118. 139 (cf. Gregor. Cor. d. d. Ion. §. 67) III. 28. 29. — ἀρχιρεύς II. 142. (ἀρχιρέας, sic nunc vulg. ἀρχιερέας S.) II. 143. 151 (ἀρχιρεὺς nunc vulg. ἀρχιερεύς F. a.) Sed ἀρχιερέως II. 37 nunc vulgat. cum codd. M. P. K. F. a. (ἀρχιερεύς edd. vett. et codd. S. b. d.) mihi quidem constat Herodotum ipsum non posuisse, sed ἀρχιρεύς. Nam praeterquam quod jam supra vidimus p. 168 sq. illam Atticam declinationem saepius Herodoteam dialectum evitasse; itemque Atticismos arctioribus circumscriptos finibus (cf. p. 6 sq.) et tribuitur Atticis tantum haec forma ἱέρεως et ἀρχιέρεως in Bekk. Anecd. p. 449, 31 et p. 1197., etiam posterioribus maxime familiaris illa fuisse videtur (cf. Reimar. ad Dion. Cass. 53 p. 712) et multis aliis in locis et ἱρεύς et ἀρχιρεύς constanter apud nostrum scriptum invenitur. — Praeterea ἱρείη constanter scribendum est cf. supra p. 185. — Et ut paulo supra ἱρότατος per ο scribendum fuisse vidimus, sic etiam ἱροσύνη exarandum est: III. 142 ἱροσύνην Bekk. alii. ἱρωσύνην Gaisf. et vulgo vel ἱερωσύνην. ἱερωσύνην F. S. V. IV. 161 ἱροσύνας Bekk. alii. ἱρωσύνας Gaisf. alii. ἱερωσύνας S. VI. 56 ἱροσύνας Bekk. ἱρωσ. Gaisf. alii. ἱερωσ. Ald. alii cum S. — ἱρουργίαι V. 83 bis (ἱερουργίαι S. b.). ἱροφάνται VII. 153 bis. ἱροφάντεω VII. 154. — κατιρώσας I. 92. κατιρῶσαι I. 164 vulgat. nunc, κατειρῶσαι Ald. a. κατερῶσαι F. — ἱρᾶται II. 35. 37. — Sed nomen proprium Ἱερόνυμος IX. 33 non mutandum esse videtur. — Porro οἶκα, οἰκός etc. noster constanter usurpavit pro ἔοικα, ἐοικός, εἰκός cf. Eustath. ad Hom. Od. XII, 79 p. 1714: τὸ δὲ εἰκυῖα οὐκ κατὰ τὴν ὕστερον Ἰωνικὴν γλῶσσαν λέγεται, οἱ γὰρ μεθ' Ὅμηρον, ὡς δηλοῖ καὶ Ἡρόδοτος, οἰκός γράφουσι, καὶ ἀκολούθως καὶ οἰκυῖα, Ἀττικοὶ δὲ ἐοικός καὶ ἐοικυῖα. — Variatur autem apud nostrum fere ubique, ubi haec vocabula apparent, ut saepissime omnes tres formae simul in libris scriptae cernantur; sed nunc quidem formae οἶκα, οἰκός, οἰκυῖα, etiam Eustathii testimonio confirmatae ut solae Herodoteae plerumque recte restitutae sunt, et a Bekkero interdum etiam invitis codd. mss. cf. enim Var.

Lectt. ad I. 27. 42. 45. 137. 155. 174. II. 22. 24. 25. 93. 125. III. 38. 81. 108. 111. 116. 134. 139. 143. IV. 31. 79. 195. 92. 198. 82. V. 97. 10. VI. 82. VII. 3. 5. 10. 50. 104. 150. 218. 239. 108. 167. 129. 147. VIII. 60, 2. 118. IX. 122. Sed οἰκός sine varietate adnotata recte scriptum habes II. 27. 56. III. 50. VII. 160. VIII. 68, 2. et οἰκώς III. 61. VI. 125. οἰκότα VIII. 10. 60, 3. οἰκότως VII. 50. οἴκασι V. 106. οἴκατε V. 20. VII. 162. VIII. 144. οἴκῃ IV. 180. Unde cuique nunc quidem patebit, male vulgatum ἔοικε I. 39. IV. 31. 99. 132. VI. 64 (εἰκαί S.). VII. 18 et ἔοικας III. 71 librariis non Herodoto deberi, ac statim, quamquam nihil e codd. Mss. ad hos locos adnotatum sit, in Herodotea οἶκε et οἶκας mutanda esse.

Imprimis autem Herodotei sermonis propria est contractio in ω quibusdam in vocabulis; sic ὀγδώκοντα constanter est scribendum I. 176 bis. 178. 189. II. 9. III. 22. 95. VI. 8. 46. VII. 184. 202. VIII. 8. 44. 82. I. 163 ὀγδώκοντα vulgat., ubi quidem codd. M. K. male ὀγδοήκοντα. Et ut ἀγνώμων et ἀγνωμοσύνη (IV. 93) etiam communi in usu crebra sunt, sic in aliis etiam formis hanc ex οη natam contractionem usurpavit noster: ἀλλογνώσας I. 85. ἐννώσας I. 68 (sic recte vulgat. nunc, edd. vett. et e. male ἐννοήσας). ἐννώσαντα I. 86 (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 94). ἐννενώκασι III. 6 vulg. ἐννενοήκασι. V. νενωμένου IX. 53. VII. 206 ἐννένωντο, sic recte Bekk., ἐνένωντο Schaef. ἐνενῶντο Gaisf. ἐννέωντο P. ἐννενῶντο a. ἐνενέωντο F. b., quae judice Schweighaeusero verissima fortasse scriptura (!!?). Mox ibidem διενένωντο Schaef. Bekk. διενενῶντο Gsf. διενενέωντο P. διενενόωντο F. b. De accentu his in formis in antepenultima ponendo vide Sylb. ad Clenard. gr. gr. p. 473. Ceterum cf. Hesych. s. v. Etymol. Mag. p. 601, 20. Interprett. ad Herod. IX, 53. — Eust. ad Il. p. 288 = 218 ὀγδώκοντα κρᾶσιν ἔπαθε τοῦ ο καὶ η, οἷον καὶ τὸ ἐπιβώσομαι, καὶ τὤμισυ παρὰ Ἡσιόδῳ, καὶ παρὰ Ἡροδότῳ τὸ (III. 155) ἐκ τοῦ θρόνου πηδήσας (Herod. ἀναπηδήσας) ἀνέβωσε, καὶ (VIII. 72) βωθήσαντες εἰς τὸν Ἰσθμόν, καὶ τὸ ἐπιβωτᾶν (?) παρὰ τῷ αὐτῷ, καὶ τὸ ἐννώσαντα (I. 86) καὶ τὰ ὅμοια. — Et sic βῶσαι Herod. I. 146. βώσας VIII. 92. ἀμβώσας I. 8. VII. 18. βώσαντα VI. 105. VIII. 118. βώσαντες V. 1. ἀμβώσαντες III. 38 (item Origen. ctr. Cels. V, p. 255). ἀνέβωσας III. 14. ἀνέβωσε III. 155 (cf. Eust. l. l.). IX. 28. I. 10 ἀνέβωσεν vulgat. ἀνεβόησεν S. V. — καταβωσομένους VI. 85. ἐπιβώσασθαι I. 87. προσεβώσατο VI. 35. ἐπεβώσαντο IX. 23. ἐπιβώσωνται V. 1. βεβωμένα III. 39. ἐβώσθησαν VI. 31. ἐβώσθη VIII. 124 (ἐβοήθη F.). Et hanc aoristi passivi Ionicam formam βωσθῆναι etiam apud Hippocratem (Praenotion. Sect. I, p. 28, 29) pro vitioso βούσθην restitui velim: αἰτήσαιμι δ' ἂν θαρσαλέως βωσθῆναι: peterem autem audacter ut in auxilium vocarentur. — Cf. Hesych. βωθέοντες. Abyden. in Euseb. Praep. Ev. IX, 14 p. 416 ἄνεμοι θεοῖσι βωθέοντες, et sic Herodot. ἐβώθεε IX. 23 vulgat. nunc cum S. V. ἐπεβοήθεε F. a. c. alii.

VIII. 1 ἐπεβώθεον S. Wessel. alii. ἐπεβοήθεον F. a. b. alii. VIII. 14 ἐπεβώθεον S. V. Wessel. alii, ἐπεβοήθεον F. a. et edd. vett. — ἐβώθησαν VIII. 47 nunc vulg. cum V. ἐβοήθησαν M. P. K. S. F. βοηθήσαντες edd. vett. VIII. 45 ἐπεβώθησαν nunc vulgat. cum S. V. Alii ἐπεβοήθησαν. VIII. 72 βωθήσαντες nunc vulgat. cum Eust. l. l. βοηθήσαντες Ald. S. al. VIII. 144 πρὶν — παρεῖναι — προβωθῆσαι Bekk. recte (προβοηθῆσαι edd. vett. F. a. c. d.). προσβωθῆσαι Schaef. Gaisf. S. V. Vall. — Sed quamquam hunc Ionismum, ut is omnes huc pertinentes verbi βοάω formas apud Herodotum obvias est persecutus, sic etiam omnes verborum νοῆσαι et βοηθέω exspectaveris persecutum esse, tamen, si nostris libris fides est, in illis solis exemplis fixa fuisse videtur, neque in aliis permultis ullum apparet ejus vestigium, neque in libris Mss. neque in editis; sic βοηθέεις I. 159. βοήθεε VII. 157. 159. βοηθέουσι I. 62. V. 77. VI. 92. βοηθέωσι VII. 235. βοηθέοι IX. 57. βοηθέειν I. 81. 83 bis. III. 46. V. 65. 80. VI. 106. 138. VII. 145. 158. 159. 165. 168. 172. IX. 60. 61. ἐπιβοηθέειν VII. 207. βοηθέων VI. 23. VII. 157. βοηθέοντα VII. 198. βοηθέοντες V. 120. VI. 108. VIII. 84. βοηθέοντας III. 39. V. 86. VI. 88. 108. βοηθεῦσαν II. 118 (et Greg. Cor. d. d. Ion. § 60). — ἐβοήθεον IV. 125. V. 89. 99. 102. VI. 23. 77. 103. 108. 116. 138. VII. 168. 178. 203. ἐξεβοήθεον VI. 16. ἐβοήθεε VI. 92. βοηθήσειν VII. 206. βοηθήσοντες VII. 158. ἐβοήθησε VII. 165. ἐπεβοήθησε IX. 23. ἐβοήθησαν III. 47. βοηθῆσαι VI. 106. IX. 61. βοηθήσας I. 30. βοηθήσαντα VII. 189. βοηθησάντων I. 150. 82. βοηθήσαντος III. 54. βοηθήσαντες VIII. 71. 72. ἐκβοηθήσαντες IX. 26. βοηθούς V. 77. 97. VI. 100.

Plura igitur sunt exempla, ubi nostri quidem libri omnes in formas non contractas consentiunt, quam ubi in contractas, ut neque haec neque illa mutare audeas, sed Herodotus ipse hac in re variasse tibi censendus sit. Idemque de aliis non contractis verbi νοῆσαι formis apud nostrum obviis licet judicari, ut praecipue in composito ἐννῶσαι, cujus non inveniuntur contraria exempla, haec contractio obtinuisse videatur. νοήσας I. 104. ἐπινοήσας I. 48. νοήσαντες IV. 118. ὑπονοήσαντες IX. 99. ἐπενόησαν I. 150. νοήσωσι VIII. 97. ἐπενοήθη III. 122. ἐπινοηθῆναι VI. 115. διανοηθῆναι I. 126. ἀνόητος I. 87. ἀνοήτων I. 4. ἀνοήτους VIII. 24. νοήμονα III. 34. νοημάτων III. 80.

Adjectiva autem nomina in ωδης, ωδες finita (ταραχῶδες I. 32. ἀκανθώδης I. 126. αὐχμώδης I. 142. ἀργιλώδης II. 12. σαρκώδης III. 29. ψαμμώδης II. 32. IV. 191. θηριώδης I. 110. 111. II. 32. 65. IV. 174. 181. 191. VI. 44. λιθώδης IV. 23. ποιώδης IV. 47) perperam olim pro contractis ex οειδής, οειδές habita esse docent vel ipsae Graecae contractionis leges accentusque diversa positio, ac grammaticorum veterum testimonia, qui omnia in ωδης terminata adjectiva, exceptis quae ex verbo ὄδωδα componuntur, exempli gratia εὐώδης Herod. III. 112, et Ionico αὐτώδης, simpli-

cia esse tradunt (cf. Bekk. Anecd. p. 1243), ut pro paragogis habenda sint, non, ut adjectiva in οειδής exeuntia, pro compositis. Etiam significatu haec ab illis differunt, quamquam interdum et utraque unius ejusdemque stirpis terminatio eodem significatu reperitur (γαμμώδης γαμμοειδής) et altera terminatio in alterius notionem facile transit (cf. Lob. ad Buttm. II, p. 450). Sed apud Herodotum μηνοειδής tantum invenitur I. 75. VIII. 16, et ἀνθρωποειδής II. 86. 142. τροχοειδής II. 170. χερσονησοειδής VII. 22; quae ubique ab illis in ωδης desinentibus certo suo significatu distant; ut ubi apud nostrum exemplum aliquod utriusque terminationis, eidem stirpi adhaesae, inveniatur, etiam significatio utriusque diversa sit. Sic VII. 109 λίμνη ἰχθυώδης (lacus piscosus), sed ἰχθυοειδής VII. 61: περὶ τὸ σῶμα (Πέρσαι εἶχον) κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέος (loricas manicatas varii coloris ex laminis ferreis confectas, quae speciem piscium squamarum referebant).

De crasi Herodotea.

Contractio illa in ῶ, quam ex vocalibus quibusdam una in voce positis factam modo supra vidimus Herodoto familiarem fuisse, etiam, si duae concurrunt voces, quarum prior in ō (ω̄) vel οῑ desinens ab altera a littera ᾱ inducta excipitur, nostri in oratione saepius cernitur, ut ei haec magis propria fuisse videatur, quam ulla alia in concursu duarum vocum ab aliis scriptoribus frequentata cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Ion. § 29. Schol. Apoll. Rhod. I, 998. 1081. Interppr. ad Herod. II. 14. Maitt. (Sturz) p. 136.

ō ᾱ in ω̄: τὠχραῖον I. 173. IX. 45. τὠπό I. 199. III. 40 τὠπὸ τοῦδε Ald. alii. (τὠπὸ τούτου F. M. P. K. Wessel. alii) τὸ ἀπὸ τούτου S. V. Gaisf. alii. — τὠποβαῖνον II. 82. — τὤγαλμα II. 42 (ἐνδύουσι τὤγαλμα omnes; sed paulo supra eod. cap. τὤγαλμα ποιεῦσι nunc vulg. cum F. aliis, τὸ ἄγαλμ. S.). 46. 63 bis. 138. 141. 172 bis. III. 37. IV. 181. V. 71 ἵζετο πρὸς τὤγαλμα Bekk. τὸ ἄγαλμ. Gaisf, alii. VI. 61 πρὸς τὤγαλμα vulg. (τὸ ἄγ. S. V.). — τὠληθές VI. 68 vulgat. (τὸ ἀλ. Gaisf. et S. V.). — 69 καταιρήσεται τὠληθές vulgo. κατερήσεται τἀληθές male cod. S. τἀληθές Gsf. οὗτος ὡνήρ I. 162 Bekk. alii F. ὡ 'νήρ male Gaisf. alii. II. 51. VII. 143. III. 155 οὗτος ὡνήρ nunc vulg. ὡνήρ Ald. al. F. (ἀνήρ S. V. et Eust. Od. ζ' p. 1559, 35 = 258, 18). IV. 161. V. 104 οὗτος ὡνήρ Wessel. Gaisf. Bekk. F. ὡ 'νήρ vulgo. (ἀνήρ S. V.) VII. 3 οὗτος ὡνήρ Schaef. Bekk. ὡνήρ F. ὡ 'νήρ Gaisf. alii. ἀνήρ S. V. item VII. 46. VIII. 79 ὡνήρ Bekk. ὡ 'νήρ Gaisf. οὗτος ὤνθρωπος III. 68 Bekk. K. b. ὤνθρωπ. Ald. Gaisf. alii cum P. S. V. F. a. c. (ἄνθρωπος vulgo). — Praeterea ὡυτός ex ὁ αὐτός: II. 26 ὡυτός οὗτος nunc recte vulg. (ἑωυτός S.). Olim ὡὗτός. ὁ αὐτός P. K. F. a. II. 79 ὡυτός Bekk. ὡυτός Gaisf. et vulgo. IV. 119 ὡυτὸς θεός vulgat. (αὐτός F.). V. 52 bis et

VI. 58. VIII. 42 ὡυτὸς ὅσπερ vulgat. αὐτός K. IX. 98 ὡυτὸς δὲ οὗτος Bekk. ὡὐτός vulgo. ὡυτός F. — Sed uno in loco II. 148 omnes vulgare ὁ αὐτός exhibent (τοῖχος ὁ αὐτὸς περιέργει) quod quidem videndum ne rectius in ὡυτός mutandum sit*). — ὡυτοί ex οἱ αὐτοί: II. 168. IX. 27 ὡυτοί Bekk. ὡὐτοί Gaisf. alii. ὡυτοί F. ἑωυτοί S. IX. 64 ὡυτοί Bekk. ὡὐτοί Gaisf. οὗτοι F. b. — Etiam I. 182 et VII. 168 malim pro vulgatis οἱ αὐτοί reponi Herodoteum ὡυτοί. — τὠυτό I. 1 (κατὰ τὠυτὸ τὸ καὶ κ. τ. λ. vulgat. et sic a. e. κατὰ τωυτὸ F. c. κατωυτό F. pr. m. κατὰ τὸ ὡϋτό S.). I. 13. 53. 60. 62. 95. 126 (ἐς τὠυτό vulg. τὸ ἑωυτό S. τωὐτόν P. K. F.). I. 139. 142 bis. 198. 202. 206 bis. 207. II. 4. 20. 42. 73. 82. 83. 122. 127. III. 12. 14. 61 (τὠυτό vulg. τὠυτόν S. V.). 91. 92. 119. IV. 53. 105. 120. 113 (τὠυτό vulgat. τὸ αὐτό S. Ibid. ἐς τὠυτὸ χωρίον sine varietate). IV. 118. 119 bis. 149 (τὠυτό vulg. ταὐτό F.). 162. 166. 180. 189. V. 3. 36. 37. 60. 63. 65. 86. 92, 2. 106. 113. 117. VI. 12. 14. 57. 58. 77. 84. 103 bis. VII. 3. 14. 15. 17. 104. 127. 129. 145 bis. 156 bis. 206. 216. VIII. 25. 68. 137. IX. 11. 17. 51. 66. 70. 108 τὠυτό vulgo. ταὐτό F. Quare et VIII. 43 pro vulgato τὸ αὐτὸ πλήρωμα scribendum fuisse censeo τὠυτὸ πλήρ. ut VIII. 45 omnes sine varietate τὠυτὸ πλήρωμα exhibuerunt. — Tradidit Greg. Cor. d. d. Ion. § 46 τοῦ αὐτοῦ τὠυτοῦ λέγουσι. Sed apud nostrum unum tantum hujus craseos exemplum exstat III. 72 τὠυτοῦ περιεχόμεθα vulg. nunc cum M. P. K. F. S. V. Paris. τὠυτῷ Ald. alii. — Ceterum τοῦ αὐτοῦ dixit V. 52. IX. 101. Istam autem crasin etiam in Aristoph. Acharn. 790 usurpatam videmus: ὁμοματρία γάρ ἐστι κἠκτὠυτῶ πατρός.**) — Etiam τὠυτῷ bis tantum, si nostris exemplaribus fidendum est, Herodotus usus est: I. 5 τὠυτῷ vulg. (τῷ αὐτῷ S. V.). VI. 58 τὠυτῷ νόμῳ Bekk. alii cum S. (τῷ αὐτῷ Gaisf. P. K. F.). Sed omnes I. 36 τῷ αὐτῷ χρόνῳ 171 τῷ οὐνόματι τῷ αὐτῷ (item Thom. Mag. s. v. διαχρῶμαι). II. 127 τῷ αὐτῷ τρόπῳ III. 97 et IV. 62. — Atque omnes aliae hujus pronominis formae non per crasin scriptae exstant, neque ullo modo haec vulgata mutanda esse mihi videntur: ἡ αὐτή IV. 38. 60. 109. V. 88. VIII. 13. IX. 41. τῆς αὐτῆς VII. 166. IX. 10. 100. 122. τῇ αὐτῇ IV. 109. 147.

---

*) I. 84 enim, ubi Gaisf. alii cum codd. K. F. a. c. d. e. haec exhibuerant: τότε δὲ δὴ ὁ αὐτός τε ἀναβεβήκεε (vulgo ὁ αὐτός τε) Bekk. recte illud ὁ ante αὐτός positum omisit.

**) Atticis quoque et Doribus hanc crasin usitatam fuisse et grammaticorum testimonia docent (cf. Interppr. Greg. Cor. d. d. Att. § 93. Eust. Hom. p. 245, 37. Goettl. ad Hesiod. Opp. vs. 559) et ipsorum scriptorum exempla: Pind. Olymp. I, 45 (Boeckh.) τὠντ' ἐπὶ χρέος. Isthm. II. 9 τὠργυρέον. Theocrit. VIII, 70 ὥρσες. II, 112 ὠστοργος. IV, 16 τὠστέα. XXI, 31 τὠρνείρατα. — τὤνδρες Epist. Lacon. apud Xenoph. Hist. Graec. I, 1, 15. Laco apud Aristoph. Lysistrat. 1252. ὤρχων Aristoph. Vesp. 303. ὤναξ Aristoph. Plut. 748. Soph. Aj. 510 (505). ὤνθρωπε Aristoph. Nub. 644. Soph. Aj. 1154 ibique Lob.

VI. 92. VII. 86. τὴν αὐτήν IV. 111. 112. 116. V. 12. VII. 62. 66. 72. 77. 84. 86. VIII. 113. 143. τὸν αὐτόν IV. 145. 147. V. 28. VI. 22. 27. 69. VII. 57. 95. 151. IX. 66. αἱ αὐταί V. 69 et V. 68 αἱ αὐταὶ ἔωσι vulg. (αὗται male F.). τῶν αὐτῶν V. 65. VIII. 74. 112. τοῖσι αὐτοῖσι IV. 187. VI. 75. IX. 33. τῇσι αὐτῇσι VI. 103 bis. τοὺς αὐτούς IV. 160. VII. 168. IX. 4. τὰς αὐτάς VIII. 46 bis. — De ταὐτά vide infra p. 202. — Quod autem hic illic quosdam ἑωυτός, ἑωυτοί pro ὠυτός, ὠυτοί exhibuisse vidimus, id ex eodem errore profectum est, ex quo saepius ὠυτός perperam scriptum exstitisse cernimus, atque αὐτός pro ὠυτός; quibus exemplis etiam haec vitiosa addas: IX. 89 αὐτός τε καὶ μετ' αὐτοῦ vulgat. sed cod. K. ὠυτός τε καὶ — IX. 113 τοὺς παῖδας αὐτοῦ nunc recte vulg. sed ὠυτοῦ Ald. al. Putarunt enim, non crasin hic subesse, neque, quod quidem quisque Herodoteus locus docere potest, ex ὁ αὐτός id profectum esse, sed diphthongum αυ simpliciter in ωυ transiisse, ut etiam simplex αὐτός in ὠυτός mutaretur. Quo in errore etiam Gregor. Cor. d. d. Ion. 30 p. 419 versatus est, quum tradidit: τῷ ω ἀντὶ τοῦ α ἐν τῇ αυ διφθόγγῳ χρῶνται, ὠυτὸς λέγοντες ἀντὶ τοῦ αὐτὸς καὶ θωυμάσας ἀντὶ τοῦ θαυμάσας. Et Suidas, quum posuit: ἑωυτός, ἑαυτός (cf. Maitt. (Sturz) p. 150). Quos grammaticos aut vitiosis exemplaribus deceptos esse puto, aut quem usum vel potius abusum, ut ita dicam, apud posteriores Ionicos scriptores, velut apud Aretaeum aliosque ejusdem ordinis (cf. Maitt. l. l.) invenerunt, hunc praecepto suo falso ad omnes transtulisse. Alii autem veram harum formarum rationem jam perspexerunt, ut Eust. ad Il. V, vs. 396 ὠυτὸς (scribe ὡυτὸς) ἀνὴρ ἢ γοῦν ὁ αὐτός. Etymol. Mag. p. 826, 1 ὠυτὸς ἀνήρ, ἔστιν ὁ αὐτός· κατὰ κρᾶσιν τοῦ οα εἰς ω μέγα γίνεται ὠυτός cf. Herm. de emend. p. 48 et 51. — Atque illius similis est error, ex quo quidam ὠκινάκην, ὤνθρωπον, ὤριστον pro ἀκινάκην, ἄνθρωπον, ἄριστον dicta fuisse putarint: Suid. ὠκινάκης. οὐδ' ἄλλως Ἀττικόν, ἀλλὰ Ἡρόδοτος οὕτω λέγει τὸν ὠκινάκην. Etymol. Mag. s. v. ἀκινάκης — Ἡρόδοτος δὲ διὰ τοῦ ω ὠκινάκης φησί, εἰκός ἐστι κατὰ τροπὴν τοῦ α εἰς ω, ὡς ἀκὴ ἀκὺς ὠκύς, παρὰ τὸ ὠκὺς καὶ τὴν ἀκήν γίνεται ὠκινάκης. Greg. Cor. d. d. Ion. § 29: ὤνθρωπον τὸν ἄνθρωπον λέγουσι (Ἴωνες) καὶ τὸν ἄριστον ὤριστον. Sed Herodotus neque ὠκινάκην neque ὠκινάκης dixit, neque quidquam aliud hujus generis; quin etiam vix, ac ne vix quidem, ὅδε ὤνθρωπος apud Aret. 21, 12 pro genuino habeo, sed omnia illa pro solis grammaticorum commentis. Ac quidam ipsi erratum suum statim agnovisse videntur, unde Greg. Cor. l. l. illis verbis statim haec subjunxit: ἐγὼ δὲ οἶμαι ἐκ συναλοιφῆς ἐπὶ μόνων τῶν εὐθειῶν τοῦτο ποιεῖν αὐτοὺς καὶ ἐπὶ τῶν κλητικῶν, ὡς καὶ οἱ Ἀττικοὶ ποιοῦσιν. Αὐτίκα Ἡρόδοτος ἐπὶ τῆς κλητικῆς οὕτω φησίν· ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον, ἀντὶ τοῦ ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἀλλαχοῦ. — cf. et Excerpta e cod. Paris. p. 679 (post Greg. Cor. ed. Schaef.).

Huc pertinet praeterea crasis illa Ionica in pronominibus re-

flexivis ἑωυτοῦ, ἐμεωυτοῦ, σεωυτοῦ etc. conspicua. Nam crasin hanc esse, ex formis ἕο αὐτοῦ, σέο αὐτοῦ, ἐμέο αὐτοῦ natam, Buttmanno hoc contendenti (gr. gr. I, p. 101 sq. p. 295) plane adsentio, neque id cum Struvio (spec. III, p. 11 sqq.) pro eadem qua θωῦμα pro θαῦμα dicebatur, interna unius vocabuli affectione, habendum esse censeo. Attulit quidem Struvius pro sua sententia stabilienda locum quendam Eustathii (ad Il. V, 396) in quo ἑωϋτοῦ et θώϋμα collocantur; sed alibi idem Eustathius (ad Il. XIX, 413) ὤριστος cum ἑωϋτοῦ composuit, dixitque ἑωϋτοῦ ex crasi pro ἕο αὐτοῦ natum esse; unde apparet Struvium per eundem lapsum esse errorem, per quem istos grammaticos modo supra vidimus, et quem alios jam correxisse. Crasin autem istam esse docet etiam ε illud, quod ex Ionicis formis ἕο, ἐμέο, σέο, ο finali cum prima α in ω contracta, constanter relinquitur, quum, si Struvii sententia valeret, Herodotus potius ὡυτοῦ, σωυτοῦ, ἐμωυτοῦ dixisset. Et quod idem objecit, si crasis illa esset, non planum esse, quid accusativo ἑωυτόν, quippe in quo ejusmodi crasis obtinere non posset, esset faciendum, id mihi satis vulgaribus formis plurativis αὐτῶν, αὐτούς etc. explanatum esse videtur, ex quibus contractionem ex una forma ad alias etiam translatam esse patet. Neque etiam id quidquam contra Buttmanni nostramque sententiam valere potest quod Struvius p. 12 l. l. attulit, ἑωυτοῦ ne ea quidem ex causa posse e crasi ortam esse, quod, quum crasis non ubique a seribentibus poneretur, nusquam tamen apud Herodotum aut alios ἕο αὐτοῦ hac in significatione occurreret; quum hoc non ipsam ad crasin pertinere pateat; sed, ut aliorum dicendi ratio non valet ad Herodoteum sermonem, sic Iones statim suam contractam formam ἑωυτοῦ, ἑωυτόν, ἐμεωυτόν etc. pronuntiasse censendi sunt, non ante quoque in loco hac crasi in suas simplices partes soluta, quamquam eas cuique illam pronuntianti vel scribenti animo obversatas esse credibile est. — Et exempla quidem apud nostrum obvia haec habes: ἑωυτοῦ I. 8. 21. 45. 51. 63. 68. 75. 77. 82. 86. 91. 107. 113. 119. 123. 129. 137. IV. 66 ἐν τῷ ἑωυτοῦ νόμῳ vulgat., et sic (vel ἑαυτοῦ) K. P. αὐτοῦ F. — II. 8. 14. 107. 111. III. 1. 6 et alibi saepius. Sed III. 51 ὑπ' αὐτοῦ recte nunc vulgat. est, pro quo in codd. S. V. ὑπὸ ἑωυτοῦ male scriptum invenitur. — ἑωυτῆς I. 31. 60. 61. 146. 202 (ἐπ' ἑωυτῆς vulg. ἐπ' αὐτῆς S. b. d.). 203. II. 111. 149. V. 5. 28 et alibi. ἑωυτῷ I. 28. 34 alibi. ἑωυτῇ I. 11. 32. 187. II. 87. — ἑωυτόν I. 24. 34. 45 (ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει vulgat. εἑαυτόν F.). 47. 59. 82. 157. 173. 213. II. 25. 47. 113. 116. 121, 3 (πρὸς ἑωυτόν vulg. αὐτόν S.). 143. III. 14 et alibi. Sed I. 85 ἐς αὐτόν recte vulgat. cum M. K. F. a. b. c. d. ἐς ἑαυτόν male S. V. ἐς ἑωυτόν edd. vett. cum cod. e. — ἑωυτῶν I. 82. 94. 102. 134. II. 32. 121, 4. 123. 178 etc. alibi saepissime cf. infra in libro tertio ad declinationem secundam Herodoteam. ἑωυτοῖσι I. 74. 105. 152. 160. 203. II. 119. III. 49. VI. 10. VIII. 61. — ἑωυτούς I. 97. 134. 173. II.

2. VI. 12. ἑωυτάς I. 93. — ἐμεωυτοῦ I. 35. 87. II. 18. III. 62. 155. VII. 13. 28. 29. 47. IX. 120. — ἐμεωυτῷ III. 142. VI. 86, 1. — ἐμεωυτόν I. 42. II. 143. III. 155. — σεωυτοῦ I. 118. 121 (σεωυτοῦ vulg. σεαυτοῦ F.). 206. II. 115. 173. IV. 163. V. 39. VII. 236. σεωυτῷ IV. 126. VII. 16, 1. 38. 157. σεωυτόν II. 173. III. 36. V. 106. VI. 45. 46.

ω α in ω: I. 35 ὤνθρωπε nunc vulg. cum M. F. Alii cum S. ἄνθρωπε; alii perverse ὦ ἄνθρωπε, ut VIII. 725 (cf. Schweigh. lex. Herod. s. v. ὦ). — I. 85 ὤνθρωπε vulg. cum M. K. S. R. F. Greg. Cor. l. l. Alii ἄνθρωπε cum Aul. Gellio V, 9. — ὤνθρωπε III. 63. VIII. 125. — I. 159 ὦναξ bis (alii cum codd. a. e. ὤναξ male). IV. 150. 155. VII. 141 (ὤναξ S.).

οι α in ω: I. 48 ὦλλοι sic recte Schaef. Bekk. ὦλλοι edd. vett. Gaisf. cum a. c. ὤλλοι F. pr. m. ἄλλοι Wessel. οἱ ἄλλοι d. e. — I. 125 ἐξ ὧν ὦλλοι F. Schaef. et Bekk. ὦλλοι Gaisf. M. K. ὦλοι S. ὦ'λλοι a. c. ἄλλοι Ald. b. d. Sed eodem capite paulo infra in vulgatis verbis ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε, Schaeferus sine causa pro ἄλλοι substituit ὦλλοι. — II. 14 ὦλλοι ἄνθρωποι nunc vulg. οἱ ἄλλοι R. M. F. a. ἄλλοι Ald. cf. II. 35. 51. VIII. 46. 67. 68. 126. IV. 134 οὗτοι ὦνδρες vulgat. οἱ ἄνδρες S. — VII. 11 αὐτοί τε ὤνθρωποι Bekk. recte. ὦ ἄνθρωποι Schaef. Gaisf. alii. ὤνθρ. S. ἄνθρ. F. οἱ ἄνθρωποι Zon. s. v. ἐπώνυμοι. — VII. 49, 1 ὤνθρωποι.

ο ου in ου: τοὔνομα I. 2. 114 (ὄνομα b.). 143 (τοὔνομα Bekk. et vulgo. τὸ οὔν. Schaef. Gaisf. F. c.). 188. II. 23. 42 (τοὔνομα Bekk. τὸ οὔν. Gaisf.). 43 (τοὔνομα Bekk. et vulgo cum S. τὸ οὔν. Gaisf. et K. P. F. — Ibid. τοὔνομα Ἡρακλέος Gaisf. al. οὔνομα Bekk. et vulgo cum S. —) II. 115. 135. III. 55 (οὔν. S. V.). VI. 103 (οὔν. S. V.). 105 τοὔνομα Bekk. τὸ οὔνομα Gaisf. alii.

ο ε in ου: οὗτερος I. 34. 134 bis. τοὔτερον I. 32. 186. — III. 78 οὗτερος vulg. ὁ ἕτερ. S. V. Sed II. 13 nunc vulgatum τὸ ἐλάχιστον retinendum esse censeo, neque, quod edd. vett. praebuerunt, τοὐλάχιστον scribendum; aeque rejiciendum VIII. 137 τοὔδαφος edd. vett. pro τὸ ἔδαφος, quod Wessel. et recentiores cum S. V. K. P. F. Paris. praetulerunt, et VII. 229 ἐς τοὔσχατον codicis f. pro ἐς τὸ ἔσχατον codd. K. S. P. V. F. Haec enim non Herodoteae crases sunt; neque etiam θάτερα, quod IV. 157 in omnibus adhuc libris retinetur, genuinum esse potest, quum aspiratam illam pateat non Herodoteam esse (cf. supra p. 92) et omnino crasin istam Atticis aliisque convenientiorem fuisse quam Herodoto, cujus verba VIII. 101 nunc quidem cum codd. S. P. K. F. Paris. sic vulgata ἐς ἤθεα τὰ ἐμά pro solis genuinis habeo, neque cum edd. vett. τἀμά praeferendum. Quamquam III. 81 κἀμοί, IX. 37 κἀκεῖνον omnibus in libris constant, et καλοί τε κἀγαθοί I. 30. II. 143. κἄπειτα II. 85. Atque ut τἆλλα apud nostrum crebrum est, sic et II, 51 τἀγάλματα scriptum exstat nulla varietate enotata. τἆλλα autem, sic properispomenon scribendum, habes I. 2 τἆλλα

Bekk. al. cum S. F. a. c. Vulgo τἄλλα. I. 119. 140. 126 (τἄλλα Bekk. alii. Olim τἄλλα. Gaisf. cum S. τὰ ἄλλα). II. 2. 41. 92. 153. III. 4. 16. IV. 78. 165. V. 50. 100. VI. 62 (τἄλλα Bekk. alii. τἄλλα S. τὰ ἄλλα Gaisf. alii). — VII. 104. 130. 190. IX. 81 καὶ τἄλλα Bekk. F. alii. τὰ ἄλλα Wessel. Gaisf. S. V. — Etiam τἀνθρώπου II. 121, 6 nulla varietate enotata sic scriptum exstat, quamquam VII. 139 pro εὖ, quod Schaef. Bekk. alii restituerunt τἀληθέος (οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τἀληθέος) (Vulgo τἀληθές. τἀληθοῦς Valck.). Gaisf. cum cod. F. τὸ ἀληθὲς exhibuit. — Atque ut paulo supra neutrum singulare τὠυτό constanter per crasin apud nostrum scribendum esse vidimus, sic etiam neutrum plurale ταὐτά exarandum est: I. 120. 142. 198. II. 30 41. 48. 102. III. 48. 99. IV. 5. 17. 76. 150. 155.. V. 4. 52. IX. 2. 82. II. 20 κατὰ ταὐτά Ald. alii cum S. τὰ αὐτά nunc vulg. cum M. F. Paris. κατὰ αὐτά K. — 104 κατὰ ταὐτά Bekk. alii. τὰ αὐτά Gaisf. alii. — 105 κατὰ ταὐτά Bekk. alii cum M. F. τὰ αὐτά Gaisf. alii. III. 73 οὐ ταὐτά vulgat. cum S. V. Vall. (οὖν ταῦτα P. K. ὧν ταῦτα F. alii.). IV. 159 κατὰ ταὐτὰ ἐπιμεμφόμενοι Ald. Bekk. alii (qui quidem Bekkerus καὶ ταῦτα maluit). κατὰ ταῦτα Gaisf. — 198 ταὐτά vulgat. τὰ αὐτά S. V. VI. 52 κατὰ ταὐτά Bekk. bis. τὰ αὐτά Gsf. alii, bis. Quibus in locis ut crasis praeferenda mihi esse videtur, sic in aliis quibusdam, ubi τὰ αὐτά nulla varietate enotata scriptum exhibetur, videndum est, ne rectius etiam in istos crasis inferenda sit, ut ubique Herodotus ταὐτά scripsisse putandus sit. Sunt autem hi loci III. 28. IV. 114. VI. 14. 31. 42. VII. 23. 211. VIII. 22.

De Herodoteo usu elisionis et apostrophi.

Crasi contraria est elisio brevis alicujus vocalis finalis ante primam vocalem subsequentis vocis; cujus quidem usus quibus legibus Herodotea in oratione adstrictus sit, aut quam licentiam quamve constantiam habuerit, haud facile mihi esse videtur penitus cognitu; quum et ipsa res universa, maxime apud scriptores solutae orationis, sit lubrica, eamque non solum e dicendi quo quisque utitur genere, sed etiam plerumque quoque in loco e sensu et arbitrio scribentis pendere constet, et libri mss., quorum quidem fide atque auctoritate plerumque hac in re ex collatorum culpa nos destituti sumus, saepius inter se dissideant, et omnino alios librarios magis quam alios, sequioris aetatis consuetudinem secutos, apostrophos amasse sciamus. Quum autem Herodotum eum hiatum, quem alii scriptores ν ἐφελκυστικόν inserendo evitare soliti sunt, constanter non evitasse jam supra viderimus, et omnino vocalium, vel vocalis et diphthongi concursus Ionicae orationis proprius judicandus sit, atque Thucydidem, exemplum ac normam veteris Atticae dialecti, quam inter et Herodoteam orationem non una in re similitudinem quandam intercessisse saepius jam observavimus, rarius quam alios

scriptores Atticos elisionem adhibuisse cernamus (cf. Popp. Thucyd. Vol. I, p. 216 sqq.) in universum dicenti, non nimis frequentem Herodotea in oratione fuisse elisionis usum, nemo facile adversabitur. Sed quum ubique apud nostrum pronomen relativum, ubi sequitur praepositionem, quae vulgo apostrophum patitur (ἀμφί, ἀνά, ἀντί, ἀπό, διά, ἐπί, κατά, μετά, παρά, ὑπό), τ praefixum aspernari, ac praepositionem ultimam vocalem amittere, Struvii, viri doctissimi, probabili argumentatione extra omnem positum sit dubitationem (cf. Specim. I, p. 13 sqq.), habemus jam quo firmius nitamur, atque inde longius progressus suo sibi jure aliquis contendere videatur, non istas solum praepositiones, sed etiam alias conjunctiones disyllabas, quae, ubi apostrophum recipiunt, accentum amittant, si non semper aut constanter, tamen plerumque apud Herodotum ultimam abjicere vocalem.

Et ἀμφί quidem apostrophum habet VII. 143 ἀμφ' αὐτῇ; sed eadem cum constantia altero in loco VII. 218 ἀμφὶ Ἐπιάλτεα omnes retinent.

ἀνά: VII. 184 ἀν' ὀγδώκοντα. Et III. 82 in tmesi (in qua quidem constanter apud nostrum cernitur apostrophus) ἀν' ὧν ἐφάνη.

ἀντί: ἀντ' ἀνδρός I. 50. VIII. 106. ἀντ' ἀνδρῶν I. 155. ἀντ' αὐτοῦ II. 65. III. 143. ἀντ' ὧν III. 140. ἀντ' ἐκείνου VI. 67. ἀντ' ἀσπίδων VII. 70. 91. ἀντ' ἐλευθέρων V. 49. ἀντ' ἐλευθέρης IX. 45. ἀντ' αὐτῆς IX. 111. ἀντ' αὐτῶν VIII. 29. Aliis in locis variatur: I. 22 ἀντ' ἑνός Bekk. ἀντί vulg. — 74 ἀντ' ἡμέρης Bekk. ἀντί vulg. — 108 ἀντ' ἐκείνου Ald. Bekk. al. ἀντί Gaisf. II. 133 ἀντ' ἓξ ἐτέων Bekk. ἀντί vulg. IV. 3 ἀντ' ὅπλων Bekk. ἀντί vulg. VII. 29 ἀντ' αὐτῶν Bekk. ἀντί vulg. — 37 ἀντ' ἡμέρης Bekk. ἀντί vulgo. Duobus autem in locis omnes, nulla varietate enotata, ἀντί retinuerunt: VII. 22 ἀντὶ ἠπειρωτίδων. VIII. 135 ἀντὶ Ἑλλάδος.

ἀπό: ἀπ' ἧς I. 1. 47. 90. III. 14. 23. 155. IV. 81. VII. 121. 192. IX. 49. 81 ter. — ἀπ' οὗ II. 146. III. 98. IV. 23. 66. 149. V. 98. VII. 150. — ἀπ' ὅτευ (vide Struvium l. l.) I. 7. 145. III. 115. IV. 45. — ἀπ' αὐτοῦ I. 14. II. 94. 161. IV, 23. 159. ἀπ' αὐτῆς III. 23. IV. 38. VII. 235. ἀπ' ἑωυτοῦ VII. 121. ἀπ' ὧν IV. 88. VII. 158. VIII. 87. ἀπ' αὐτῶν I. 95. III. 72. VI. 98. ἀπ' ἀμφοτέρων III. 31. VII. 97. ἀπ' ἀλλήλων IV. 124. IX. 51. ἀπ' ἀλληλέων IV. 113. ἀπ' ἄλλου I. 102. ἀπ' ἐκείνου I. 124. ἀπ' ἐμεῦ III. 83. 142. VI. 86, 1. VIII. 106. ἀπ' ἡμέων IV. 139. VIII. 22. IX. 7, 2. ἀπ' ὑμέων IV. 139. VIII. 22. ἀπ' οὐδενός III. 135. ἀπ' ἑκατόν VI. 27. ἀπ' ἵππων I. 79. ἀπ' ἵππου IX. 63 et III. 129 (sic libri Herodot., sed Suid. s. v. Δημοκήδης de suo posuit ἀπὸ ἵππου). ἀπ' ἀρχῆς I. 116. II. 50. 104. 113. IX. 46. ἀπ' οἰκίης V. 101. ἀπ' ἑσπέρης IV. 48. VIII. 76. II. 158. ἀπ' ὕλης I. 203. ἀπ' ἄρκτου II. 8. ἀπ' ἄρκτου IV. 46. ἀπ'

ἀδελφεοῦ IV. 153. ἀπ' ἔργων VIII. 105. 106. ἀπ' Ἀστυάγεος I. 126. ἀπ' Ἑλλήνων I. 135. ἀπ' Ἀθηνέων VI. 128. VII. 95 et I. 147. ἀπ' Ἀθηναίων IX. 7. ἀπ' Αἰγύπτου II. 32. 43. 49. 50. 57. 105. III. 3. 45. 91. IV. 168. 186 bis. ἀπ' Αἰγυπτίων II. 51 bis. ἀπ' Ἄργεος VIII. 138. ἀπ' Ἰωνίης IV. 138. ἀπ' Ἀρχίεω III. 55. ἀπ' Ἀρκαδίης VI. 83. VIII. 26. ἀπ' Αἰγίνης VI. 61. VIII. 83. ἀπ' Εὐβοίης VI. 127. ἀπ' Αἰακοῦ VI. 35. ἀπ' Οὐλύμπου VII. 74. ἀπ' Ἀρτεμισίου VIII. 23. 42. ἀπ' Ἀμπέλου VII. 123. — I. 194 ἀπ' ὧν ἐκήρυξαν. II. 39 ἀπ' ὧν ἔδοντο. — 47 ἀπ' ὧν ἔβαψε. — 87 ἀπ' ὧν ἔδωκαν id. 88. — Variatur autem: I. 134 ἀπ' ἑωυτῶν vulgat. ἀπό Gaisf., item IV. 33. — II. 8 ἀπ' ἠοῦς Bekk. (alii ἀπ' ἕω) ἀπό Gaisf. Ibid. ἀπ' Ἡλίου πόλιος vulgat. ἀπό Gaisf. — 28 ἀπ' Ἐλεφαντίνης bis vulgat. ἀπό Gaisf. — 36 ἀπ' ὀλυρέων Bekk. ἀπό alii. — 31 ἀπ' ἑσπέρης vulgat. ἀπό Gaisf., item 32. III. 75 ἀπ' Ἀχαιμένεος vulg. ἀπό Gaisf. — 84 ἀπ' Ὀτάνεω Bekk. ἀπό vulg. — 128 ἀπ' Ὀροίτεω Bekk. ἀπό vulg. — VII. 28 ἀπ' ἀνδραπόδων Bekk. alii. ἀπό alii. — 70 ἀπ' ἡλίου Bekk. Alii ἀπό ἡλ., sed paulo post ἀπ' ἡλίου Αἰθίοπες omnes sine varietate. — 90 ἀπ' Ἀρκαδίης et ἀπ' Αἰθιοπίης Bekk. Alii ἀπό bis. — 198 ἀπ' Ἀχαιΐης Bekk. ἀπό alii. VIII. 46 ἀπ' Ἐπιδαύρου Bekk. ἀπό alii. Ibid. Ἰωνικὸν ἀπ' Ἀθηνέων Bekk. Alii ἀπὸ Ἀθην., sed paulo post ἀπ' Ἀθηνέων γεγονότες omnes. — 55 ἀπ' Ἐλευσῖνος bis Bekk. ἀπό alii. IX. 15 ἀπ' Ἐρυθρέων παρ' Ὑσιάς Bekk. Alii ἀπὸ Ἐρ. παρὰ Ὑσιάς. — Sed ἀπὸ Ἴστρου IV. 99 bis omnes exhibent, ut V. 7 ἀπὸ Ἑρμέω. Verum II. 6 in vulgatis verbis ταύτης ὧν ἄπο οἱ ἑξήκοντα σχοῖνοί εἰσι, ἄπο plene scriptum, quum in anastrophe sit positum, non mutandum esse censeo.

διά: δι' ἁρπαγῆς I. 3. δι' οὗ I. 51. III. 60. VII. 128. 129. δι' ἧς II. 22. 34. δι' ὧν I. 199. II. 29. IV. 53. VII. 10, 5. 110. 130. δι' ἀγγέλων I. 69. 99. 141. V. 92, 6. 103. VII. 203. δι' ἀγγέλου VI. 4. δι' ἡμέρης I. 97. II. 173. VI. 12. VII. 210. δι' ἡσυχίης I. 206. δι' ἐμεῦ I. 109. δι' ἀλλέων IV. 181. 184 bis. δι' ἐκείνων I. 117. δι' ἑωυτοῦ I. 129. V. 30. δι' αὐτῶν IX. 17. δι' ἑνός VII. 129. δι' αὐτῆς IV. 47. VII. 26. δι' ἀλληλέων VI. 12. δι' ἀμφοτέρων III. 78. δι' αὐλῶνος II. 100. δι' ἑρμηνέος III. 38. δι' ἑλέων II. 32. δι' οἰκευμένης II. 34. δι' ἔτεος II. 22. δι' ἐτέων VI. 118. δι' ἐρήμου IV. 53. δι' ἑπτὰ ἑρμηνέων et δι' ἑπτὰ γλωσσέων IV. 24. δι' Ἀκαρνανίης II. 10. VII. 126. δι' Ἡρακλέων IV. 42. δι' Ἑλλησπόντου IV. 76. δι' Εὐρίπου VII. 173. VIII. 66. δι' Ἀβδήρων VII. 126. — Etiam δι' ἑνδεκάτου ἔτεος Bekk. reposuit I. 62 pro vulgat. διὰ ἑνδ. II. 73 δι' ἐτέων vulg. διά Gaisf. IX. 25 δι' ὄχθων Bekk. Alii διὰ ὄχθ. — δι' ὅν III. 120. δι' ἥν Prooem. III. 119. IV. 80. VII. 175. δι' οὐδέν I. 22. δι' αἰτίας I. 70. δι' αἰτίην I. 75. II. 30. III. 1. δι' ὄψιν I. 129. δι' αὐτόν II. 120. III. 138. δι' ἑωυτόν VIII. 125. δι' ἄλλο II. 122. δι' ἄλλην VII. 213. δι' ἄλκας IV. 69. δι' ὅπερ

III. 16. δι' ἡμέας V. 91. δι' ἐκεῖνον VIII. 106. δι' εὐηθείην III. 140. δι' ἀρετήν VII. 154. 181. Et III. 82 δι' ἕνα ἄνδρα Bekk. restituit pro vulgat. διὰ ἕνα.

ἐπί: ἐπ' ἐμεῦ I. 5. II. 30. 46. IV. 148. ἐπ' ὑμέων III. 71. ἐπ' ἐκείνων II. 107. ἐπ' ἀγροῦ I. 120. ἐπ' ἀγκυρέων VI. 12. VII. 188. ἐπ' ἧς VII. 178. VIII. 92. ἐπ' ὧν I. 186. IV. 107. ἐπ' οὗ II. 124. V. 109. VII. 58. ἐπ' ὅτευ IV. 45. ἐπ' ἑωυτῶν I. 142. II. 2. 178. IV. 160. V. 98. IX. 17. 38. ἐπ' ἐμεωυτοῦ III. 155. ἐπ' ἑωυτῆς I. 202. 203. VIII. 32. ἐπ' ἑωυτοῦ V. 106. VII. 10, 1. ἐπ' αὐτοῦ II. 39. III. 23. ἐπ' αὐτῆς VI. 129. ἐπ' ἑκάστης VI. 15. ἐπ' ἄλλης II. 125. ἐπ' οἴκου II. 121, 2 et 4. ἐπ' οἰκήματος II. 121, 5. 126. ἐπ' ἅρματος VII. 40. ἐπ' ἁμαξέων IX. 80. ἐπ' ἵππου II. 162. IX. 44. ἐπ' ἵππων IV. 64. ἐπ' ἄκρης IV. 10. ἐπ' ἡμέρης V. 117. ἐπ' ἡμέρων IV. 21. ἐπ' ἀσπίδος IX. 74. ἐπ' ὅρκου IX. 11. ἐπ' Αἰγύπτου I. 1. II. 28. 73. 75. IV. 152. ἐπ' Αἰγινητέων VI. 64. ἐπ' Ἀμάσιος II. 177. ἐπ' Ἑλλησπόντου V. 33. IX. 98. 106. 114. ἐπ' Ἀμφικράτεος III. 59. ἐπ' Ἀθηνέων VI. 34. ἐπ' Ἀθηναίων V. 57. — Sed I. 74 ubi Ald. Bekk. al. ἐπ' ἴσης exhibuerunt, Gaisf. al. ἐπὶ ἴσης scripserunt. I. 130 ἐπ' Ἀστυάγεω Bekk. ἐπί vulg. II. 11 ἐπ' Αἰθιοπίης vulg. ἐπί Gaisf., item 28. IV. 45 ἐπ' Ἀσίεω Bekk. ἐπί Gaisf. al. Alii cum S. ἀπὸ Ἀσίεω. IV. 114 ἐπ' ἡμέων αὐτέων vulg. ἐπί Gaisf. — 116 ἐπ' ἵππων Bekk. ἐπί vulg. VII. 100 ἐπ' ἅρματος Bekk. ἐπί vulg. — Verum sine varietate I. 94 ἐπὶ Ἄτυος scriptum exstat et VIII. 109 ἐπὶ Ἑλλησπόντου. — Praeterea ἐπ' ᾧ I. 22. III. 40. 41. 83. V. 52 bis. 82. VI. 65. VII. 153. 154. 158. VIII. 4. ἐπ' ᾗ IX. 51. ἐπ' οἷσι I. 141. III. 48. IV. 145. V. 65. VII. 146. VIII. 40, 2. ἐπ' ἐκείνῳ II. 120. ἐπ' ἐκείνῃ I. 45. ἐπ' ἐκείνοισι II. 148. ἐπ' ἐκείνῃσι VII. 188. ἐπ' οὐδενί III. 38. ἐπ' οὐδεμιῇ III. 35. 36. IV. 112. ἐπ' ἄλλῳ VII. 158. IX. 33. ἐπ' ἀλλήλοισι I. 60. ἐπ' ἀμφοτέρῃσι II. 149. ἐπ' ἑωυτῷ I. 61. IV. 80. ἐπ' αὐτοῖσι VII. 176. ἐπ' αὐτῷ I. 191. II. 86. IV. 87. V. 52. VI. 126. ἐπ' αὐτῇ IV. 154. VII. 235. ἐπ' ἡμῖν VIII. 29. ἐπ' ἑκάστῳ I. 195. ἐπ' ἑκάστῃ III. 14. ἐπ' ἀνδρί VII. 10, 3. ἐπ' ἐξαγωγῇ V. 6. VII. 156. ἐπ' ἐξεργασμένοισι IV. 164. VIII. 94. IX. 77. ἐπ' αὐτοφώρῳ VI. 72. 137. VII. 6. ἐπ' ἡμέρῃ II. 168. IV. 112. VII. 187. ἐπ' ἄκρῳ VII. 85. IV. 195. ἐπ' ἀκρωτηρίῳ VII. 217. ἐπ' ἐκτομῇ III. 48. 49. ἐπ' ἀγαθῷ V. 76. ἐπ' αἰτίῃ III. 69. VII. 194. ἐπ' οὔροισι III. 91. ἐπ' ἴσῃ IX. 7, 1. ἐπ' ὁμολογίῃ VIII. 141. ἐπ' Ἀξίῳ VII. 124. ἐπ' Αἰγινήτῃσι VI. 87. ἐπ' Ἕλλησι IX. 17. ἐπ' Ἀρτεμισίῳ VII. 182. 194. VIII. 21 bis. 42. 43. 45. 46 bis. 66. 76. IX. 98. Etiam VII. 214 Bekk. ἐπ' Ἐπιάλτῃ scripsit, ubi alii ἐπὶ Ἐπ. Ibid. ἐπ' Ὀνήτῃ Bekk. Alii ἐπὶ Ὀν. — Praeterea ἐπ' ὅ V. 45. ἐπ' ὅν IV. 46. ἐπ' ἥν V. 43. 126. VI. 23. 56. 132. ἐπ' οὕς I. 153. 204 ἐπ' αὐτά III. 156. ἐπ' αὐτάς I. 1. 80. IV. 90. 91. ἐπ' αὐτούς I. 166. II. 162. III. 134. 151. IV. 4. VI. 73. VII. 8, 3. 147. 210. VIII. 138. IX.

69. ἐπ' αὐτόν I. 36. 62. 86. II. 125. III. 53. 127. IX. 113. ἐπ' αὐτό IV. 43. V. 22. VII. 133. ἐπ' ἑωυτόν I. 157. II. 25. IV. 50. VII. 85. ἐπ' αὐτήν I. 186. ἐπ' ἐκείνην I. 208. II. 181. ἐπ' ἀριστερά I. 51. II. 36. 93. VI. 33. VII. 39. ἐπ' ἀμφότερα II. 125. III. 87. 134. IV. 157. VIII. 22. VII. 139. IX. 97. ἐπ' ἀμφοτέρους VII. 1. ἐπ' ἑκατοστά IV. 198. ἐπ' ἕτερα IV. 72. ἐπ' ἑτέρην III. 51. ἐπ' ὀλίγον III. 54. V. 46. ἐπ' ὅσον I. 64. II. 34. III. 80. ἐπ' οἵους VII. 10, 8. ἐπ' ἡμέας IV. 118 bis. 119. ἐπ' ἄνδρας I. 71. VII. 10, 1. 11. 53. VIII. 26. ἐπ' ἡμέρην III. 149. ἐπ' ἄγρην I. 73. III. 30. ἐπ' ἀρχάς I. 207. ἐπ' ἀρότῆρας VII. 50, 2. ἐπ' ἅρμα IV. 180. ἐπ' ὕδωρ III. 14. V. 12. VI. 137. VII. 193. ἐπ' ἔτεα I. 74. 94. 95. 130 bis. 166. II. 133. 137. 161. 175. III. 59. 67. IV. 95. V. 55. 65. 68. VII. 170. ἐπ' ἄλλο I. 102. ἐπ' ἄλλην VI. 52. ἐπ' ἑκκαίδεκα πήχεας II. 13. ἐπ' ὀκτὼ μῆνας IV. 199. ἐπ' ὀκτωκαίδεκα πήχεας II. 111. ἐπ' ἑπτὰ ἡμέρας III. 129. ἐπ' Ἄμασιν II. 162. ἐπ' Ἀχέροντα V. 92, 7. ἐπ' Αἴγιναν III. 59. V. 87. ἐπ' Αἴγυπτον I. 104. II. 137. 141. III. 3. 4. 7. 10. 11. 14. 20. 31. 39. 44 bis. 62. 88. 107. 139. VII. 2. ἐπ' Ἀθήνας VII. 138. 157. VIII. 34. IX. 116. ἐπ' Ἕλληνας VII. 16, 2. ἐπ' Ἀρτεμίσιον VII. 177. 195. VIII. 2 bis. 4. 82. ἐπ' Αἰθίοπας III. 21. 25 bis. ἐπ' Αἰγινήτας V. 89. VI. 65. ἐπ' Ἀμμωνίους III. 26. ἐπ' Ἠϊόνα VIII. 118. — Variatur I. 63 ἐπ' ἵππους Bekk. ἐπί vulg. II. 29 ἐπ' ἡμέρας Bekk. ἐπί vulg. IV. 118 ἐπ' ἡμέας vulg. ἐπί Gaisf. VII. 175 ἐπ' Ἀρτεμίσιον Bekk. Alii ἐπὶ Ἀρτ. — Sed I. 126 omnes praebent ἐπὶ ὀκτωκαίδεκα. IV. 43 ἔπλεε ἐπὶ Ἡρακλέας στήλας Schaef. Bekk. cum S. V. παρὰ Ἡρακλ. alii. VII. 15 ἐπὶ Ἀρτάβανον. — 139 ἐπὶ ὁκότερα. — 188 ἐπὶ ὀκτὼ νέας.

κατά: II. 149 κατ' ὕδατος. κατ' ἄκρης VI. 18. 82. κατ' ἐμεῦ VI. 97. — κατ' ἀρχάς II. 147. III. 12. 153. 159. IV. 82. V. 62. 92, 6. VII. 5. 88. 148. 220. 223. VIII. 3. 94. IX. 22. 66. 103. κατ' ἤπειρον V. 64. VI. 33. VII. 26. 58. 81. VIII. 71. κατ' ἐμπορίην III. 139. κατ' οὖρον IV. 163. κατ' αἰγιαλόν IX. 102. κατ' ἔριν V. 88. κατ' οἰκηϊότητα VI. 54. κατ' ἀνδραγαθίην V. 42. VI. 128. VII. 166. κατ' ἀνθρώπους V. 92, 1. κατ' ἐμέ V. 58. VII. 170. κατ' ὑμέας VII. 158. IX. 46 bis. V. 109. κατ' ἐκεῖνον V. 82. κατ' ἓν V. 78. κατ' ἕνα IX. 62. κατ' ἀμφότερα VII. 10, 2. κατ' ἐργασίην II. 135. κατ' αἰτίην II. 91. κατ' οὐδέν II. 110. κατ' ἀξίην I. 100. κατ' ἡλικίην I. 172. κατ' ἐνιαυτόν II. 109. κατ' ὁδόν I. 41. 111. 122. 155. III. 126. V. 92, 3. VII. 10, 8. VIII. 115. 117. IX. 89. 107. κατ' ἡσυχίην I. 9. VII. 208. VIII. 70. 110. IX. 41. κατ' ἄνδρα I. 54. IV. 176. VI. 79. κατ' ἄνδρας V. 119. κατ' οἴκους III. 79. VI. 39. κατ' ἑωυτόν III. 125. V. 47. κατ' αὐτόν I. 82. 84. 85. 91. III. 4. κατ' αὐτήν IV. 76. κατ' αὐτούς III. 108. κατ' ἑωυτούς V. 15. VII. 148. IX. 71. κατ' ἄλλο I. 143. VI. 51. VIII. 30. IX. 109. κατ' αὐτό V. 37. κατ' ἣν II. 15. 90. 124 (κατὰ τὴν K. vide Struvium

l. l.). κατ' οὓς VIII. 115. κατ' οὕστινας IX. 27. κατ' ὅ, τι II. 73. κατ' ὅ IV. 85. VI. 3. κατ' ἃ VII. 199. κατ' ὀλίγους II. 93. VIII. 113. IX. 102. κατ' ἀλλήλους VII. 145. κατ' Εὐρώπης ζήτησιν II. 44. κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν II. 143. κατ' Αἴγυπτον II. 142. κατ' Ἄνθυλλαν II. 97. κατ' Εὐεσπερίδας IV. 171. — II. 47 κατ' ὧν ἐκάλυψε. — 70 κατ' ὧν ἔπλασε. — 85 κατ' ὧν ἐπλάσατο. — 172 κατ' ὧν κόψας. — Aliis autem in locis variatur I. 9 κατ' ἓν ἕκαστον Bekk. κατά vulg. II. 24 κατ' ἥντινα vulg. κατά Gaisf. — 86 κατ' ἥντινα Bekk. κατά vulg. — 134 κατ' Ἄμασιν Bekk. κατά vulg. — 144 κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν vulgo. κατά Gaisf., item IV. 110. III. 26 κατ' Ἑλλήνων γλῶσσαν Bekk. κατά vulg. — 89 κατ' ἔθνεα Bekk. κατά vulg., item IX. 25. IV. 52 κατ' Ἀλάζωνας Bekk. κατά alii. V. 39 κατ' ἀνδραγαθίην Bekk. κατά alii. — 60 κατ' Οἰδίπουν Bekk. κατά alii. VI. 108 κατ' εὐνοίην Bekk. κατὰ εὐν. vulg. (κατὰ τὴν εὐν. F. K.). VII. 170 κατ' Ἰηπυγίην Bekk. κατά alii. — 175 κατ' ἑκατέρους Bekk. (κατ' ἑτέρους c.) κατὰ ἑκατ. vulg. VIII. 28 κατ' Ὑάμπολιν Bekk. κατά alii. — 98 κατ' ἄλλον Bekk. κατά alii. IX. 15 κατ' ἔχθος Bekk. κατά alii. — 73 κατ' Ἑλένης κομιδήν Bekk. κατά alii. — Aliis denique in locis omnes in κατά plene scripto, mea e sententia immerito consentiunt: I. 202 κατὰ ἴλας (vel εἴλας). II. 125 κατὰ ἑξακόσια et κατὰ εἰνακόσια. VII. 117 κατὰ ἑξακισχιλίους. VII. 23 κατὰ ἔθνεα, item 60. 212. — κατὰ ἡμερησίην VIII. 98. (VI. 98 verba κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν spuria esse jam supra p. 16 vidimus.)

μετά: μετ' ἄλλων I. 114. III. 14. IV. 78. VII. 154. VIII. 105. μετ' ἐκείνου VII. 119. VIII. 137. IX. 119. μετ' ἐκείνων IX. 38. μετ' ἧς VII. 121. μετ' αὐτοῦ V. 44. 70. VII. 222. 224. IX. 31. 53. 89. μετ' αὐτῶν IX. 103. 119. μετ' ἑωυτοῦ IX. 42. μετ' ἑωυτῶν II. 121, 4. μετ' ἡμέων IX. 60. μετ' ὀλίγων VI. 15. μετ' Αἰγυπτίων III. 1. Etiam I. 64 Bekk. recte scripsit μετ' Ἀλκμαιωνιδέων pro vulgat. μετὰ Ἀλκμαιωνίδεω. IX. 26 μετ' Ἀχαιῶν Bekk. μετά vulg. — 77 μετ' Ἀρταβάζου Bekk. μετὰ Ἀρτ. vulg. — Praeterea μετ' ἑωυτῷ II. 132 bis. — μετ' ἐκεῖνον I. 31. IX. 16. μετ' ἐκείνην I. 196. μετ' αὐτόν V. 17. VII. 9. μετ' ὀλίγας VI. 131. μετ' ἡμέρην II. 150. IV. 146. — IV. 53 μετ' Ἴστρον Bekk. reposuit pro vulg. μετὰ Ἴστ., et VII. 8 μετ' Αἰγύπτου ἅλωσιν pro vulg. μετὰ Αἰγ.

παρά: παρ' ἄλλων I. 3. VIII. 77. παρ' ἀλλήλων I. 4. 186. V. 83. παρ' ὅτευ III. 62. VI. 13. παρ' οὐκ ἐκδιδόντος I. 68. παρ' ἐκείνου III. 39. VI. 62. παρ' ἐμεῦ I. 90. παρ' οὐδενός VII. 14. παρ' ἑκάστων I. 106. παρ' αὐτῶν I. 107. 163. II. 19. 86. VI. 84. VIII. 135. παρ' αὐτοῦ II. 118. 143. III. 7. παρ' αὐτῆς II. 122. παρ' ἑωυτοῦ II. 129. VIII. 5. παρ' ἐμεωυτοῦ VII. 29. παρ' Ἀμφικτυόνων V. 62. παρ' Αἰγινητέων VIII. 122. παρ' Αἰάκεος VI. 13. παρ' Ἀθηναίων IX. 13. παρ' Ἑλλήνων II. 43 bis. 49. VIII. 122. παρ' Αἰγυπτίων II. 43. 104. 167. —

II. 156 παρ' Ἴσιος Bekk. παρά vulg. III. 68 παρ' Ἀτόσσης Bekk. παρά alii. V. 35 παρ' Ἱστιαίου Bekk. παρά vulg. VII. 173 παρ' Ἀλεξάνδρου Bekk. παρά vulg. VIII. 55 παρ' Ἀθηναίων Bekk. παρά vulg., item IX. 1. IX. 84 παρ' Ἀρτόντεω Bekk. παρά alii. — Praeterea παρ' ἡμῖν I. 30. IV. 119. VII. 103. 235. παρ' ὑμῖν VII. 150. παρ' ἐμοί I. 32. 115. V. 31. VII. 16, 1. VIII. 140, 1. παρ' ἑωυτοῖσι I. 105. 160. II. 119. III. 22. παρ' ἑωυτῷ I. 116. 130. III. 74. παρ' αὐτῷ IV. 15. VI. 103. VII. 5. παρ' αὐτῇ II. 130. παρ' οτέοισι II. 66. παρ' ὅτεῳ III. 68. — παρ' Αἴνῳ πόλι IV. 90. παρ' Αἰγυπτίοισι II. 145. — VI. 132 παρ' Ἀθηναίοισι Bekk. παρά vulg. — Porro παρ' ἡμέας I. 30. 159. III. 140. παρ' ἐμέ II. 114. VII. 103. παρ' ἑωυτόν I. 47. 156. II. 162. III. 14. 44. 50. 129. 145. V. 14. VI. 24. 119. VII. 145. παρ' αὐτόν I. 86. II. 32. III. 69. 126. IV. 15. 53 bis. παρ' αὐτήν III. 69. VIII. 39. παρ' αὐτάς II. 97. παρ' αὐτό IX. 62. 101. παρ' αὐτά VII. 112. παρ' ἐκεῖνον I. 100. 127. παρ' ἐκείνους IX. 57. παρ' ἑκάτερον I. 185. 189. παρ' ὅν I. 193. παρ' ἥν II. 6. 149. III. 5. VI. 20. VII. 49, 1. 198. 200. παρ' ἀμφοτέρας IV. 42. 45. παρ' οἷον V. 92, 6. παρ' Ἀμύντην V. 17. παρ' Ὠρικόν IX. 93. Variatur autem his in locis: I. 189 παρ' Ὦπιν Bekk. παρά vulg. III. 1 παρ' Ἄμασιν Bekk. παρά vulg. — 48 παρ' Ἀλυάττεα Bekk. παρά alii. VI. 68 παρ' Ἀρίστωνα Bekk. παρά alii. VII. 100 παρ' ἔθνος Bekk. παρά vulg. — 135 παρ' Ὑδάρνεα Bekk. παρά vulg. VIII. 128 παρ' Ἀρτάβαζον Bekk. alii. παρά Ἀρτ. alii. IX. 15 παρ' Ὑσιάς Bekk. παρά vulg., item 25. — 33 παρ' ἓν πάλαισμα Bekk. παρά alii. — 101 παρ' ἀμφοτέρας Bekk. παρά alii.

ὑπό: ὑπ' ἄλλων I. 11. 210. IV. 147. ὑπ' ἀλλήλων VII. 223. ὑπ' ὅτευ IX. 84. ὑπ' ἑωυτοῦ III. 156. VIII. 16. ὑπ' αὐτοῦ I. 26. II. 42. 90. IV. 167. VI. 29. 35. 39. IX. 37. ὑπ' αὐτῆς II. 122. 175. ὑπ' αὐτῶν II. 118. III. 26. IV. 77. VII. 167. IX. 37. ὑπ' ἑωυτῶν IV. 11. ὑπ' ὤν II. 56. III. 21. VII. 217. ὑπ' ἀπιστίης V. 41. VIII. 23 (sic libri Herod. sed Plut. de Malig. c. 34 ὑπὸ ἀπιστίης). ὑπ' ἀνομίης I. 97. ὑπ' ὄρνιθος I. 140. ὑπ' ἀσθενείης II. 47. VIII. 51. ὑπ' ἀνέμων II. 115. IV. 151. ὑπ' ἀναγκαίης VII. 139. 233. VIII. 22. IX. 16. 17. ὑπ' ἀγνωμοσύνης IX. 3. ὑπ' ἀνδρός II. 173. III. 134. VII. 6. 169. ὑπ' ἐμεῦ II. 132. III. 127. VII. 29. 110. ὑπ' ἡμέων VIII. 62. ὑπ' ἑνός V. 3. VII. 103. ὑπ' οὐδενός III. 74. 83. IV. 23. ὑπ' ἐκείνων III. 59. VI. 138. ὑπ' Ἰώνων II. 15. ὑπ' Αἰγυπτίων II. 17. 47. 79. 123. 156. III. 14. ὑπ' Ἑλλήνων II. 17. IX. 7, 1. IV. 14 (sic libri Herod., sed Origen. ctr. Cels. ὑπὸ Ἑλλήν.). ὑπ' Ἀρκάδων VI. 74. ὑπ' Ἀρισταγόρεω VI. 9. ὑπ' Ἀργείων V. 57. 61. 87. VI. 76. 92. ὑπ' Ἀθηναίων V. 74. 87. 93. VI. 92. VII. 203. VIII. 86. — Aliis autem in locis libri inter se dissident: I. 24 ὑπ' ἀπιστίης Bekk. ὑπό Gsf. al., item III. 153. — 39 ὑπ' αἰχμῆς bis, et ὑπ' ὀδόντος Bekk. ὑπό vulg. — 72 ὑπ' Ἑλλήνων Ald. Bekk. al. ὑπό Gaisf.

al. — 124. ὑπ᾽ Ἀστυάγεω Bekk. bis. ὑπό vulg. — 145 ὑπ᾽ Ἀχαιῶν Bekk. ὑπό vulg. — 148 ὑπ᾽ Ἰώνων Bekk. ὑπό vulg., item 149. — 174 ὑπὸ Ἁρπάγου vulg. ὑπ᾽ Ἁρπ. Bekk. — 189 ὑπ᾽ ὕβριος ἐσβάς. Bekk. ὑπό vulg. cum Suid. s. v. συμψήσας. II. 29 ὑπ᾽ ἰσχύος Bekk. ὑπό vulg. — 105 ὑπ᾽ Ἑλλήνων Bekk. Alii ὑπὸ Ἑλλήν., item VI. 53 bis. VII. 106. 107. IV. 45. — II. 114 ὑπ᾽ ἀνέμων Bekk. ὑπό vulg., item IX. 114. — 131 ὑπ᾽ ἄχεος Bekk. ὑπό vulg. — 135 ὑπ᾽ ἀνδρός vulgat. ὑπό Gaisf. II. 123 Bekk. cum codd. F. Paris. recte posuit ὑπ᾽ ἑκάστων, pro quo alii cum V. male ὑπέρ, cod. d. περί, praebuerunt. — III. 1 ὑπ᾽ Ἀμάσιος Bekk. ὑπό vulg. — 12 ὑπ᾽ Ἰνάρω Bekk. Alii ὑπό. — 16 ὑπ᾽ εὐλέων Bekk. Alii ὑπό. — 51 ὑπ᾽ αὐτοῦ recte vulg. ὑπὸ ἑωυτοῦ male S. V. (vide supra p. 200). — 65 ὑπ᾽ ὑμέων Bekk. Alii ὑπό. — 140 ὑπ᾽ Ὀροίτεω Bekk. ὑπό alii. IV. 25 ὑπ᾽ Ἰσσηδόνων Bekk. ὑπό alii. — 105 ὑπ᾽ ὀφίων Bekk. ὑπό alii. — 123 ὑπ᾽ οὐδαμῶν Bekk. ὑπό alii. VI. 34 ὑπ᾽ Ἀψινθίων Bekk. ὑπό alii. — 46 ὑπ᾽ Ἱστιαίου Bekk. ὑπό alii. — 50 ὑπ᾽ Ἀθηναίων vulgat. ὑπὸ Ἀθην. S. V. — 137 ὑπ᾽ Ἀθηναίων Bekk. ὑπό alii, item VII. 107. 137. VIII. 94. IX. 67. 116. — VI. 137 ὑπ᾽ ὕβριος Bekk. Alii ὑπό. VII. 6 ὑπ᾽ Ἱππάρχου Bekk. ὑπό alii. — 10, 5 ὑπ᾽ ὀλίγου Bekk. ὑπό alii. — 18 ὑπ᾽ ἑσσόνων Bekk. ὑπό vulg. — 22 ὑπ᾽ ἀνθρώπων Bekk. ὑπό alii — 26 ὑπ᾽ Ἀπόλλωνος Bekk. ὑπό alii. — 172 ὑπ᾽ ἀναγκαίης Bekk. ὑπό alii. — 213 ὑπ᾽ Ἀθηνάδεω Bekk. ὑπό alii. VIII. 34 ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου Bekk. ὑπό alii. — 43 ὑπ᾽ Ἡρακλέος Bekk. ὑπό alii. — 86 ὑπ᾽ Αἰγινητέων Bekk. ὑπό alii. IX. 11 ὑπ᾽ ὑμέων Bekk. ὑπό alii. — 16 ὑπ᾽ Ἀτταγίνου Bekk. ὑπό alii. — 64 ὑπ᾽ Ἀειμνήστου Bekk. ὑπό alii. — 75 ὑπ᾽ Ἠδωνῶν Bekk. ὑπό alii. — Sed III. 132 omnes exhibent ὑπὸ Ἕλληνος ἰητροῦ, nulla, ut plerumque, varietate e codd. Mss. adnotata; et VII. 193 ὑπὸ Ἰήσονος. — Porro ὑπ᾽ ἑωυτῷ I. 28. 103. 201. III. 45. IV. 118 bis. V. 96. VII. 157. IX. 4. ὑπ᾽ αὐτῷ II. 95. ὑπ᾽ ἐκείνοισι I. 91. ὑπ᾽ ἑωυτοῖσι V. 103. ὑπ᾽ Ἀθηναίοισι V. 95. VI. 140. Sed VI. 121 ὑπ᾽ Ἱππίῃ Bekk. Alii cum Plut. de Malig. c. 27 ὑπὸ Ἱπ. VII. 11 ὑπ᾽ Ἕλλησι Bekk. Alii ὑπὸ Ἑλ. — Praeterea ὑπ᾽ ἅρματα V. 9. ὑπ᾽ αὐτόν VII. 165.

Etiam ἅμα praepositio cum dativo casu conjuncta, quamquam est barytonon, tamen aliquoties nostris in libris apostrophum recepit: III. 86 ἅμ᾽ ἡμέρῃ. IV. 97 ἅμ᾽ αὐτῷ; etiam IX. 45 recte, ut mihi videtur, Bekk. scripsit ἅμ᾽ ἡμέρῃ, ubi alii ἅμα vel ἁμὰ ἡμέρῃ. Verum III. 12 ἅμα Ἀχαιμένεϊ omnes retinent, et IV. 35 ἅμα αὐτοῖσι. V. 106 ἅμα ἐκείνοισι. VII. 8, 3 ἅμα ὑμῖν. I. 216 ἅμα αὐτῷ. VII. 26 ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ. — Ubi autem ἅμα est adverbium, nunquam ultimam vocalem amittit, sic IV. 160 ἅμα αὐτήν. III. 135 ἅμα ἔπος. IX. 92 ἅμα ἠγόρευε et VIII. 5.

Sed conjunctio ἀλλά, ut consentaneum erat, tantum non

ubique apostrophum recepit. ἀλλ' ὥσπερ VII. 12. 96. VIII. 78. ἀλλ' ὡς I. 5. 80. III. 1. 143. IX. 15. 93. ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς I. 6. ἀλλ' ἤτοι I. 11. ἀλλ' ἢ IX. 109. ἀλλ' ὅρα I. 11. ἀλλ' ὅσα I. 14. 71. ἀλλ' οὐδέν I. 14. ἀλλ' ὅσον II. 8. III. 5. IV. 16 et 45. ἀλλ' ἕν I. 31. II. 132. 172. IV. 111. VII. 126. VIII. 94. 130. IX. 3. ἀλλ' εὐτυχέα I. 32. ἀλλ' ὁ μέν I. 51. VII. 8, 2. 190. 231. VIII. 119. IX. 10. 84. ἀλλ' εἴπερ V. 106. ἀλλ' ἐπί I. 94. 207. III. 71. 73. IV. 17. 119, VII. 214. ἀλλ' εἴτε III. 65. ἀλλ' ἑτεροῖος I. 99. ἀλλ' ἑτεροίῳ IV. 62. ἀλλ' εἰ I. 108. II. 160. III. 145. IV. 114. VII. 10, 8. 159. VIII. 57. IX. 87. ἀλλ' οὐδ' I. 128. III. 142. 152. ἀλλ' οὐ I. 167. 212. II. 13. 116. 120. 134. III. 2 bis. 61. 151. IV. 45. 83. 162. V. 72. 109. VI. 52. 53. 54. 130. VII. 10. 11. 143. VIII. 8. 26. 30. 125. IX. 6. 27 ter. 42. 43. 109. III. 36. ἀλλ' αὐτοῦ I. 144. VII. 141. IX. 2. 57. ἀλλ' ἀπέδοξε I. 152. ἀλλ' ἀνά VII. 10, 6. ἀλλ' ὑπό I. 168. VII. 139. VIII. 22. 117. IX. 15. 17. ἀλλ' ἀπό I. 216. II. 51. IV. 46. VII. 9, 3. ἀλλ' ἐκ I. 193. 194. III. 83. V. 88. 98. VI. 41. 95. ἀλλ' ὁρέοντες I. 190. ἀλλ' ἐς VII. 56. IX. 33. 66. ἀλλ' ἀσπίδος I. 194. ἀλλ' ἐγγυητάς I. 196. ἀλλ' αὐχμῷ II. 13. ἀλλ' ὀρυκτά II. 17. ἀλλ' ὁμοῖον II. 46. ἀλλ' ἐκδιδόαται II. 47. ἀλλ' ἐπεάν II. 14. 89. IV. 30. ἀλλ' οὔτε II. 15. VII. 17. ἀλλ' οὐδέ IV. 109. VII. 16, 2. ἀλλ' εἰσί II. 42. ἀλλ' εἶναι II. 118. ἀλλ' ἔμπειροι II. 49. ἀλλ' ἅτε II. 69. ἀλλ' Ἡσιόδῳ IV. 32. ἀλλ' ἐνίσχεσθαι IV. 43. ἀλλ' ἠτιμωμένοι IV. 66. ἀλλ' ἥξουσι IV. 95. ἀλλ' ἐπελθόντες IV. 114. ἀλλ' ἄκοντας IV. 120 (vide supra p. 192). ἀλλ' ἀποπλεύσεσθαι IV. 147. ἀλλ' ὀλίγους IV. 148. ἀλλ' ὀπίσω IV. 156. ἀλλ' ἀπόπεμπε IV. 163. ἀλλ' οἱ ἐπιγ. II. 49. ἀλλ' ἀπερύκειν II. 64. ἀλλ' ἀναμέσους II. 108. ἀλλ' ἀναπτερώσας II. 115. ἀλλ' ἄλλον II. 117. ἀλλ' ἄλλα IV. 192. ἀλλ' ἔτι II. 130. ἀλλ' ἄχρι II. 134. ἀλλ' Ἕκτωρ II. 120. ἀλλ' ἀνέωνται II. 165. ἀλλ' ἴσχε III. 36. Ibid. ἀλλ' ἀποκτενέειν. ἀλλ' ἠπιστέατο III. 69 et ἀλλ' εὐπετέως. ἀλλ' ἀκούσας III. 72. ἀλλ' ἰόντας III. 73. ἀλλ' ὑπερτείλας III. 104. ἀλλ' ἐξαιρεθέντας III. 137. ἀλλ' ἀνασωσάμενος III. 140. ἀλλ' ἐπεί (vel ἐπείτε) III. 45. IV. 110. 115. 136. VII. 160. 164. ἀλλ' ἐπειδάν VIII. 194. ἀλλ' ὅπερ III. 68. ἀλλ' ὅτε III. 118. ἀλλ' ὦν III. 140. ἀλλ' ἅμα IX. 23. ἀλλ' ὅτι IX. 72. ἀλλ' αὕτη IV. 45. ἀλλ' οὗτος IV. 77. ἀλλ' αὐτῷ VII. 209. ἀλλ' αὐτοί III. 155. ἀλλ' ἡ IV. 21. ἀλλ' ἔωσι V. 6. ἀλλ' ἡμεῖς IX. 48. ἀλλ' ὑμῖν V. 39. VIII. 29. ἀλλ' ἡμέας IX. 48. ἀλλ' ἐμοί VI. 11. VII. 10, 4. VIII. 62. IX. 120. ἀλλ' ὅκως V. 98. ἀλλ' οἷα VI. 12. ἀλλ' ἢν VII. 10, 2. ἀλλ' ἣν VII. 181. ἀλλ' οἷον VII. 10, 3. ἀλλ' ἥδε VII. 130. ἀλλ' ἤδη VII. 17. ἀλλ' ἔργοισι V. 24. ἀλλ' ἀπέθανε V. 48. ἀλλ' Ἀχαιός V. 72. ἀλλ' ἀπολέσθαι V. 87. ἀλλ' ἔμενε V. 99. ἀλλ' οἴχοντο VI. 33. ἀλλ' ἔφθησαν 91. ἀλλ' ἐτελεύθησαν 92. ἀλλ' Ἀθηναίων 108. ἀλλ' ἐπιστάμενος VII. 28. ἀλλ' ἢ 29. ἀλλ' εἷς 53. ἀλλ' ἐπιλιπόντα 58. ἀλλ' ἠπίως 105. ἀλλ' ἐπέλιπε 108. 127. ἀλλ' ὅμως 148. VIII. 143. ἀλλ' ἑλέσθαι

VII. 142. ἀλλ' ἑτοῖμος 158. ἀλλ' ἔμπροσθε 176. ἀλλ' ἄνθρωπον 203. ἀλλ' Ἐπιάλτης 214. ἀλλ' ὑπομείναντα 230. ἀλλ' εἶκον VIII. 3. ἀλλ' ἠπιστέατο 5 (coll. III. 69). ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος 65. ἀλλ' ἀπολαμφθέντες 76. ἀλλ' ἐσελθὼν 79. ἀλλ' ἀνδρῶν 100. ἀλλ' ἄκραι 107. ἀλλ' εὖ 109. ἀλλ' αἰεί 111. ἀλλ' οἴχετο 116. ἀλλ' ἀποπλωόντων 124. ἀλλ' ἀποχρήσειν 130 et ἀλλ' ἄσμενοι. ἀλλ' ἐσακούσατε IX. 9. ἀλλ' ἀπιόντων 34. ἀλλ' ἐγώ 42. ἀλλ' ἀναλαβόντας 46. ἀλλ' ἀπικνέονται 107. ἀλλ' ἀρξομένους 122. — Variatur autem his in locis I. 12 ἀλλ' ἔδεε Bekk. ἀλλά Gsf. alii, e codd., ut assolet fieri, nihil est adnotatum. I. 32 ἀλλ' ἄλλο Bekk. ἀλλά Gaisf. al. — 71 ἀλλ' ὑδροποτέουσι Bekk. ἀλλά Gsf. al. — 104 ἀλλ' ἓν Bekk. ἀλλά Gaisf. alii. — 122 ἀλλ' ἡμαρτηκέναι Bekk. ἀλλά Gaisf. alii. — 124 ἀλλ' ἔδωκε Bekk. ἀλλά Gsf. alii. — 137 ἀλλ' ὁκόσα Bekk. ἀλλά Gaisf. al. — 185 ὁρῶσα — οὐκ ἀτρεμίζουσαν, ἀλλ' ἄλλα κ. τ. λ., sic Bekk. solus recte edidit, quum vulgo male desit conjunctio ἀλλά, quam quidem ex Herodoteo dicendi genere inserendam esse quum aliis ex locis concludi potest, tum ex hoc, qui est I. 190, οἷα δὲ ἐξεπιστάμενοι ἔτι πρότερον τὸν Κῦρον οὐκ ἀτρεμίζοντα, ἀλλ' ὁρέοντες κ. τ. λ. — II. 20 ἀλλ' Ἑλλήνων Bekk. Alii ἀλλά, item V. 22. II. 36 ἀλλ' ἀπ' ὀλυρέων Bekk. Alii ἀλλά. — 41 ἀλλ' ἱραί Bekk. ἀλλά alii. — 43 ἀλλ' Ἕλληνες Bekk. Alii ἀλλά. — 115 ἀλλ' αὐτά vulgat. ἀλλά Gaisf. (ἀλλὰ ταῦτα F.). — 140 ἀλλ' ἔτεα Bekk. ἀλλά alii. III. 16 ἀλλ' ἄλλος τις Bekk. ἀλλά vulg. IV. 192 ἀλλ' ἄλλοι Bekk. ἀλλά alii. IV. 162 ἀλλ' ἀπαίτεε Bekk. Alii ἀλλά, item VIII. 122. V. 19 ἀλλ' ἀνέχεν Bekk. ἀλλά alii. VII. 143 ἀλλ' ἐκλιπόντες Bekk. Alii ἀλλά. — 158 ἀλλ' εὖ Bekk. ἀλλά alii. — 164 ἀλλ' ἀπό Bekk. ἀλλά alii. IX. 7, 1 ἀλλ' ἀπειπάμεθα Bekk. ἀλλά alii. — 58 ἀλλ' ἄνδρας Bekk. ἀλλά alii. — 83 ἀλλ' ἐξ ἑνός Bekk. ἀλλά alii. — Sed III. 30 etiam Bekkerus cum vulgata consentit quum scribit ἀλλά οἱ, item III. 53; atque V. 39 ἀλλὰ ἐτετελευτήκεε. VII. 210 ἀλλά οἱ ἐφαίνοντο. IX. 3 ἀλλά οἱ δεινός τις. Quae quidem pauca exempla cur ex isto tam magno numero eximenda sint, quum non satis clare appareat, videndum est, ne rectius etiam illis in locis apostrophus reponendus sit, Herodotusque putandus, eam sibi dixisse legem, ut, sequente vocali, constanter ultimam hujus conjunctionis ἀλλά vocalem abjiceret.

Et οὐδέ apostrophum recepit I. 56 οὐδ' ὤν, item V. 98. οὐδ' ἐπανειρόμενος I. 91. οὐδ' εἰ I. 109. VII. 21 et 101. οὐδ' ὥς I. 128. III. 152. VI. 76. οὐδ' ἐμέο I. 141. οὐδ' ἐδεήθησαν I. 143. οὐδ' ἀργύρῳ I. 215. οὐδ' ἀξιῶ II. 20. οὐδ' αὐτή 22. οὐδ' ὀβελοῖσι 41. οὐδ' ἄγεσθαι 47. οὐδ' ἥρωσι 50. οὐδ' οὔνομα 52. οὐδ' ἐγγύς 121, 1. οὐδ' ἄρα III. 34. οὐδ' ἐπειρῶντα 77. οὐδ' οἰκήϊον 81. οὐδ' ἄξιος 142. οὐδ' ἔτι 137 et 143. VII. 174. οὐδ' οὗτοι IV. 32. IX. 80. οὐδ' ἔχειν IV. 41. οὐδ' ἔχω IV. 45. IX. 8. οὐδ' ἐπετέλεσε IV. 43. οὐδ' οἱ IV. 112. V. 70. VI. 124. οὐδ' αἱ IV. 186. οὐδ' ἀρετήν 198. οὐδ' ἐξ ἄλλης V. 92, 1.

οὐδ' ἀναπειρᾶσθαι VI. 12. οὐδ' ὑπέμειναν 33. οὐδ' ἀρχαιρεσίης 8. VII. 43 οὐδ' ἀπέχρησε. — 47 οὐδ' ἐντός. — 52 οὐδ' ἐπιλέγεσθαι. — 136 οὐδ' ἀνταποκτείνας. — 161 οὐδ' ἦν id. VIII. 79. VII. 185 οὐδ' αὖ. VIII. 25 οὐδ' ἐλάνθανε. — 130 οὐδ' ἐπηνάγκαζε. IX. 33 οὐδ' οὕτω. — οὐδ' ἂν II. 160 et III. 35. IV. 74. V. 45. VII. 104. 187. 237; ante quam particulam ἂν saepissime observabis etiam alibi ultimam praecedentis vocis vocalem abjectam esse. — Sed VIII. 100, ubi οὐδ' ἱρεῖς vulgatum est, Gaisf. male scripsit οὐδὲ ἱρ. quamquam non pauci alii sunt loci, ubi omnes οὐδέ ante vocalem sequentis vocis plene scriptum exhibent: I. 2 οὐδὲ ἐκεῖνοι. οὐδὲ ὦν I. 3. 12 (coll. 45. 56). 32. 71. 97. 99. 109. 138. 196. 199. II. 15. 22. 37. 39. 89. 120 bis. 134 bis. 142. — VII. 10, 5 οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι libri Herod., sed Stob. Serm. 22 p. 190 (Gesn.) habet οὐδ' ἐᾷ φαντάζεσθαι,

μηδέ apostrophum habet I. 196 μηδ' ἐς ἑτέρην. II. 91 μηδ' ἄλλων. III. 65 μηδ' ἐπιχειρήσασι. — 74 μηδ' ἐξοίσειν. V. 72 μηδ' ἴσιθι. VIII. 144 μηδ' ἦν. Et ante ἂν II. 169 μηδ' ἄν. — I. 80 μηδ' ἦν Bekk. μηδέ Gaisf. alii. III. 76 μηδ' ὑπερβάλλεσθαι vulgat. μηδέ Gaisf. — Sed omnes μηδέ plene scriptum exhibent I. 108 μηδὲ ἐμέ. — 146 μηδὲ οὐνόματι. II. 64 μηδὲ ἀλούτους. — 173 μηδὲ ἐς παιγνίην. — 177 μηδὲ ἀποφαίνονται.

Et ipsum δέ saepissime recepit apostrophum, saepissime non recepit, ut fere eadem utrimque sit exemplorum copia (quorum enumerationem quod omisi id aegre laturum puto facile neminem) eademque fere constantia. Paucis enim in locis variatur, veluti I. 34 ὁ δ' ἐπείτε Bekk. ὁ δέ Gaisf. — 53 τοὺς δ' Ἑλλήνων Bekk. al. δέ Gaisf. alii. — 96 δ' ἦν Bekk. al. δέ Gaisf. al. — 139 οὐ τά μέν, τὰ δ' οὔ vulgat. τὰ δὲ οὔ Gaisf. — 207 εἰ δ' ἔγνωκας vulg. δέ Gaisf. — I. 125 exhibet cod. d. ἐν τοῖσι δ' Ἀχαιμενίδαι pro καί recte vulgato (ἐν τοῖσι καὶ Ἀχ.). II. 52 ἐπωνυμίην δ' οὐδ'. οὔνομα ἐποιεῦντο Bekk. alii. δὲ οὐδ' οὖν. Ald. Gaisf. al. IV. 11 ὡς δὲ δόξαι σφι recte vulgat., sed codd. S. V. male ὡς δ' ἔδοξε. V. 31 δ' ἔνι Bekk. alii; alii (Gaisf.) δὲ ἔνι vel (ut Ald.) δὲ ἔχει cum codd. S. V. b. — VIII. 101 αὐτὸν δ' ἐμὲ κελεύει, sic Bekk. rectius quam alii, qui, praeeuntibus fortasse quibusdam codd. mss., αὐτὸν δέ με κελ. praetulerunt, sed in eadem Xerxis oratione paulo supra leguntur ἐμὲ ὦν — κελεύει, et paulo infra σὺ ὦν ἐμοὶ — συμβούλευσον. — Sed in tmesi VI. 114 omnes consentiunt: ἀπὸ δ' ἔθανε; ut rursus ante particulam ἄν fere constanter ε illud finale abjectum est cf. I. 2. 32. 47. 82. 133. 196. 198. II. 3. 26. 62. 65. 66. 90. 93. 121, 5. 174. 98. III. 51 (ἀπελαυνόμενος δ' ἂν ἤϊε vulgat., δ' omiserunt M. P. K. F. ex negligentia; δ' ἀνήϊε Reiz. et ὦν ἤϊε Reisk. male; vide enim Herm. Vig. p. 820). III. 72 80. 100. 148 (ὁ δ' ἂν τὸν χρόνον Bekk. alii recte; ὁ δ' ἀνά cod. f. ὁ δὲ ἂν τὸν χρ. Gaisf.). IV. 7. 9. 41. 42. 62. 64. 66. 69. 71 (οἳ δ'

ἂν παραδέξωνται Bekk. alii; alii οἳ δὲ ἂν παρ.). 78. 81. 172. 176. 195. 200. V. 9. 60. 106. VI. 58. 86, 1. VII. 8, 4. 85. 180. 211. VIII. 136. IX. 48. — Quamquam alibi, ut II. 39 (τοῖσι δὲ ἂν). II. 92 (οἳ δὲ ἂν — βούλωνται) eodem modo omnibus in libris δέ ante ἂν plene scriptum reperitur. — Sed raro in compositis cum δέ, barytonis, abjicitur per apostrophum ultima vocalis, ut VII. 14 τόδ' ἴσθι 39 τόδ' ἐξεπίστασο. IV. 62 τοῖσδ' ἔτι (repone τοισίδ' ἔτι). II. 76 ἣδ' ἰδέη vulgatum est, sed Gaisf. ἥδε ἰδ. — I. 65 ὧδ' ἐς εὐνομίην vulgat. ὧδε Bekk. VII. 15. In aliis autem omnibus locis sine varietate plene scriptae hae voces reperiuntur.

Et τε ultimam vocalem per apostrophum amittit quum in tmesi et ante ἂν (cf. VII. 156 ἀνά τ' ἔδραμον. II. 173 τ' ἂν ἐπιστέατο. V. 3 τ' ἂν εἴη. VI. 30 ἀπῆκέ τ' ἂν) tum imprimis post οἷος, οἷον, ὅσον et similia: II. 14 οἷός τ' ἔσται. 19 οἷός τ' ἐγενόμην. IV. 16 οἷοί τ' ἐγενόμεθα. 62 ὅσον τ' ἐπί. VI. 31 οἷά τ' ἦν. Etiam I. 112 οἷός τ' εἶναι vulgatum est, ubi Gaisf. οἷός τε exhibuit. Praeterea IV. 23 λιθώδης τ' ἐστί. 101 ἀπὸ Βορυσθένεός τ' ἐπὶ τὴν λίμνην. V. 92, 7 τάς τ' ἐλευθέρας. IV. 80 σύ τ' ἐμοί. Et sic etiam III. 142 quod jam olim erat vulgatum αὐτῷ τ' ἐμοὶ καὶ τοῖσι ἀπ' ἐμεῦ revocandum esse judico pro eo, quod nunc vulgo editur αὐτῷ τέ μοι κ. τ. λ. — Sed I. 4 nunc recte vulgatur cum codd. M. V. S. Paris. omnibus. ἀπὸ τούτου αἰεὶ ἡγήσασθαι, sed edd. vett. τούτου τ' αἰεί, Steph. Marg. κἀπὸ τούτου. — In aliis autem permultis locis τε sine varietate plene scriptum reperitur, etiam ante ἂν I. 42 et II. 148. — Ex compositis cum τε alia, ut ἐπείτε, τότε, nunquam Herodotea in oratione apostrophum habent, alia saepius, alia denique raro et singulis tantum in locis. Ac saepius quidem οὔτε et μήτε: I. 97 οὔτ' ἔφη δικᾶν ἔτι. II. 41 οὔτ' ἀνήρ cf. et III. 81. 100. IV. 60. 114. 196. VI. 86, 4. VII. 3. 8, 1. 37. 101 bis. 115. 135 bis. VIII. 65. 75. IX. 18. 26. 100. 102. Et ante ἂν III. 21 bis. VI. 30. VII. 147. 158 bis. VIII. 53. 108. 125 bis. — Permultis autem aliis in locis οὔτε ante vocalem positum integrum manet. Eademque ratio est vocis μήτε, quae his in locis ultimam vocalem per apostrophum amisit II. 136 μήτ' αὐτῷ. μήτ' ἐν ἐκείνῳ. μήτ' ἐν ἄλλῳ. IV. 80 μήτ' ἐγώ. 104 μήτ' ἔχθεϊ. VI. 130 μήτ' ἕνα (μηδένα b. μηθένα F. cf. supra p. 32). VII. 125 μήτ' ἐπεπειρέατο. VIII. 111 μήτ' ἐπιδιώκειν. — II. 136 μήτ' ἄλλον μηδένα vulgat. μήτε Gaisf. II. 37 μήτ' ἄλλο μυσαρόν habet cod. S. sed nunc vulg. cum codd. M. K. F. Paris. μήτε ἄλλο μυσ. (μήτέ τι ἄλλο μυσ. Ald. al.). — Vocis εἴτε haec sola apostrophi exempla inveniuntur: II. 181 εἴτ' ἐπιθυμήσας. III. 121 εἴτ' ἐκ προνοίης. IV. 96 εἴτ' ἐστί*). — Praeterea εὖτ'

*) Ex Herod. VII. 239. Suid. s. v. καταχαίρων haec exhibet: Ἡρό-

ἂν II. 63. VI. 27 (et sic Stob. 41 p. 242 (Gesn.)) et VII. 193 εὖτ' ἐπὶ τὸ κῶας. ἔστ' ἂν III. 53. IV. 201. VII. 141. 158. VIII. 4. 61. 142. 143. 144. — Et ὥστε semel tantum apostrophum recepit III. 104. ὥστ' ἐν ὕδατι.

Particula γε tantum non ubique ante initialem vocalem plene scriptum invenitur, sic etiam ἔγωγε ἂν I. 42; sed tribus in locis ε suum per apostrophum amittit: III. 12 γ' εὐπετέως. V. 60 οὗτός γ' ἐστί. VII. 176 τοῦτό γ' ἐστί.

Et ἄρ' per apostrophum scripti duo inveniuntur exempla: IX. 27 ἄρ' οὐ. 48 ἄρ' ἦν. — Praeterea VII. 159 μέγ' οἰμώξειε omnes exhibent, et repetiit Eust. ad Il. p. 670 = 540. I. 111 Bekk. al. ediderunt πολλ' ἀπειλήσας, Gaisf. πολλὰ ἀπ., ut semper alibi πολλά plene scribitur. — Et quum constanter alibi τοῦτο, ταῦτα, hujuscemodi alia, ante vocalem subsequentis vocis non elidant ultimam vocalem, tamen III. 40 τοῦτ' ἦν omnibus in exemplaribus legitur, et IV. 62 καὶ τοῦτ' ἔστι. VII. 130 τοῦτ' ἄρα. II. 92 ταῦτ' ἐπεάν. — 147 ταῦτ' ἤδη. VII. 10, 5 Schaef. Gaisf. alii cum Stob. Serm. 22 p. 190 (Gesn.) ediderunt καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει, sed Ald. Bekk. alii τοιαῦτ' ἀποσκήπτει, quo in loco quum quid quisque cod. ms. praebuerit non sit adnotatum, difficile mihi esse videtur dijudicatu, utrum sit verius.

Pronomina autem personalia non patiuntur Herodotea in oratione apostrophum; quae enim verba, ut Herodotea, Ioh. Stob. 19 p. 171 (Gesn.) ex VII. 160 attulit οὐ μ' ἔπεισας, non genuinam reddunt scripturam, quamquam vulgo e cod. V. οὔ με ἔπεισας ediderunt, et cod. S. οὐκ ἔπεισας, quod ex οὐ μ' ἔπεισας ortum esse credas (cf. supra p. 58) exhibuit; sed Aldinae scriptura, a Bekkero summo jure revocata: οὔ με πείσεις sola est vera.

In verborum formis fere non nisi ante ἂν cernitur apud nostrum apostrophus: II. 16 γίνοιτ' ἄν. III. 38 δεξαίατ' ἂν (item Origen. ctr. Cels. V, p. 254). — 51 ἀνηλαύνετ' ἄν. IV. 143 βούλοιτ' ἄν. VI. 108 γένοιτ' ἄν, item VIII. 101. — VII. 49 μέμφοιτ' ἂν (item Stob. 52 p. 364). — 103 ὀρθοῖτ' ἂν et γενοίατ' ἄν. Quamquam eadem cum constantia et ἔχοιμ' ἂν V. 72 et ἔχ' ἥσυχος VIII. 65 scripta exstant.

Haec autem omnia sunt apostrophi exempla apud nostrum obvia. Sed alius etiam elisionis usus est intra unius vocabuli fines, cujus exempla partim sunt, partim non sunt Herodotea. Herodotea sunt ἀμβώσας I. 8. VII. 18. ἀμβώσαντες III. 38. ἀμβολάδην IV. 181 (ut Il. φ' 364). ἄμπωτις II. 11 (ἄμποτις S.).

δοτος· πάρεστι δ' εἰκάζειν εἴτ' εὐνοίῃ ταῦτα ἐποίησε εἴτε καὶ καταχαίρων. Sed nostra Herodotea exemplaria et δὲ et εἴτε plene et explicate scripta praebent.

VII. 198. VIII. 129 cf. Lob. Phryn. p. 340. — I. 181 ἀμπαυστήριοι et ἀμπαύονται. — 182 ἀμπαύεσθαι nunc vulg. sed codd. M. K. F. a. c. praebent ἀναπαύεσθαι; ut I. 12 omnes ἀναπαυομένου et II. 95 ἀναπαύεται. II. 2 δύο νεογνά vulgat., sed Pollux II, p. 69, 25 (Seber.) νεόγονα hic reperisse videtur, non Herodoteum (ἄμεινον δ' αὐτοῦ τὸ παρ' Ἡροδότῳ νεόγονον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο Ἰωνικόν) cf. Schol. Aristoph. Nub. 397. Hym. Hom. in Cer. 141. in Merc. 406. — Et Pollux ipse νεογνόν in fine illius articuli attulit. — Ἔπιπλα I. 150. 164. III. 135. VI. 23. VII. 119; sed semel eadem cum constantia ἐπίπλοα I. 94. cf. Poll. X, p. 458, 22 (Seb.) Ἡρόδοτος δὲ αὐτὰ ἐπίπλοα εἴρηκεν. Ἰσαῖος δὲ κατὰ τὴν ἑνικὴν χρῆσιν, ἐπίπλοον εἶπε. cf. Suid. s. v. ἔπιπλα. — I. 133 στέγαρχος libri Herod.; sed Athen. IV, 144 B. exhibet στεγέαρχος, quod nostris lexicis immerito, ut equidem puto, vulgo deest. — III. 157 στρατάρχης vulgat. cum S. V. et forte Paris. (et sic VIII. 44 omnes στρατάρχεω) sed codd. M. P. K. F. praebent στρατιάρχης. — De μυγαλέας II. 67, pro quo alii μυογαλέας dicere maluerunt, et quocum pugnant ἰχθυοφάγοι et similia, constanter sic scribenda apud nostrum, vide Piers. Moer. s. v. Nam IX. 120 nunc vulgata cum codd. M. P. K. F. a. c. d. scriptura ἰχθύες νεοάλωτοι sola est vera, ac rejicienda, quam retinuerunt Ald. al. cum S. b. et Eust. Od. 1728 νεάλωτοι. — IV. 46 φερέοικοι recte vulgat. sed codd. S. V. φέροικοι (cf. Lob. Phryn. p. 767 sq.). De πενταέτης ac similibus vide infra in libro tertio de nominibus numeralibus sub finem. — Jam dudum est, quum Portus (lex. Ion. s. v.) Herodoteo in loco I. 159 pro vulgato νενοσσευμένα censuerat legendum esse νενεοσσευμένα; sed adhuc retinetur illud omnibus nostris in editionibus, quamquam hoc etiam Phrynichi quodam praecepto defendi potest (cf. Lob. ad Phrynich. p. 206 sq. cujus exemplis et alia et hoc Polyaeni addas: Strat. IV, 3, 32 νεοσσοὶ χηνῶν ἑκατόν. cf. et Maitt. (Sturz.) p. 11. —), cui convenienter apud nostrum II. 68 νεοσσός vulgatum est, et III. 111 νεοσσιάς bis, et νεοσσιέων (ubi quidem cod. S. νεοσσῶν. cod. V. νεοσσιῶν. Ald. νοσσιέων male). Quare haud dubito quin isto in loco νενεοσσευμένα rectum Herodoteumque sit. — Neque etiam Herodoteum est περείη codicis S. III. 74 pro vulgato περιείη; neque Παρποταμίους ejusdem codicis VIII. 33 bis, pro vulgato Παραποταμίους bis; neque ἐπαντεῖλαι, quod Gaisf. alii II. 142 male in ordinem receperunt, quum non solum hoc in loco cod. b. (quem et Bekkerus et alii merito sunt secuti) recte ἐπανατεῖλαι praebuerit, sed in aliis etiam multis ἀνατέλλειν et ἀνατεῖλαι sine varietate recte scripta exstent, veluti II. 142 τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι (cf. Thom. Mag. p. 147, 10 Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ· τετράκις ἔλεγον ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι). IV. 40. 45. 52. III. 84. VII. 223. Quare jure ac merito plerique editores recentiores ἀνατέλλει II. 142 (καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει) cum codd. M. P. K. S. V. F. Paris. receperunt pro eo, quod edd. vett. et

Schaef. exhibent ἀντέλλει*). — In Bekk. Anecd. p. 462 haec leguntur: Αὐθέκαστα, αὐτὰ τὰ γενόμενα — Ἡρόδοτος δὲ διαλύων φησὶν Αὐτὰ ἕκαστα, οἷον αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Et sic recte nunc quidem cum codd. M. P. K. F. b. vulgatum est apud nostrum V. 13 αὐτὰ ἕκαστα, pro quo Ald. al. cum codd. S. V. a. c. d. male ταῦτα ἕκαστα praebuerunt.

*) De poeticis formis ἀντολή et ἀντέλλω in tragicorum li ris vide Thiersch. gr. gr. p. 429 (ed. tert.) Buttm. gr. gr. II, p. 374.

LIBER TERTIUS.

Declinatio prima Herodotea.

Primae declinationis genitivum singularem nominum in ῆς exeuntium Herodotus constanter per έω format, ut genitivum pluralem omnium nominum per έων; quam formationem ex antiquioribus ac poeticis terminationibus in άο et άων natam esse satis est notum. Sed ut haec poetica e genuino Herodoteo sermone secludenda est, sic et vulgares in ου et ῶν ejiciendas esse censeo*). I. 160 Bekk. recte κριθέων; vulgo κριθῶν. II. 36 κριθέων vulg. κριθῶν S. I. 147 ἀπ' Ἀθηνέων Schaef. Bekk. Ἀθηνῶν vulgo. cf. et Var. Lectt. ad I. 31. 46. 61. 80. 129. 179. 180. 194. 202. 206. III. 25. 26. 155. IV. 195. V. 82. 92, 3. VII. 35. 118; quibus omnibus in locis terminatio in έων nunc recte est praelata. Praeterea IV. 8 Γηρυόνεω nunc recte vulgat. pro quo codd. S. V. male Γηρυόναο exhibuerunt. — III. 102 βορέω nunc vulg. βορέου F. IV. 51 βορέω vulg. βορέου S. — VII. 26 Μαρσύεω recte vulg. Μαρσύου P. K. F. IV. 15 Ἀριστέω recte vulg. Ἀριστέου F. Vide et Var. Lectt. ad I. 61. III. 115. IV. 36. VII. 204. — Sed VI. 101 et VIII. 11 omnibus in libris adhuc male retinentur genitivi Κυνέου et Αἰσχρέου, qui quum haud dubie a nominativis Κυνέης et Αἰσχρέης fluxerint (cf. Valck. ad Herod. VIII. 11, ubi ille similia Attica nomina Χαιρέας, Δημέας, Ταυρέας composuit; Sinten. ad Plut. Themist. p. 105 de Αἰσχρέας· Paus. VII, 415 (Sylb.) Κυνέου a Κυνέας. Etymol. Mag. p. 752, 13 s. v. φιλτέας. Pape, lex. nom. pr. Graecor. p. 4.), sine haesitatione in Herodo-

---

*) cf. Eust. Hom. p. 12, 40 Πᾶν εἰς ης λῆγον, οὗ ἡ γενικὴ εἰς ου περατοῦται, παρὰ τῆς Ἰάδος εἰς εω λήγει. cf. et Grammat. apud Maitt. p. 138 (ed. Sturz.).

teas formas *Κυνέω* et *Αἰσχρέω* mutandi sunt. Quum enim e lege quadam, etiam ultra declinationes patente, nunquam duo εε ante ω vel ο collocari liceat, etiam in genitivis illis Ionicis in εω et εων, si ex ipsis nominativis alterum etiam ε antecesserit, ut in nominibus *Αἰσχρέας*, *Κυνέας*, illud ε ex terminatione eliditur; sed valde animadvertendum cavendumque est, ne forte haec regula etiam ad alias vocales aut diphthongos transferatur; si enim aliae litterae quam duo εε antecesserunt, aut aliae quam ω vel ο sequuntur, nihil illa valet; sic dixit Herodotus *νεηνίεω* III. 53. VII. 99. *Γορδίεω* I. 14. 35. VIII. 138. *Ἱππίεω* I. 61. II. 169 bis. 172. V. 55. 62. *Δοξίεω* I. 91. *Ἀπρίεω* II. 169 bis. 172. III. 1 bis. 2. *Ἀρχίεω* III. 55 bis (et sic Greg. Cor. de d. Ion. § 6). *Ἀσίεω* IV. 45. *Καλλίεω* V. 45. *Τισίεω* VI. 133 (ubi quidem codd. S. V. (Vall.) male *Τίσεω* praebent). *Λυδίεω* VII. 127. *Σπερθίεω* VII. 137 bis. *Μεγιστίεω* VII. 228. *Παυσανίεω* VIII. 3. IX. 10. 12. 13. 28. 55. 62. 69. 101. — *Πρωτοθύεω* I. 103. *Μαρσύεω* VII. 26 (*Μαρσύου* male P. K. F.). *Πακτύεω* I. 158. *Γωβρύεω* III. 78. IV. 132. VI. 43. VII. 2. 5. 7. 82. 97. IX. 41. — *Κώεω* V. 11. *Ἀρταχαίεω* VII. 117. *Ἀλεύεω* VII. 130. IX. 58. Eodemque modo genitivi plurales formantur: *νεηνιέων* I. 31. 61. VI. 27. *κασιγνιέων* I. 94. *ἐπωνυμιέων* II. 17. *ἱστιέων* I. 176. *οἰκιέων* I. 180. *ὀργυιέων* II. 28. 138. 149. 155. IV. 41. 86 ter. *θυσιέων* II. 124. *χειρωναξιέων* II. 167. *λιθοτομιέων* II. 175. *Αἰγυπτιέων* II. 55, sic recte codd. S. V. P. K. F. cf. Theon. Prog. p. 90. *Αἰγυπτίων* vulgo male; nam IV. 181 sine varietate *Αἰγυπτιέων*. — *νεοσσιέων* III. 111. *ἐσχατιέων* III. 115. *ναυμαχιέων* VIII. 22. *κουριδιέων γυναικῶν* VI. 138, sic P. K. F. *κουριδίων* S. a. — *ἐτησιέων* VI. 140 et VII. 168, quo quidem posteriore in loco codd. S. P. (cum Eust.) *ἐτησίων* male exhibent. *ἀντιέων* VII. 10, 1. *ἀποικιέων* IX. 106. *δημοσιέων* VI. 57. *ἐπιχωριέων* V. 88. *Πλαταιέων* IX. 39. *ποιέων* IV. 58. *ῥοιέων* IV. 143. *ἐλαιέων* IV. 195. V. 82. *Μινυέων* IV. 145. 146. — *τετρακοσιέων* VII. 190. *διηκοσιέων καὶ χιλιέων* VII. 184 et I. 32 *διηκοσιέων καὶ ἑξακισχιλιέων* (sic cod. M.) *καὶ δισμυριέων*, ubi vulgo *διηκοσίων καὶ ἑξακισχιλίων καὶ δισμυρίων* male scribitur, sed jam Bekk. illam veram scripturam nostro restituit. Sic et VI. 92 *ἀπὸ Σικυωνιέων νεῶν* scribi oportebat pro vulgato, ab omnibus male retento, *Σικυωνίων*; et II. 15 pro vulgato *ταριχειῶν Πηλουσιακῶν*, *Ταριχηΐων Πηλουσιακέων*, ut II. 113 *ἐς Ταριχηΐας* pro *Ταριχείας*. cf. supra p. 184. — IV. 120 in his vulgatis verbis *τὰς δὲ δύο τῶν βασιληΐων* est pro *βασιληΐων* id, quod Schweigh. jam conjecerat, *βασιληϊέων* reponendum, ut ibidem paulo supra *μία μοῖρα τῆς βασιληΐης* dictum erat. — Sed alterum ε elidendum est, ut in nominibus *Κυνέω* et *Αἰσχρέω*, sic in his aliis apud Herodotum obviis: *Ἀριστέω* IV. 14 quater (item Origen. ctr. Cels. III, 126). *Ἀνδρέω* VI. 126. *Πυθέω* VII. 137. 181. IX. 78. *βορέω* I. 109. II. 26. 121 III. 102. IV. 37. 40. 51. 53. 54. 121. 197. V. 9. VII. 113. 129. 189 (cf. Eust. ad Il.

ξ' 994 = 989 τὸ δὲ Βορέω Ἰωνικόν ἐστι, συγκοπὲν ἐκ τοῦ Βορέεω, καθάπερ καὶ τὸ Ἑρμείω, quod ad Homericam etiam dictionem pertinere patet, quo et trahas Philemonis dictum (cf. Lob. Paralipp. I, § 6 p. 25) propter κακοφωνίαν legitimas formas δέιος, σπέεος a poeta rejectas esse.). Ἑρμέω Herod. II. 51. 56. 138. 145. V. 7. — Huc pertinent et genitivi plurales: θηλέων (ex θηλείων ortum) II. 66, sic nunc recte cum S. V. F. Olim cum a. male θηλεῶν; item II. 93; sed vide III. 85. 105. IV. 2. 186. κεδέων χρυσέων III. 130. Ἡρακλέων στηλέων II. 33. IV. 8. 42. 185. 196; neque audiendi sunt, qui istis in locis Ἡρακληΐων praetulerunt; tum enim Herodoto Ἡρακληϊέων dicendum erat. cf. supra p. 157. — At corrigendum est quod VI. 98 omnes male retinuerunt τουτέων γενεέων, et in γενεῶν mutandum, quod II. 142 edd. vett. recte praebuerunt pro γενεέων nunc male vulgato cum codd. M. P. K. F. S. V. Paris. Primum enim duo εε ante ω nullo modo apud nostrum ferenda sunt; tum his in genitivis accentum, quippe quem vox γενεή statim a nominativo omnes per casus in finali syllaba retineat, retrahi non licuit. Sic dixit Herodotus τῶν ἀδελφεῶν III. 31. V. 80, ab ἀδελφεή. Sed vulgatum Μαλεῶν I. 82 a Μαλέαι (quod promontorium IV. 179 et VII. 168 Μαλέη dictum est cf. Steph. Byz. s. v. Eust. ad D. P. vs. 66. Suid. s. v. Μαλέας Μαλέαν) in Μαλέων est mutandum. — Et γεῶν IV. 198, sic perispomenon male scribitur pro vero γέων, qui genitivus ab Herodoto, quamquam singulari in numero constanter contracta forma γῆ usus est, ex Ionum more a non contracto γέαι dictus est, cujus accusativum γέας Democritus (ap. Clem. Alex. Strom. I, p. 304 A.) usurpavit, cf. et Pindari (Olymp. XIII, 81. Boeckh.) Γεαόχῳ, et Herodian. περὶ μον. λεξ. p. 7 (Dind.) οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι καὶ ἡ γᾶς εἴρηται καὶ γέα καὶ γαῖα καὶ αἶα. — Sic dixit noster III. 131 μνέων a μνέη, μνέαι (VI. 79) et I. 193 συκέων, ubi quidem codd. S. b. d. male συκῶν, et Athenaei Mss. (XIV, p. 651 C.) συκεῶν praebuerunt. IV. 189 αἰγέων. Quae enim primae declinationis nomina vulgo statim a nominativo contracte declinantur, ea omnia (voce γῆ excepta) apud Herodotum omnes per casus non contrahuntur; quamvis hic illic codices editionesque in diversa abeant. βορέης II. 26 bis. βορέη V. 33. VI. 139. βορέην I. 72. II. 28. 99. 148. κυνέας II. 151. VII. 77. κυνέην I. 84. II. 151 bis. συκέη et συκέην I. 193. συκέην IV. 23. — ἀμφιδέας II. 69 (a nominativo ἀμφιδέη cf. Schweigh. lex. Herod. s. v.). μνέαι II. 168 bis. VI. 79. μνέας II. 149. 180. III. 13. 89. κυνέην II. 152. 162. κυνέας VII. 78. 89. αἰγέας IV. 189. παρδαλέας VII. 69 et λεοντέας. VII. 75 ἀλωπεκέας.

Has omnes formas quum nulla scripturae varietas nullaque editionum diversitas, quin verae Herodoteaeque sint, in dubium vocaverint, eo facilius ea exempla, quae huic normae obnituntur, corrigi poterunt, praesertim quum raro omnium librorum consensu muniantur. Sic II. 101 πρὸς βορῆν ἄνεμον edd. et codd. P. F.

b. c. d. sed cod. S. veram scripturam βορέην exhibet. — 149 πρὸς βορέην Bekk. al. recte, Gaisf. male cum S. V. βορῆν. III. 97 βορῆν vulgat. βορέην S. — 115 βορέην F. a. βορῆν male vulg. cum S. V. IV. 21 βορέην Bekk. al. βορῆν Gaisf. al. cum S. — 7 βορέην F. a. alii. βορῆν S. V. — 17 βορέην S. al. βορῆν male vulg. cum V. — 20 βορέην F. et vulgo. βορῆν male Gaisf. Bekk. cum S. V. — 25 βορέην alii, alii βορῆν cum S. V., item 38. — 45 βορῆν male K. βορέην reliqui. — 49 ῥέοντες πρὸς βορῆν ἄνεμον nunc vulg. cum S. V. K. P. sed edd. vett. recte βορέην. — ῥέων πρὸς βορῆν ἄνεμον nunc male cum K. S. βορέην edd. vett. — πρὸς βορῆν ῥέοντες nunc male cum codd., ubi ex edd. vett. verum βορέην recipiendum erat. — 116 βορῆν male S. V. K. P. βορέην alii. — 179 βορῆν Gaisf. al. male cum K., sed βορέην S., ubi quidem cod. F. Attice βορᾶν praebuit, cujus scriba, non plane indoctus (cf. Struv. Spec. II, p. 7), quum recte vidisset, aut βορέας vel βορᾶς (Popp. ad Xenoph. Anab. V, 7, 7) aut βορέης dicendum, nulloque in usu contractam formam βορῆς, βορῆν esse, in eo tantum erravit, quod formam Atticis aliisque relinquendam nostro scriptori obtrusit. — VII. 189 βορέης ἐπέπεσε recte codd. S. V. pro βορῆς male vulgato. IV. 18 πρὸς βορέην edd. vett. nunc male βορῆν. Ut his igitur in locis, ubi jam unus aut alter liber veram scripturam exhibuit, hanc alteri praeferendam esse censemus, sic iis in locis, ubi ne in uno quidem libro genuina retinetur forma, tamen hanc restituere haud dubitabimus. Sic I. 6 ubi omnes πρὸς βορῆν ἄνεμον praebent (Dionys. T. V, p. 26 Reisk. πρὸς βορέαν et Schol. Hermog. p. 385. πρὸς βορέην ἐκδιδοῖ Max. Tyr. 28 p. 385), βορέην reponi velim, item I. 174. IV. 22. 31. VII. 201. Et VI. 44 βορέης ἄνεμος pro βορῆς male vulgato, et VII. 189 Βορέην quater pro Βορῆν, et eodem capite pro vulgato Βορῆς ἔχει γυναῖκα Ἀττικήν, Βορέης. Ac similiter V. 7 Ἑρμέην pro Ἑρμῆν male vulgato; κυνέῃ Κορινθίῃ IV. 180 pro vulgato κυνῇ, et τὴν λεοντέην IV. 8 pro vulgato λεοντῆν; et γαλέαι IV. 192 pro vulgato γαλαῖ, quod Atticum est cf. Th. Mag. p. 77 (Ritschel) γαλῆ Ἀττικὸν, οὐ γαλέα. Eust. ad Il. γ′ p. 374. — Praeterea τὰς μυγαλέας II. 67, ubi alii cum cod. a. male μυγαλᾶς Attice scribunt (cf. Piers. Moer. s. v.) alii (et Gaisf.) aeque rejiciendum μυγαλάς; cod. F. μυγάλας. cf. Lob. Paralipp. p. 378. Suid. s. v. Bast. epist. crit. p. 169. — Etiam Nicander Ther. 816 habet μυγαλέη. Sed Anaxandrides (ap. Athen. VII, p. 300 A.) ἐν πόλεσι· Δύναται παρ᾽ ὑμῖν μυγαλῆ, παρ᾽ ἐμοὶ δέ γ᾽ οὔ. — ἀμφιδέας II. 69 omnes recte scriptum exhibent a rect. ἀμφιδέαι cf. praeter Schweigh. l. l. etiam Casaubon. Animadverss. ad Athen. IV, 27 (Pars III, p. 404 ed. Schaef.). Lob. Paralipp. p. 236. Interppr. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 523. Suid. s. v.

Hac igitur nominum declinatione considerata, ejusque genuina restituta forma, ad genitivos, unde digressi sumus, considerandos revertamur. Quum enim omnia ad hanc primam declinationem per-

tinentia nomina genitivum pluralem in $\overline{\varepsilon\omega\nu}$ declinent, eundemque etiam ante diphthongos et vocales (excepta $\bar{\varepsilon}$) servandum esse modo viderimus, neque ferendum si quid huic legi contrarium in Herodoteam orationem irrepserit, eo minus, puto, ea sunt ferenda vitia, quae in nominibus et adjectivis et participiis, nullam vocalem aut diphthongum ante terminationem $\overline{\varepsilon\omega\nu}$ habentibus, commissa sunt. Sed sine varietate haec apud nostrum leguntur: I. 4 *ἁρπασθεισέων* bis. I. 32 *ἐουσέων* (item Stob. Serm. 103 p. 564). — II. 175. V. 80. VI. 46. VII. 138. 149. 184. 187. VIII. 71. *παρεουσέων* I. 11. IX. 76. *διαφθαρεισέων* I. 167. *προδουσέων* II. 131. *παρεξελθουσέων* III. 14. *ἐχουσέων* 52. *μουνωθεισέων* IV. 113. *φυλασσομενέων* V. 35. *συμπλευσασέων* 37. *λεχθεισέων* VII. 10, 1 bis. *κατελκυσθεισέων* 100. *ὁμουρεουσέων* 123. *φρονεουσέων* 172. *συλλεχθεισέων* VIII. 2. *ταρασσομενέων νεῶν καὶ περιπιπτουσέων* 16. *φανεισέων* IX. 34. *καταδεουσέων* 70. — Variatur autem I. 4 *ἁρπαζομενέων* Bekk. alii, sed *ἁρπαζομένων* b. c. d. e. et vulgo. — II. 76 *τῶν μαχομενέων* (scil. *ἰβίων*) vulgo cum S. V. R. *μαχομένων* Gaisf. P. M. F. III. 113 *ἀνατριβομενέων* nunc recte vulg. cum F. S. Olim *ἀνατριβομένων*. V. 18 *πειθομενέων γυναικῶν* vulg. *πειθομένων* male S. — 124 *ἁλισκομενέων* M. P. K. F. Alii cum S. *ἁλισκομένων*. VII. 16, 1 *γνωμέων δύο προκειμενέων* nunc vulg. cum M. P. K. Alii cum F. S. *προκειμένων*. Ibidem *τοιουτέων προκειμενέων γνωμέων* Bekk. alii cum F. P. *τουτέων προκειμένων γνωμέων* S. Ald. alii. — Quibus in exemplis haud dubie cum Bekkero aliisque genuinam formam in $\overline{\varepsilon\omega\nu}$ praeferemus, eandemque in iis restituendam esse judico, quae adhuc omnibus in libris mendose scripta exstant: I. 123 *τῶν ὁδῶν φυλασσομενέων* restituendum est pro vulgato *φυλασσομένων*. II. 76 *εἱλευμενέων* (scil. *ἰβίων*) pro *εἱλευμένων*. III. 68 *συγκατημενέων γυναικῶν* pro vulgato *συγκατημένων*. 107 *τῶν οἰκεομενέων χωρέων* pro *οἰκεομένων*. Sed *ἐσχάτη τῶν οἰκεομένων* III. 106. 114 pro neutro haberi potest, quamquam in singulari numero *οἰκεομένης* (ut III. 106 et alibi) usurpari solet. Verum *οἰκημένων* I. 151 in his vulgatis verbis *αὗται μέν νυν αἱ ἠπειρώτιδες Αἰολίδες πόλιες ἔξω τῶν ἐν τῇ Ἴδῃ οἰκημένων, κεχωρίδαται γὰρ αὗται.* — haud dubie in *οἰκημενέων* est mutandum; ut praeterea IV. 136 *τετμημένων τῶν ὁδῶν* in *τετμημενέων*. VII. 185 *τῶν νήσων τῶν ἐπικειμένων* in *ἐπικειμενέων*. 235 *ἄλλας τῶν γενομένων* (scil. *μαχέων*) in *γενομενέων*. VIII. 49 *ἀπὸ τῶν εἰρημένων πολίων* in *εἰρημενέων*, ut II. 187 *τασσομένων πολίων* in *τασσομενέων*.

Eadem ratio est adjectivorum, eademque iis dijudicatio adhibenda. Et exempla omnibus in libris emendate scripta haec habes: *πασέων* I. 8 bis. 94. 181. 196. II. 35. 143. 181. III. 107. 139. IV. 46. 58. VI. 8. 39. 64. VII. 96. *ἁπασέων* I. 32 (item Stob. Serm. 103 p. 564). I. 133 (item Athen. IV, p. 143 F.). 193. II. 157. IX. 64. — *πλίνθων ὀπτέων* I. 180. *πολλέων* II. 28. VIII. 71. *μελαινέων* II. 76. *ὑψηλέων* II. 137. *Μηδικέων* III. 136.

τῶν λοιπέων V. 97. VIII. 49. μεγαλέων VI. 46. ἐσχατέων χωρέων VIII. 47. ἀλληλέων IV. 113. VI. 12. 111. ἀλλέων IV. 182. 183. 184 (ἀπὸ δὲ Γαραμάντων δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων). ὁκοσέων V. 50. τοιουτέων γνωμέων VII. 16, 1 (alii τουτέων). τοσουτέων μυριάδων VII. 187 (sic Bekk. alii recte cum F. S. sed Wessel. cum K. male τοσαυτέων). αὐτέων I. 32 (ἡ ἑτέρη αὐτέων, sic et Stob. 103 p. 564). 150 σφέων αὐτέων. 187. 199. II. 54. 55. 56. 86 (σπουδαιοτάτην αὐτέων, sic et Athenagor. πρεσβ. περὶ Χριστ. p. 36 (Steph.)). 131 bis. 136. 148. III. 122. 130. 111 ἕκας αὐτέων (νεοσσιέων). IV. 35. 36. 43. 81. 111. 146. 172. V. 5. 20. 87 bis. 97. 101. VI. 15. 34. VII. 121 (τὸ μέσον αὐτέων). 184. — τουτέων I. 209 (καὶ τουτέων et καὶ τουτέων τῇ μὲν κ. τ. λ.). II. 7 τῶν ὁδῶν τουτέων. II. 22 54. 86. 98 (τουτέων (scil. πολίων) δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα, item τουτέων Steph. Byz. s. v. Ἄνθυλλα). 124. III. 22. 31. IV. 7. 81. 86. 148. 185. 189. V. 20. 30 bis. 80. 82. 88. 101. 125. VI. 8. 14. 45. 98. 103. 138. VII. 122. 123. 154. 184. 185. 194. 195. VIII. 83. IX. 114. — Sed variant libri his in locis I. 94 τῶν ἀλλέων παιγνιέων nunc recte vulg. cum M. V. K. F. P. d. τῶν ἀλέων S. b. ἄλλων Ald. c. II. 19 τροπέων τῶν θερινέων bis edd. et codd. M. K. F. Paris. θερινῶν male S. IV. 111 ἐκεινέων (Ἀμαζόνων) vulgat. ἐκεινῶν S. — 184 μετὰ δὲ δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων vulgat. ἄλλων S. VI. 68 μετὰ πολλέων vulg. πολλῶν S. — 138 Ἀττικέων γυναικῶν edd. et plerique Mss. Ἀττικῶν S. VIII. 7 νεῶν ἀπασέων et λοιπέων νεῶν edd. et plerique Mss., sed cod. S. male νηῶν πασῶν et λοιπῶν νηῶν. I. 196 εἴ τις αὐτέων edd. et cod. F. recte; αὐτῶν S. d. a. αὐτῆς b. II. 54 καὶ τὴν μὲν αὐτέων edd. recte, αὐτῶν F. — 55 τὴν μὲν αὐτέων edd. αὐτῶν F., qui idem cod. F. in eandem vulgarem formam aberravit III. 108. 113. IV. 42, ut cod. S. IV. 90. 113. 117. 135. VII. 121. — I. 32 τουτέων τῶν ἀπασέων Gaisf. Bekk. alii cum codd. M. F. a. c. et Stob. 103 p. 564, sed alii male τούτων. — 138 λαμβανόμενον ὑπὸ τουτέων (scil. ὑπὸ λέπρης ἢ λεύκης) sic recte Reiz. Bekk. al. τούτων Gaisf. al. II. 19 τουτέων τῶν ἡμερέων edd. τούτων F. — 178 τουτέων (scil. πολίων) μέν ἐστι τοῦτο τὸ τέμενος Bekk. alii, sed Gaisf. al. cum S. τούτων (quod quidem haud negari potest aeque rectum esse posse, si τούτων non ad formam vocis πολίων, sed ad subaudiendum πολιητέων retuleris)*). — Sed I. 16 his in vulgatis verbis: ἐς Κλαζομενὰς ἐσέβαλε. ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξεν, τούτων non sollicitandum esse censeo, et πολιήτας subaudiendos cf. Popp. Thucyd. Vol. I, p. 102 sq. — De loco IV. 114 vide infra in capite hujus libri de declinatione secunda Herodotea. — Verum III. 111

*) Vide et Var. Lectt. ad III. 147 159. V. 10. ὑπὸ τουτέων (scil. μελισσέων) edd. τούτων S. — Haec forma τουτέων cum epica quadam ac dorica τάων, τᾶν, componenda esse videtur, atque cum dorico ταύταν τᾶν φυσίων. cf. Lob. ad Buttm. II, p. 336.

in vulgatis verbis *καταπετομένας αὐτῶν* (scil. *νεοσσιέων*) *αὐτῶν* in *αὐτέων* mutari velim; ut I. 133 in vulgatis verbis *πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων* (scil. *ἡμερέων*) pro *ἄλλων*, quamquam etiam ab Athen. IV. 143 hoc ex loco repetitum est, *ἀλλέων* reponi. Praeterea I. 170 male vulgatum est nulla variet. enotata *καὶ ἄρχοντας ἄλλων* pro *ἀλλέων* (*νήσων*) VII. 191 *τῶν ἄλλων Νηρηΐδων* pro *ἀλλέων*. IX. 115 *τῶν ἄλλων περιοικίδων* pro *ἀλλέων*. — VIII. 98 *ὅσων ἡμερέων* pro *ὁσέων*. IX. 70 *τῶν λοιπῶν* (scil. *μυριάδων*) pro *λοιπέων*. — II. 15 *Πηλουσιακῶν Ταριχ.* pro *Πηλουσιακέων*. — 17 *ἀμφοτέρων τῶν ἐπωνυμιέων* pro *ἀμφοτερέων*. — 137 *ἑτέρων τασσομένων πολίων* pro *ἑτερέων τασσομενέων πολίων*. IV. 114 *ὑμετερῶν γυναικῶν* pro *ὑμετερέων*. VIII. 16 *ὑπὸ νεῶν ὀλίγων* et IX. 45 *ὀλίγων ἡμερέων* pro *ὀλιγέων*. VI. 15 *τῶν σφετέρων νεῶν* et VII. 118 *πολίων τῶν σφετέρων* et IX. 106 *τῶν σφετέρων ἀποικιέων* pro *σφετερέων*. — Quibus in adjectivis et participiis barytonis in *ος*, *η*, *ον* exeuntibus, quum omnium primae declinationis nominum terminatio genitivi pluralis apud Herodotum in *εων* exeat, illud praeceptum, in Atticis quidem aliisque scriptis probatum, ex quo illa foeminina accentum genitivi pluralis ad similitudinem masculinorum secundae declinationis retrahant, nihil valere posse, nemo est quin intelligat.

Sed nonnullis in nominibus, in *ης* exeuntibus, incertum videtur, utrum secundum primam, an secundum tertiam flectenda sint declinationem, quum eorum genitivus singularis non solum ex Herodoteo more in *εω*, sed etiam in *εος* terminatus inveniatur. Quae varietas quamquam propter tantam harum terminationum similitudinem, propter tam insignem multis in locis jam deprehensam scribarum neglligentiam, nihil nos morari posse videatur, tamen quum aliorum etiam in scriptis, aliisque in casibus ea reperiatur, non tam leviter nobis attingenda est. Huc aliud accedit. Accusativum singularem nominum in *ης* primae declinationis Herodotus non semper in *ην*, sed saepissime, et maxime in nominibus propriis, in *εα* formavit *), unde magna et similitudo et confusio cum accusativo tertiae declinationis, aeque non contracte ab Herodoto usurpato, orta est; quin etiam absurdae illae accusativi pluralis formae *δεσποτέας* vel *δεσπότεας*, *διφθερέας* etc., hic illic in Herodoteis libris obviae, partim ex hac confusione, partim ex pravo quodam Ionismi studio natae esse videntur. Ex appellativis enim nominibus in *ης* primae declinationis haec tria tantum *δεσπότης*, *κυβερνήτης*, *ἀκινάκης*, accusativum singularem apud Herodotum in *εα* flectunt. Sic I. 11 *δεσπότεα* bis. I. 91. IV. 43. III. 1 *δεσπότεα* vulgat., ubi quidem cod.

*) Quam mutationem etiam in quibusdam verborum formationibus e lege quadam Ionica recurrere, notum est, cf. infra in libro quarto sub II. et V. Sed id, ut certissimum, mihi observasse videor, nunquam hanc Ionicam Herodoteamque accusativi primae declinationis terminationem in *εα* ante vocalem aut diphthongum inveniri; id quod et recensus nominum, mox exhibendus, satis superque confirmabit.

S. immerito vulgare δεσπότην praetulit, qui idem cod. VII. 88 idem praebuit pro vulgat. δεσπότεα. Sed δεσπότην omnes exhibent I. 212. III. 134. IV. 136. I. 118 δωρήσασθαι τὸν κυβερνήτεα, et eod. cap. paulo supra εἴρεσθαι τὸν κυβερνήτεα vulg. κυβερνήτην F. f. κυβερνίτην P. — ἀκινάκεα III. 118. IV. 70. (-κην F. S. a.) IX. 107. (-κην F. S.) — Omnes autem ἀκινάκην VII. 54. — Sed accusativi pluralis forma ἀκινάκεας tam perversa est, ut jure mireris, qui factum sit, ut in recentioribus etiam editionibus servata sit: III. 128 ἀκινάκεας Gaisf. et vulgo, sed ἀκινάκας recte F. a. Bekk. VII. 67. ἀκινάκεας Gaisf. al. ἀκινάκας P. K. F. a. Bekk. IX. 80 ἀκινάκεας Wessel. Gaisf. al. cum S. ἀκινάκας Bekk. et vulgo. Quam primam hujus vocis declinationem non alii solum Ionici scriptores usu confirmant, sed alii omnino omnes Graeci, cf. Plat. Remp. VIII, p. 553. C. (Stallb.) ἀκινάκας. Xenoph. Cyrop. VII. 3, 14 (Popp.) ἀκινάκην et 15 ἀκινάκας. Xenoph. Anab. I, 2, 27. I, 8, 29 et alibi saepius in Xenophontis scriptis. Lucian. I, p. 648 ἀνικάκου. II, p. 418 ἀκινάκην et Plut. de superst. c. 8. ἀκινάκῃ Paus. III, 17, p. 99. (cf. Maitt. (Sturz.) p. 34 sq.) Etiam lexicographi et grammatici veteres, quamquam saepius hoc in Persico verbo et telo explicando versati sunt (ut Suid. s. v. Pollux. I, 138. Timaeus in Glossis, s. v.) tamen nihil de transitu in tertiam declinationem monuerunt. Quare non solum IV. 62 codicibus P. K. S. F. ἀκινάκῃ scriptum exhibentibus pro ἀκινάκεϊ male vulgato obsequar, quam eandem formam ἀκινάκῃ VIII. 120 omnes tuentur libri, sed etiam vel invitis omnibus codd. Mss. pro vulgato ἀκινάκεος IV. 62 reponam unice verum ἀκινάκεω. — Similiter temere invectum est δεσπότεας I. 111 (vulgo) pro genuino δεσπότας, quod Bekk. al. cum codd. M. K. S. F. a. d. nostro restituerunt. I. 112 δεσπότεας Ald. al. cum R. V., sed Bekk. al. cum S. M. K. F. c. d. recte δεσπότας; quod I. 129 omnes sine variet. praebuerant. — Nec minus autem rejicienda est scriptura codicis d. διφθερέας στεγαστρίδας I. 194 praebentis pro vulgata διφθέρας, quae unice vera eod. cap. paulo infra sine variet. recurrit διφθέρας ἐπισάξαντες. et V. 58 bis. — Idem statuendum est de prava vulgataque forma ἐξηγητέας I. 78, pro qua Bekk. recte ἐξηγητάς restituit. — Idem de vulgata scriptura ὀργυιέας IV. 85 ubi jam alii recte cum codd. P. S. a. verum ὀργυιάς praetulerunt; quemadmodum alibi saepius sine varietate scriptum exstat. — Quid, quod non erubuerunt quidam (Reiz. Gaisf. al.) IV. 114 καὶ οὐδαμέας ἄλλας e codd. M. P. K. F. in ordinem recipere, ubi quidem Bekk. al. recte cum codd. S. V. A. B. οὐδαμάς praetulerunt (οὐδαμῶς Ald. al. male). — Sed ἐναρέας I. 105 vulgo minus recte paroxytonon scribitur, quum forma ἐνάρεες IV. 67 obvia satis doceat, ἐνάρεας proparoxytonon restituendum esse (cf. Lob. ad Buttm. II, p. 411).

Hanc igitur primae et tertiae declinationis in genitivo et accusativo singulari formando similitudinem, apud Herodotum aliosque conspicuam, multum valuisse dico, ut tota in nonnullis hujus generis

nominibus flectendi ratio confusa sit, praesertim quum et dativi terminationes η (ηι) et εϊ mirum quantum sint similes, ut soli vocativi restare videantur, unde firmius quid concludi possit. Nego enim Herodoteae orationis talem heteroclisin, qualis est Στρεψίαδες (Aristoph. Nub. 1208) Τισσαφέρνη (Xenoph. Anab. II. 5, 3.) propriam fuisse; aut aliorum usum omni ex parte recte ad Herodoteam orationem transferri posse, praesertim quum etiam antiquiore tempore Atticos non solum in η, sed etiam in ην accusativum singul. quorundam nominum tertiae declinationis terminasse notum sit, et hanc consuetudinem quotidie magis invaluisse (cf. Interppr. Plat. Symp. p. 185. C. et p. 189 A. Poppon. ad Thucyd. III. 107). Etiam tradidit Choeroboscus grammaticus in Bekk. Anecd. p. 1190. Δημοσθένην, Ἀριστοφάνην, ὦ Δημοσθένη, ὦ Ἀριστοφάνη Atticas fuisse formas, unde et Δημοσθένου alia hujuscemodi ex Aeolum more, quamquam vituperantibus grammaticis (cf. Bekk. Anecd. p. 1270) usurpata fuisse videntur cf. Etymol. Mag. p. 152. Maitt. (ed. Sturz) p. 34. — Quo et referas id, quod quaedam nomina et peregrina et Graeca, quae apud nostrum tertiam secuta esse videntur declinationem, apud alios, maxime apud posteriores secundum primam et vulgarem et Doricam flexa cernuntur *); ut omnino pluralem nu-

---

*) Ὀρόντας, αν Xenoph. Anab. I, 6, 1 et 4 et 10. (Ὀρόντης, ου, η Polyaen. IV, 8, 3. VII, 14, 1.) — Ἀρσίκας Plut. Artax. c. 2. ὦ Παρίσκα c. 12 et Ἀρτασύρας, ραν, ρα. Phot. Ctes. § 10. 20. 50 Ἀρτασύρας, ρα. — § 21 Βισαλτανᾶς, Βισαλτανᾶ. — § 2 et 39 Σπιταμᾶς, ᾶ, ᾶν. — § 14 Ὀνόφας. 20 Ὀνόφα et Νατάκας. § 27 Ματακᾶς. — § 5 et 9 Πετισάκας, κα, κᾳ, καν. § 49 Ἀρσάκαν sed § 56 Ἀρσάκου. (Thucyd. VIII, 108 Ἀρσάκου. Procop. bell. Pers. I, 5 Ἀρσάκην et saepius alibi.) et Εὐρυσάκης, κου Suid. s. v. — Plut. Pyrrh. Ῥοισάκου. Aesch. Pers. 959 (993) Κιγδαγάταν καὶ Λυθίμναν. — Σησάμα vs. 314. 944. — Diod. Sic. II, 34 Ἀσπάδαν et ibid. Ἀστιβάρας, ρα, ραν. — Phot. Ctes. Pers. § 17 Σκυθάρκης, κου. — Ταννοξάρκης, κου, κῃ, κην § 8. 10. 11. (sed Thucyd. V, 46 τὸν Ξενάρκη τὸν ἔφορον.) Βαγαπάτης, ου, ην § 9. 10. 59. — Ἀριοβαρζάνῃ Demost. (cf. Maitt. p. 34) sed Ἀριοβαρζάνει Xenoph. Hell. I, 4, 7. Dio. Cass. p. 183. — Κερσοβλέπτης, ου, ῃ Polyaen. VII, 32, 1. Ὀξύθρᾳ VII, 33, 2. Τευταμάτης, ου IV, 8, 2. Ὀρυάνδης, ου VII, 11, 7. — Παρμίσης, ην Phot. Ctes. § 3. — Ἀρτύνην Diod. Sic. II, 34. Φαρνακύας, ναν Phot. l. l. § 45. — Βουζύγης, γῃ (Ἀθηναίῳ) Polyaen. 5, 1. — Ἀγχάρης, ην. Aesch. Pers. 956. (sed Polyaen. IV, 7, 5 et VI, 7, 2 Λαχάρης, ους. —) Suid. s. v. Θεὸς Ἄρης — Δουσάρης, ρου (et Hesych.) ρην. — Athen. XII, p. 528 F. Ἀρβάκης, κου et Diod. Sic. II, 28. Μηδοσάδης, δῃ, δην Xenoph. Anab. VII, 7, 1. 2, 10. 24. sed ὦ Μηδόσαδες VII, 7, 11. 15. 18. — Σεύθης, ου, ῃ, ην Xenoph. et Thucyd. saepius. ὦ Σεύθη VII, 2, 24. 3, 13. — Polyaen. VII, 29, 1. Μιθριδάτῃ, του VIII, 9, 2. Σφενδαδάτης, ην Phot. Ctes. § 11. — Σπιθριδάτης, ου, ῃ Plut. Alex. Mag. c. 50. Xenoph. Hell. IV, 1, 2. 3. 4 et ὦ Σπιθριδάτα. — Αὐτοφραδάτης, ου, ῃ VII, 26. 14, 3 et 4 Polyaeni. — Ἀρταπάτης, ου Xenoph. Anab. I, 6, 11. Ἀρταγέρσης, ου, ην I, 8, 24. Plut. Artax. 9 et 14. — Φιλοκτήτης, του, τῃ, την Soph. Philoct. vs. 54. 101. 432. 1261. — Σπαραμείζης, ου Athen. XII, p. 528 F. Πισσούθνης (Thucyd. Πισσούθῃ I. 115 bis.) ου, ην Phot. Ctes. § 52. (Baehr. p. 198). Μεγαβέρνην § 2 et 8. Ἀμόργης, Ἀμόργην § 4. 8. Τεριτούχμης, εω (et ου) ῃ § 54. 55. 57. Ἀριαράμνης, νῃ § 16. —

merum nominum propriorum secundum primam declinationem formare maluerunt, veluti *Δημοσθένας*, *Ἀριστοφάνας* cf. Bekk. Anecd. III, p. 1191. Interppr. ad Plat. Symp. p. 218 B. — Sed grammaticorum praecepta de his ac similibus nominibus flectendis lata non satis plena sunt, nec satis nobis facere possunt. Dicunt enim hi, omnia nomina composita in ης exeuntia, quorum posterior pars ad nomen tertiae declinationis propius accesserit, etiam hanc secuta esse flexionem, exceptis *ἀγκυλοχείλης* et *Ὑπερίδης*, quorum posterius formam habeat patronymicorum. Nam patronymica in *ίδης*, *άδης* etc., ut omnia alia in ης non composita, aut composita cum nominibus primae declinationis (ut *Ὀλυμπιονίκης*) secundum primam declinationem flectenda esse (cf. Piers. Herodian. p. 456. (In Herm. Emend. p. 305) Bekk. Anecd. p. 978. Sed, ut alia taceam, quibusdam in nominibus, maxime peregrinis, incertum esse videtur, utrum Graeci haec pro compositis habuerint, et suae consuetudini accommodaverint, an pro simplicibus aut paragogis; incertum, quam ad declinationem quisque eorum posteriorem compositorum partem flexerit, ad quam ipsa simplicia aut paragoga. Et retulit Priscian. de arte grammat. VI, c. 11, p. 258 (Krehl) hujuscemodi nomina Parthica (Mithridates, Tigranes) ut Latinos sic etiam Graecos ancipiti terminasse genitivo, modo ου modo ους *Τιγράνης*, *Τιγράνου*, *Τιγράνους*. — Quod non omnino negabo verum fuisse, sed apud Herodotum quodque nomen unam tantum constanter secutum esse declinationem contendo; nec reticebo, quorundam hujuscemodi nominum genitivum in εος terminatum multam habere suspicionem, si consideraveris, in nominibus, quae tertiam secuta esse declinationem inter omnes constat, saepissime hanc Ionicam genitivi terminationem a librariis in vulgarem ac contractam esse mutatam, in illis vero primae declinationis aut nunquam aut cum εως permutatam. Quod utrumque nos magis ad terminationem εω quam εος ducere posse patet.

His igitur praemissis ad singula quaeque consideranda accedamus. Et nomina patronymica quidem vel ea, quae formam habent patronymicorum et in *ίδης*, *άδης* terminantur, constat primam secuta esse declinationem: *Ἀριστολαΐδης*, *δεω* I. 59. *Βασιληΐδης*, *δεω* VIII. 132. *Λεωνίδης*, *δεω*, *δῃ* (VII. 217 sqq. 225 sqq. VIII. 21. 114 etc. etc.) *Λεωνίδεα* VIII. 15 vulg. (*δην* K. F.) 21 *Λεωνίδεα* vulg. (*δην* F.) 71 vulg. cum S. V. Alii *δην*. Sed omnes *Λεωνίδην* praebuerunt V. 41. VII. 205. 206. 220 bis. 222. 223. IX. 64. 78. — *Μίδης*, *δην* I. 14. *Ἀΐδην* II. 122. *Εὐαλκίδης*, *δεα* V. 102. (*δην* M. P. K. F. A. B.) *Φιλιππίδης*, *δεω* (VI. 105) *δην* VII. 62. 117. — *Λευτυχίδης*, *δεω*, *δῃ* (VI. 65. 69. 71. 85. VIII. 131. IX. 90. 99.) *δεα* VI. 65. (*δην* S.) 73. (*δην* S.) 85 bis. VIII. 131. IX.

Συράκης, *ου* Polyaen. VII. 12, 1. — Phot. l. l. § 53 *Ἰδέρνεω*. — *Φιλοκτήτου* Aristoph. Acharn. 424. — Sed tertiae declinationis sunt *Ἀρνάπει* Xenoph. Hell. I, 3, 12. *Μενοστάνης*, *νους* Phot. Ctes. § 48 (alii *Οστάνους*) *Μενοστάνῃ* § 45.

114 (δην F.) — Λυκίδης, δεω (IX. 5) δεα IX. 5 bis. (sed priore in loco δην F.) — Μουρυχίδης, δεα IX. 5 bis. cum S. V. (δην F. f.) sed Μουρυχίδην omnes IX. 4 bis. — Τιμηγενίδης, δην omnes IX. 86. — Εὐκλείδης, δη VII. 155. — Εὐρυκλείδεω VIII. 2. 42. Ἡρακλείδεω V. 37. Ἀλκείδεω VI. 61. Ἱπποκλείδῃ VI. 129. Ἱπποκλείδεα VI. 129 (δην S.).— Μιλτιάδης, δεω, δῃ (IV. 137 sqq. VI. 133 sqq. et alibi) δεα VI. 35. (δην S.) 37 bis. (δην S.) 39. 135 (δην S.) 136 bis. — Εὐρυβιάδης, δεω, δῃ (VIII. 4. 5. 49. 124 alibi) δεα VIII. 2 (δην F. a.) 57. 59 (δην F.) 60. 61. 62. — Κλεάδης, δην omnes IX. 85. Ὀθρυάδης, δην I. 82. Ὀκταμασάδης, δῃ (IV. 80) δην ibid. bis omnes. (Phot. Ctes. Pers. § 8. (Baehr.) Σπιτάδην) Βάδρην Πασαργάδην IV. 167. — Περσεῖδαι I. 125; unde patet quam perversa sit scriptura codd. S. d. Ἀχαιμενίδες I. 125 praebentium pro Ἀχαιμενίδαι, praesertim quum Graecos Ἀριστοφάναι et similia dicere solitos esse modo supra vidimus. cf. Lob. Aj. vs. 880. — Praeterea nomina, quae in γόρης exeunt, procul dubio ad primam declinationem flectenda sunt: Ἀρισταγόρης, γόρεω, γόρῃ (V. 30. 35 sqq. 126. VI. 9. 18. alibi) γόρεα V. 32. vulg. (γόρην F.) 33. (γόρην P. K. F.) 65. — Sed omnes Ἀρισταγόρην V. 35 bis. et 37. — Ἰσαγόρης, γόρεω (V. 70. 72) γόρην V. 74. vulg. cum S. V. P. F. Ἰσαγόρεα Gsf. al. — Στησαγόρης, γόρεω, γόρῃ (VI. 34. 38. 39. 103) γόρεα VI. 38 (γόρην S. V.) — Λυσαγόρης, γόρεω (V. 30) γόρεα VI. 133. vulg. cum M. P. K. F. Paris. Λυσαγόρην S. — Porro nomina in ίης (ίας) εύης exeuntia: Ἀλεύης, Ἀλεύεω VII. 130. IX. 58.— Γορδίεω I. 14 et alibi. — Ἱππίης, Ἱππίεω, ίῃ (V. 94. VI. 109) Ἱππίην V. 91 bis. 92, 7 bis. 96. Ἀπρίης, ίεω, ίῃ (II. 169. IV. 159 alibi) ίην II. 161. 162 ter. 163. 169. — Καλλίης, ίεω, ίῃ (V. 45. VI. 121.) ίην V. 44. VII. 117. 159. — Ἀρχίης, ιεώ, ίῃ III. 55. — Τελλίης, ίην VIII. 27. — Ἀμεινίῃ VIII. 84. — Μεγιστίης, ίεω (VII. 219. 228) ίην VII. 221. — Στρυμονίην VIII. 118. Ἡγίην IX. 33. — Παυσανίης, ίεω, ίῃ (IX. 10 bis. 46. 81.) ίην IX. 45. 50. 54. 57. 61. 76 bis. 78. 82 quinquies. 87. — Praeterea Κώης, εω (V. 11.) Κώην V. 37. 38. — Ἀριστέης, τέω (IV. 15.) τέην IV. 14 bis. et IV. 15. — Γωβρύης, ύεω III. 78. ύην III. 70. 78. — Μαρσύεω, σύῃ (V. 119. VII. 26.) Μαρσύην V. 118. Πακτύης, ύεω, ύῃ (I. 158. 153.) τύην I. 156. 157 bis. 158 bis. 159. 160 ter. 161. — Quae nomina in βάτης terminantur: Ἀρταβάτης, τεω VII. 65. Μιτροβάτης, βάτεω III. 126. 127. βάτεα III. 126. 127. 120 bis. Sed Εὐρυβάτην omnes IX. 75.— Μεραβάτης, τεω (V. 33. VII. 97.) τῃ V. 35. την V. 32 bis. (Λεωβώτεω I. 65. VII. 204). Sic et Phot. Ctes. Pers. § 9 et 10 Ἰξαβάτης, Ἰξαβάτου. Aesch. Pers. 945 Μεγαβάτα. Quibus contrarium est Μητροβάτει, quod vulgo in Xenoph. Hell. I, 3, 12 legitur. Tum nomina cum suffixo — ίνης (cf. Pape lex. nom. propr. Graec. p. 9) Ἀσπαθίνης, νεω VII. 97. θίνην. III. 70. 78. Τηλίνης, νεω VII. 153. 154. ίνην VII. 153. Κρητίνεω VII. 165. 190. Αἰσχίνῃ VI. 100. Quibus addas nomina in ίτης et ήτης exeuntia: Παντίτης, τίτην

VII. 232. *Μεμφίτην* II. 112. *Παντίτην* VI. 52 bis. (Phot. Ctes. Pers. § 63 *Ἀβουλίτης, του.* —) *Μαιήτην* IV. 45. *Εὐφρήτην* I. 185 bis. 186. *Ἰτανήτην* IX. 53. *Σπαρτιήτην* I. 153. IX. 12. 33. *Σπαρτιῆτα* VII. 160. — *Κροτωνιήτης, τεω* (III. 129.) *την* III. 125. — *Αἰγινῆτα.* IX. 79. — Et nomen *Δαυρίσην* V. 118. 122. — *Μάνης, εω* I. 94. IV. 45. *Φίλης, εω* III. 60. *Φάνης, νη* III. 11 bis. *Ξάνθης, εω* II. 135. — *Βάδρην* IV. 167. — *Γύγης, εω, η* (I. 13. 8. 14. III. 122. V. 121.) *Γύγεα* I. 10 (*γην* e.) 11. *Γύγην* I. 8. 15. *Γύγη* I. 8. 11. — *Ἀλυάττης, εω, η* (I. 20. 22. 26. 47. 73. 92. 93. VIII. 35.) *Ἀλυάττεα* I. 73. 74. III. 48. *Σαδυάττεω* I. 16 (item Suid. s. v. *Γύγης*). I. 18. 73. — *Κανδαύλης, εω, η* (I. 7. 8. ubi vide Var. Lectt.) 11. 12. 13. VII. 98. (Suid. s. v. *Ἡρόδοτος* habet *Κανδαύλου*) *Κανδαύλεα* I. 10. 11. 12. — *Γύνδης, εω, η* (I. 189.) *ην* I. 189. 190. *Σκύθης, εω, η* (IV. 10. VII. 163.) *ην* IV. 10 bis. VI. 23. — *Σκύλης, εω, η, ην* IV. 80. *Τύρην* IV. 11. 82. *Τύμνης, εω* V. 37. VII. 98. *Τίμνης, εω* IV. 76. *Τήρης, εω* IV. 80. VII. 137. *Θαλῆς, Θάλεω, Θαλῇ, Θαλῆν* I. 74. 75. 170. — *Βόγης, ην* VII. 107. — *Ἀράξης, εω* (I. 201. 202. 211. 216). *Ἀράξεα* I. 205. (*ην* S. V. b.) 209. (*ην* S. d.) 210. 211. (*ην* M. K. S. F. a. b. c. d.) III. 36. (alii *ην.*) IV. 11. cum V. (*ην* M. S. a.) Suid. *Ἀράξης, Ἀράξου· ὄνομα ποταμοῦ.* Ac similiter *Σαρδαναπάλος ὁ Ἀνακυνδαράξεω παῖς* Naek. Choeril. p. 198 sqq. — *Ἀνακυνδαράξεω* Athen. XII, p. 528 F. et *Ἀναβαράξου* ibid. — *Ξέρξης, εω, η* (IV. 43. VII. 3. 106. 122 et alibi saepius). *Ξέρξεα* IV. 43. (*ην* F.) VII. 4 bis. (*ην* F. S. bis.) 6 bis. (*ην* K. P. F. bis.) 12. (*ην* F. S.) 17 ter. (*ην* F. S.) 27. 38. 46. 56. (*ην* F. f.) 117. (*ην* F.) 118. (*ην* F. S.) 120. (*ην* F. f. S.) 130. (*ην* F. S) 139. (*ην* F.) 145. (*ην* K. S. V. F.) 150. (*ην* F. S.) 208. (*ην* F., qui idem cod. idem exhibuit pro vulgat. *Ξέρξεα* VIII. 22. 110. 113. 114. 119. IX. 1.) VII. 210 *Ξέρξεα* vulg. *ην* F. S., item 223. VIII. 25 *Ξέρξεα* vulg. cum S. V. alii — *ην.* 52. 69. 118 bis. IX. 116 bis., ubi quidem priore in loco *Ξέρξην* habent codd. S. V. K. F., in posteriore S. solus. — *Ἀρταξέρξης, εω* (VI. 98.) *εα* VII. 152. 151 bis. (*ην* F. S.) *Πέρσης, εω, η* (IV. 120. VI. 100. VII. 40. IX. 9. 27. 76 alibi). *Πέρσεα* VIII. 3. 108 (*ην* F.) 109. (*ην* F.) Sed *Πέρσην* omnes I. 85. 120. II. 110. III. 13. 120. IV. 143. V. 32. 33. 108. VI. 133. VII. 33. 61. 62. 145. 148. 149. 150. 152. 166. 168. 177. 202. IX. 1. 7, 2. 16 ter. — *Πέρσα* IV. 127. VII. 12. — *Ἀλκέτης, εω* VIII. 139 bis. — *Περδίκκης, εω* V. 22. VIII. 137 sqq. — *Δηϊόκης, εω* (I. 16. 73. 97. 102. 103.) *κεα* I. 96. — *Καμβύσης, εω, η* (I. 108. 111. 122. III. 1. 19 sqq. 73 sqq. VII. 51 alibi) *εα* III. 1 bis. 2 bis. 3. 10. 15. 31. 32. 34. 44. 62. 64. 66. 73. 88. IV. 165. — *Γηρυόνης, εω* (IV. 8.) *εα* IV. 8. (*ην* S. V.) — *Ὀροίτης, εω, η* (III. 120. 128 sqq. 140. 121 (item Suid. *Ὀροίτεω*, s. v. *Δημοκήδης*) — *Ὀροίτεα* III. 121. 124. 125 sqq. — *Ὀροίτην* omnes III. 120. — *Ἀμύντης, εω* (V. 18. 19. VII. 173. VIII. 136 sqq. IX. 44.) *εα* V. 19. (*ην* F.) *Ἀμύντην* omnes V. 17. 18 bis. — *Ἀρτύντην* VII. 67. *Ἀρταΰντης, εω* (IX. 120. 122.) *ην* VII. 33. —

Παντικάπην IV. 19. *Φραόρτης*, εω I. 73. 96. 103 bis. *Σανδώκης*, κεα VII. 196. *Φαρνούχης*, εα VII. 88. (Similiter Arrian. Anab. *Φαρνούχης*, χην IV. 3, 7. 5, 3 et 4. 6, 1. — *Ἀρτούχης*, χου Xenoph. Anab. 4. 3, 4. Cyrop. V. 3, 38.) *Κράναπης*, ην III. 126. *Φαρνάσπης*, εω II. 1. III. 2. 67. — *Χοάσπης*, εω I. 188 bis. (Athen. II, p. 45 B. ὕδωρ ἀπὸ τοῦ *Χοάσπεος*, sed haud dubie *Χοάσπεω* est corrigendum, ut Eust. ad Hom. Od. IV, p. 173, 22 hoc ex loco *Χοάσπεω*, et Plut. de Exsil. p. 601 (p. 424 Wyttenb.) τοῦ *Χοάσπου*. —) V. 52 *Χοάσπην*. — *Ἰθαμάτρης*, εω VII. 67. *Σιρομίτρης*, εω VII. 79. *Μεγαδόστης*, εω VII. 105. *Διαδρόμης*, εω VII. 222. *Ἀρταχαίης*, εω, ῃ, ην VII. 117. — *Ἀρυάνδης*, εω IV. 165. 200. 203. *Ἀρτόντης*, εω III. 128. IX. 84. *Μιτραδάτην* I. 12. 110. (Plut. Artax. c. 14. (Schaef.) *Μιθριδάτῃ* c. 15 *Μιθριδάτα* ter.) *Σισάμνης*, εω V. 25 bis et ην. *Ἀριαράμνης*, εω VII. 11. (Phot. Ctes. Pers. 16 *Ἀριαράμνῃ*) *Μασσάγην* VII. 71. *Μασκάμην* VII. 105. 106 bis. *Μασίστης*, εω IX. 107—113. ῃ IX. 107. ην IX. 107. 108. *Μασίστα* IX. 111 bis. *Φαρναζάθρης*, ῃ VII. 65. — *Ἐπιάλτης*, εω, ῃ (VII. 214. 223.) εα VII. 213. (ην S. V.) 218 bis. (ην S.) *Ἐπιάλτην* omnes VII. 214. — *Σιτάλκης*, cujus dativum primae declinationis *Σιτάλκῃ* IV. 80. quum omnes sine variet. retineant (ut *Βισάλτῃ* VI. 26.) et genitivum *Σιτάλκεω* VII. 137, damnandam esse codicis S. scripturam censeo *Σιτάλκεος* IV. 80 praebentis pro vulgat. *Σιτάλκεω*. Sic Thucyd. *Σιτάλκου*, κῃ, κην II. 29 bis. 67. 97. Xenoph. Anab. VI. 1, 6. τὸν *Σιτάλκαν*. Suid. s. v. *Ἀπατούρια* .... υἱὸς *Σιτάλκου*. — et sic alii alibi. Sed Aristoph. Acharn. vs. 134 et 141 *Σιτάλκους*, quem ad modum et in scholiis ad hos locos *Σιτάλκους* et *Σιτάλκει* scripta exstant. — *Ἀγριάνης*, νην Herod. IV. 90. *Τιγράνης*, νην VII. 62 (et sic Xenoph. Cyrop. *Τιγράνης*, ου, νην cf. Popp. Praef. p. 36.) *Ἀρτάνης*, εω VII. 224. Eandem sequitur analogiam nomen *Ὀτάνης*, quamquam nonnunquam codd. Mss. genitivum in εος exeuntem male praebuerunt; sed quum vocativus *Ὀτάνη* III. 72 sine variet. sic scriptus exstet, et dativus *Ὀτάνῃ* III. 69. 84 bis, et in accusativo non solum *Ὀτάνεα* (III. 141. VII. 61. V. 25. VI. 43.) sed etiam *Ὀτάνην* (III. 76.) reperiatur, nihil dubii relinquitur, quin illi libri, qui in genitivo *Ὀτάνεος* pro vero *Ὀτάνεω* exhibuerunt, rejiciendi sint. Sed sine variet. omnes *Ὀτάνεω* scripserunt III. 69. VII. 40. 62. 82; etiam III. 70 *Ὀτάνεω* nunc vulg. cum a. Alii cum S. *Ὀτάνεος* male; item III. 71. III. 84 *Ὀτάνεω* nunc vulg. *Ὀτάνεος* V. F. *Ὀτάνεως* Ald. al. — 88 *Ὀτάνεω* nunc vulg. *Ὀτάνεος* F. — 144 *Ὀτάνεω* nunc vulg. *Ὀτάνεος* S. P. K. F. — Eodemque modo dativus *Κυαξάρεϊ* I. 73. 74 damnandus est, qui I. 16 *Κυαξάρῃ* sic recte ab omnibus scribitur (et a Suid. hoc ex loco s. v. *Γύγης*) et genitivus ubique *Κυαξάρεω* I. 46. 73 bis. 74. 106. (cf. Poppon. l. l. Paus. V, p. 304 (Sylb.) *Κυαξάρου*, et alios alibi.) Similiter Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 11. ὦ *Ταναοξάρη*. — Sed Clemens Alex. Strom. I, p. 302 A. βασιλεύοντος *Κυαξάρους* τοῦ *Ἀστυάγους* πατρός. — Sed nomen *Ἀστυάγης*, ut apud Xeno-

phontém (cf. Popp. l. l.) aliosque, sic apud nostrum tertiae adnumerandum est declinationi, quamquam codd. Mss. saepius in utramque partem fluctuant. Dativus autem Ἀστυάγεϊ omnibus in libris sic scriptus exstat I. 74. 119. 129. (Ἀστυάγῃ S.) Ἀστυάγεα I. 73. vulg. (ην S.) 75 sine variet., ut 111. 112. 114. 116. 123 ter. 124 bis. 130. III. 62. VII. 8, 1. (ην F. S.) IX. 122. (ην S. V. P. K. F.) — Ἀστυάγεος I. 46 vulgat. sed Bekk. cum S. Ἀστυάγεω; item 73. 91 Ἀστυάγεος vulg. Ἀστυάγεω S. d. Bekk. 109 Ἀστυάγεος bis. vulg. (γεω S. Bekk.) 110 Ἀστυάγεος vulg. (γεως S.) 111 Ἀστυάγεος M. K. F. a. c. (γεω S. b. d.) 112 Ἀστυάγεος vulg. Alii cum S. — γεω.; item 114. 116. 119. 122. — 123 Ἀτυάγεος vulg. et cod. S. (γεω Bekk.) 124 Ἀστυάγεος vulg. cum S. bis. (γεω Bekk.) item 126 et 130. Quibus omnibus in locis forma tert. declinat. praeferenda esse mihi videtur. Etiam Phot. Ctes. Pers., quamquam saepius singularem formam Ἀστυϊγᾶς, γᾶ, γᾶν usurpavit (cf. Baehr. p. 87.) tamen § 1 τοῦ Ἀστυάγους posuit; ut Clem. Alex. Strom. I, p. 302 A. Ἀστυάγους. Tzetz. Chil. I. 1, 96, 98. 95. 87. 94 Ἀστυάγους, γει, γῃ. Paus. quidem V., p. 304. in accusat. Ἀστυάγην et Steph. Byz. s. v. Πασσαργάδαι, ex Anaximenis immutationibus reg. Ἀστυάγην. — Praeterea nominis Ὑστάνης solus genitivus Ὑστάνεος VII. 77., isque sic scriptus omnibus in libris exstat; quamquam Ὀτάνης, Τιγράνης alia hujuscemodi modo supra vidimus primam secuta esse declinationem apud nostrum, et apud Suid. s. v. Ἱπποκράτης et Ὑστάνην et Ὑστάνῃ (alii Ὑστάνει) scripta leguntur. — Et nominis Ὑστάσπης vocativus Ὕστασπες I. 209 sic omnibus in libris servatus, quum satis doceat Herodotea in oratione hoc nomen tertiae esse declinationis, non debebant quidam V. 30 Ὑστάσπεω e codd. S. V. in ordinem recipere pro vulgat. Ὑστάσπεος, quod sine variet. legitur I. 183. 209. III. 70. 71. 88 bis. 140. IV. 83. 91. V. 73. (et sic Suid. s. v. ἀπεκορύφου — Ἀρταφέρνης ὁ Ὑστάσπεος) VI. 98 VII. 1. 11 et 10 Ὑστάσπεος libri Herod., quamquam Thom. Mag. p. 361, 8 hoc ex loco haec exhibuit: Ἀρτάβανος ὁ Ὑστάσπεω πάτρως ἐὼν Ξέρξῃ. Ὑστάσπεϊ I. 209 recte vulgat. (- πῃ cod. P.) — Ὑστάσπεα I. 209. — Alii autem scriptores hoc nomen secundum primam declinationem maluerunt flectere, cf. Popp. l. l. Arrian. Anab. V, 3, 6. 8, 2. 4. 5. 9, 3. VI. 4, 2. 4. 3, 1. V. 10, 1. 11, 1. Thucyd. I. 115 et alibi. Schol. in Hypoth. Aesch. Pers. p. 4. (Well.) Agathiam, Photium Ctes. Pers. § 14 Δαρεῖος Ὑστάσπεω. Clem. Alex. Strom. I, p. 331 B. Schol. Aristoph. Vesp. 1101. — Τεΐσπης, Τεΐσπεος VII. bis, sine variet. — Πρηξάσπης. Πρήξασπες III. 34. 35. 62. 63. Πρηξάσπεα III. 30. 34. 35 bis. 62. 65. 74 bis. 76 bis. Πρηξάσπεος III. 62 et 63 omnes, sed III. 74 ubi codd. P. K. F. a. recte, ut mihi quidem videtur, Πρηξάσπεος exhibent, alii Πρηξάσπεω scripserunt. III. 78 Πρηξάσπεος K. F. (alii -εω) quare et III 75 pro vulgato Πρηξάσπεω, quamquam nihil e codd. Mss. adnotatum est, Πρηξάσπεος reponendum erat. — Σατάσπης, Σατάσπεος IV. 43, sine variet. — Ἀρτεμβάρης, Ἀρτέμβαρες I. 116;

ibid. Ἀρτεμβάρεα bis. Ἀρτεμβάρεος I. 114 vulg. cum M. K. F. (Ald. al. cum S. — εω.) 115 vulg. alii cum S. -εω. — Οἰβάρης, Οἴβαρες III. 85. Οἰβάρεα III. 87. 88. Οἰβάρεϊ VI. 33. Οἰβάρεος III. 88, sine variet., quamquam nominis Βουβάρης dativus Βουβάρῃ V. 21 omnibus in libris legitur, et Ἀστιβάρας, ρα ραν modo supra ap. Diod. Sic. II, 34 invenimus, et ipsum Οἰβάρης alii secundum primam declinat. flexerunt cf. Aesch. Pers. vs. 946 Οἰβάρην Phot. Ctes. Pers. Οἰβάρας et Οἰβαρᾶ § 2. 5. Tzet. Chil. I. 1, 89 Οἰβάρην. — Φαρνάκης, Φαρνάκεος VIII. 126. IX. 41. 66. 89, ubique sine variet. Etiam VII. 66 codd. P. S. F. a. recte Φαρνάκεος praebuerunt, ubi alii Φαρνάκεω praeferunt. Sed Aristoph. Avv. 1010 (Schol.) Φαρνάκῃ. Thucyd. I, 129. II, 67. V, 1. VIII, 58 Φαρνάκου, κην. — Polyaen. VII, 33, 3 Ἀρτάβαζος Φαρνάκου. — Αλάκης, Αλάκεος II. 182. III. 39. 139. VI. 13 bis. Αλάκεϊ VI. 22. Αλάκεα VI. 14. 22. 25. — Μενάρης, Μενάρεος VI. 65. 71. VIII. 131. Μαζάρης, -εος I. 160. -εα I. 156. — (cf. Pape l. l., p. 17.) — Παντάρης, εος VII. 154. — Διηνέκης, Διηνέκεα VII. 226, quamquam alius casus apud nostrum non invenitur. — Ὑδάρνης, Ὕδαρνες VII. 135. Ὑδάρνεος VII. 66. 83. VIII. 113. Ὑδάρνεϊ VIII. 118. Ὑδάρνεα III. 70. VI. 133. VII. 135 bis. 215. 218. — Sed Paus. III, 166 (Sylb.) Ὑδάρνου et Strab. XI, 531. — Φαρανδάτης, εος IX. 76, sine variet. quam quidem genitivi formam haud negari potest multis aliis, jam supra commemoratis, in δάτης, ου exeuntibus adversari; neque tamen ausus sum contra omnium librorum consensum quidquam moliri. — Ἀρσάμης, εος I. 209 vulgat. cum F. a. c. (Ἀρσαμενος Ald. S. V. Vall.) Ἀρσάκεος Steph. marg. VII. 11 Ἀρσάμεος vulg. sine variet. — 224 Ἀρσάμεος F. (Ἀρσάμιος d.) Ἀρσάμεω Bekk. alii. — Sed Xenoph. Cyrop. Ἀρσάμαν, Ἀρσάμα VII. 1, 3. 8. Aesch. Pers. 957 Ἀρσάμην alii Ἀρσάκην; quae eadem varietas cernitur et in Arrian. Anab. III, 25, 7. 29, 5. IV, 7, 1. — Similiter et Σαρσάμαν Phot. Ctes. Pers. 35. — Ἀριαπείθης, -εος IV. 76. 78. -εϊ IV. 78 bis. — Σπαργαπείθης, -εος IV. 76. 78. — Ac similiter Aristophanes dixit Διοπείθης, Διοπείθους, Equit. 930. Vesp. 240. Sed nominis Σωπείθης genitivus in Arrian. Anab. VI, 2, 2. Σωπείθου scriptus exstat. Πολυδέκτης habet apud nostrum genitivum Πολυδέκτεος VIII. 131, sine variet., quamquam in Bekk. Anecd. II, p. 604 Ξέρξεα Πολυδέκτεα Γύγεα componuntur, et revera est apud alios scriptores hoc nomen primae declinationis: Pind. Pyth. XII, 14 Πολυδέκτα. Plut. Solon. Πολυδέκτῃ. Arrian. Anab. III, 3, 1 Πολυδέκτου. — Hym. Hom. in Cer. 9 Πολυδέκτῃ. cf. et Paus. II, 154. (Sylb.) III, p. 170. Et Θεοδέκτης, του Dionys. Art. c. XXI. — Plut. Alex. Mag. c. 17. Suid. Θεόπομπος Θεοδέκτου. Dionys. de Demosth. praest. ὡς Θεοδέκτῃ τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ. — Suid s. v. Τισσαφέρνης, ὄνομα κύριον καὶ κλίνεται εἰς ους. Et sic probatissimi scriptores haec nomina in φέρνης (φρένης) terminata constanter secundum tertiam declinationem flexerunt, quamquam in accusativo ex Atticismo quodam, jam supra exposito, minime

vero nostro conveniente, mox -φέρνη mox -φέρνην dictum est. Herod. III. 119 Ἰνταφέρνεος. III. 70 Ἰνταφέρνεα et 78. 118. 119. Ἀρταφέρνης, εος VI. 42. 94. Ἀρταφέρνεϊ V. 35. VI. 4. VII. 10, 2. Ἀρταφέρνεα V. 25. 31. 95. VI. 2. 94. — Suid. s. v. Ἱππίας habet Ἀρταφέρνους. Τισσαφέρνους, Thucyd. constanter et Xenoph. (cf. Popp. ad Xenoph. Anab. II, 5, 3.) alii multi. Sed Arrian. Anab. habet ex Aeolum more, jam supra commemorato, Δαταφέρνου III. 29, 6. 7. 30, 5. Δαταφέρνῃ III. 30, 1. Φραταφέρνου VI. 27, 3. VII. 6, 4. Φραταφέρνῃ VI. 27, 6; ut apud Xenoph. (Anab. I, 4, 2.) vulgo Τισσαφέρνῃ legitur, et alibi. — Κυνοσάργεϊ V. 63. VI. 116. Et aliis in nominibus, quae terminantur in κράτης, μένης, κήδης, σθένης, νείκης, κάρης (Αἰγικόρης V. 66.) γένης, φάνης, κύδης, πρέπης (Λεωπρέπης VI. 85.) certum est, ut apud alios sic apud nostrum haec constanter tertiam tantum secuta esse declinationem. Nam quod vulgo apud Suid. s. v. Θηραμένης legitur κλίνεται (Θηραμένης) δὲ εἰς ου, id apparet in εἰς ους mutandum esse, ut apud eundem s. v. Δημοκήδης male vulgabatur Δημοκήδου pro Δημοκήδεος (Κροτωνιήτεω Δημοκήδεος). Praeterea Cappadoces apud nostrum constanter Καππαδόκαι appellantur cf. Suid. s. v. Καππάδοξ. Herod. I. 72 Καππαδόκαι omnes, ut V. 49. VII. 72. Καππαδόκας I. 72.

Sed nomina ex ἄρχω composita, quae Poppo (ad Xenoph. Cyr. II, 1. 22. et Thucyd. Vol. I, p. 220 sq.) in Xenophontis et Thucydidis libris constanter ad secundam declinationem flectenda esse contendit, idemque Blomfield (ad Aesch. Sept. 828) omnino Atticis tribuendum esse ex propriis nominibus Ἵππαρχος, Νέαρχος, Κλέαρχος collegi posse putabat, ea nego omnia apud nostrum uno modo scribenda esse. Nam IV. 66 νομάρχης sine variet. scriptum exstat II. 177 τῷ νομάρχῃ vulg. (νομάρχῳ S.) Βοιωτάρχαι IX. 15. χιλιάρχας, μυριάρχας, ἑκατοντάρχας, δεκάρχας, μυριάρχαι VII. 81.— III. 157 στρατάρχης (alii στρατιάρχης cf. supra p. 215.) VIII. 44 στρατάρχεω. — μυριάρχης VII. 81. ταξιαρχέων VII. 99 vulgat. (ταξιάρχων F.) IX. 53 ταξιαρχέων nunc vulg. cum S. V. P. ταξιηρχέων edd. vett. ταξιάρχων F. a. al., sed VIII. 67 ταξίαρχοι sine variet. IX. 42 ταξιάρχους (item Thom. Mag. p. 363, 9.) τριήραρχος VIII. 87 sine variet. et 90 τριήραρχον. 85 τριηράρχων. 93 τριηράρχοισι vulgat. (τριηράρχῃσι S. V.) — στέγαρχος I. 133. (Athen. IV, 144 B. στεγέαρχος. cf. supra p. 215.) ναύαρχοι VII. 100. VIII. 42. 131. VII. 59. φυλάρχους V. 69. ὕπαρχος constanter hanc terminationem in ος apud nostrum servavit: III. 70. 120. 126. 128. IV. 166. V. 20. 25. 27. 73. 123. VI. 1. 6. 33. 42. VII. 33. 105. 106 ter. 194. IX. 113. 116. Et μούναρχος (ut apud tragicos poetas μόναρχος cf. Lob. Aj. vs. 1232) III. 80 bis. 82 bis. V. 46. VI. 23. 24. VII. 165. — ἵππαρχος VII. 154. συνίππαρχος VII. 88. δήμαρχος III. 6. πολέμαρχος VI. 109 bis. 110. 111. 114. VII. 173. Ejusdemque generis est varietas inter Πυθιονίκης VIII. 47 vulgat. et Πυθιόνικος S. Vall., inter ἱπποκόμος III. 85 vulgat. et ἱπποκόμης c., sed III. 88 ἱπποκόμου sine variet., ut διάκορος III. 117. (cf. Lob. Phryn. p. 184 sq.)

Ac nomen ὁ εἵλως sub altera etiam specie invenitur εἱλώτης (foem. εἱλωτίς Plut. Agesil. 3.) cujus posterioris formae genitivus maxime pluralis Herodoto familiaris fuisse videtur, sic VI. 58 sine variet. εἱλωτέων scriptum exstat, ut praeterea VI. 75. 80. IX. 28. 80. Unus ille locus, ubi εἱλώτων vulgo legitur, IX. 10 recte a Bekk., ut spurius, uncis seclusus est. Eademque cum constantia in accusativis habes τὸν εἵλωτα VII. 229. τοὺς εἵλωτας VI. 81. VIII. 25. IX. 80, et in nominat. plur. οἱ εἵλωτες IX. 80. 85. — Nec tamen probatur mihi Lobeckii ratio (ad Buttm. II, p. 337 sq.) illos genitivos εἱλωτέων ad tertiam declinationem, ε Ionice inserta, referentis, quia nominativus εἱλώτης apud nostrum non inveniatur. Si ita esset, sine ulla dubitatione ubique εἱλώτων reponerem, quippe qui omnino negem hanc aut ullam aliam ε insertivam esse Herodoteam (cf. infra p. 235 sq. et 253) quare et ob hanc causam et ob communem omnium librorum consensum, quo εἱλωτέων istis in locis scriptum exstat, ad primae declinationis formam εἱλώτης transiri satius duxi.

Dativum pluralem ut secundae declinationis in οισι sic primae constanter in ῃσι apud nostrum terminari in vulgus est notum, et recte cod. S. II. 36 ταῖς χερσί pro τῇσι χερσί vulgat. III. 110 ταῖς νυκτερίσι pro vulgat. τῇσι νυκτ. praebens neglectus est; sed immerito adhuc VIII. 15 ταῖς αὐταῖς ἡμέραις plerique retinuerunt (alii τὰς αὐτὰς ταύτας ἡμέρας) pro quibus vel omnibus libris invitis Herodotea τῇσι αὐτῇσι ἡμέρῃσι reponenda erant, ut jam supra p. 83 vidimus τοιαύταισι πάθαισι III. 40 vel propter ipsas has terminationes, non Herodoteas, rejicienda esse. Neque etiam cum Ald. isto in loco αὐτοῖσι πάθεσι praeferam; quamquam enim nimis fuisse videaris subtilis, si magnum contenderis discrimen inter πάθη, πάθημα et πάθος apud nostrum intercessisse, nisi quod solum πάθος de clade est usurpatum (cf. Schweigh. lex. Herod. s. v. Aesch. Pers. vs. 250. 286. 428 et alibi) tamen plurimorum codd. Mss. auctoritati hoc in genere obtemperandum esse duco.

Declinatio secunda Herodotea.

Nomina vulgaris secundae declinationis prorsus eandem apud nostrum, dativo plurali excepto, sequuntur flectendi rationem, quam vulgo apud alios Graecos scriptores. Dativus enim pluralis constanter in οισι terminatur, et quidquid huic regulae contrarium in libris inveniatur, statim damnandum mutandumque esse censeo; atque est plerumque jam recte damnatum cf. enim Var. Lectt. ad I. 86. 98. II. 142. III. 36. 72. 159. VII. 11. 86. 175. IX. 82. Unde patet vitiosum ἀγγείοις VI. 119 adhuc ab omnibus male retentum, statim in ἀγγηΐοισι mutandum esse; patet, quam falso saepius, ut VI. 108, τοῖσδε pro τοισίδε scriptum exhibeatur. — Sed genitivus singularis constanter vulgari modo in ου terminandus est, et terminationes in οιο et εω aeque rejiciendae: III. 97 Καυκάσιος nunc vulg. Καυκάσοιο V. S. IV. 166 Αἰγύπτου vulg. Αἰγύπτοιο f. 192 ὑὸς

ἀγρίου nunc vulg. *ἀγρίοιο* Schaef. male cum K. — Et terminationes *εω* et *εων* non nisi ex errore quodam, valde reprehendendo, et falsa primae declinationis specie, ac denique studio quodam pravissimo, ubique *ε* inserendo Ionismos captandi, in nostri genuinam orationem illatas esse judico; quas Aretaeum quidem aliosque similes usurpasse tibi concedam, sed non Herodotum. Sic VI. 102 plane inepte ac perverse nunc *Ἱππίης ὁ Πεισιστράτεω* scribitur, quum jam olim non solum hoc in loco *Πεισιστράτου* recte vulgatum fuerit, sed omnibus in aliis sine ulla varietate *Πεισιστράτου* etc. legatur, atque uno tantum modo Herodotus scripsisse censendus sit, cf. VI. 103. V. 91. 94. VI. 107. I. 59. 60. 61. 62. 63. 64. V. 65. 55. 71. VI. 35. 103 bis. VII. 6. — Similiter VIII. 122 pro *Κροίσεω* male nunc vulgato (e codd. M. P. K. F., quos saepius in peculiari quadam, sed non Herodotea, forma exhibenda consensisse animadvertimus; *χρυσοῦ* S. Alii *Κροίσου*) haud dubie aliorum *Κροίσου* est restituendum, ut constanter alibi *Κροίσου*, *Κροίσῳ* etc. leguntur: I. 6. 7. 27. 29. 30. 35. 36. 37. 43. 71. 91. 92. 153. 211. III. 14. 34. 36. VI. 37. 125. VIII. 35. — Et V. 32 pro vulg. nunc *Κλεομβρότεω* (*Κλεομβρόντεω* S.) id quod jam olim hoc in loco vulgatum fuerat *Κλεομβρότου*, ut IV. 81. V. 41. VIII. 71. IX. 10. — Nomen autem *Βάττος* aliquam fortasse nobis injicere possit dubitationem, quum non semel tantum sed saepius forma *Βάττεω* pro *Βάττου* in Herodoteis libris inveniatur; sed quum istam nusquam sine codd. dissensu exstitisse mox viderimus, verum aut variari, aut formam *Βάττου* omnium librorum auctoritate muniri (cf. IV. 155. 156. 157. 161. 162. 163. 150), facile, credo, apparet, utra sit vera forma, ubique restituenda. Et variatur quidem his in locis: II. 181 *οἱ μὲν λέγουσι Βάττεω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω* nunc male vulgat., ubi illud *Βάττεω* ex propinquitate genuini genitivi *Ἀρκεσίλεω* corruptum fuisse videtur; sed *Βάττου* hoc in loco S. V. exhibent. — IV. 159 *ἐπὶ μὲν νυν Βάττεω τοῦ οἰκιστέω* nunc vulg., sed *Βάττου* P. K. F. Eod. cap. *Βάττεω τοῦ εὐδαίμονος*, ubi jam rectius cod. F. *Βάττου*. 160 (init.) *τούτου τοῦ Βάττεω — παῖς Ἀρκεσίλεως* nunc male vulg. cum S. *Βάττου* P. K. F. V. — 162 (init.) *τούτου τοῦ Βάττεω* vulg. nunc *Βάττου* S. P. K. F. — 205 *Βάττεω* male vulgat. *Βατταίου* K. F. S., qua in vitiosa scriptura veram, ubique reponendam *Βάττου*, latere quis est qui non videat? — Ac vix credo, satis explorate recentiores editores V. 37 *Κώην Ἐρξάνδρεω* (*ἀποπεμφθέντος Ἰητραγόρεω καὶ συλλαβόντος Ὀλίατον καὶ Ἱστιαῖον Τύμνεω καὶ Κώην Ἐρξάνδρεω καὶ Ἀρισταγόρην Ἡρακλείδεω* —) in ordinem recepisse (*Ἐξάνδρεω* S.) quum jam verum *Ἐρξάνδρου* hoc in loco Ald. al. cum F. Paris. (*ἐξ ἄνδρου* P. V. *Ἀλεξάνδρου* b. Vall.) exhibuerint, et *Κώης ὁ Ἐρξάνδρου* IV. 97 omnium librorum auctoritate muniatur; praeterea omnia alia nomina in *ανδρος* terminata ad vulgarem secundam declinationem et in genitivo et in aliis casibus flexa cernantur. Sic *Ἀλεξάνδρου* et alibi et II. 113. 116. V. 22. VII. 204. *Τιμάνδρου* IX. 69. *Μαιάνδρου* I. 18. 161. II. 10. III. 122. *Τισάν-*

δρου VI. 127 sqq. V. 66. Θερσάνδρου IV. 147. IX. 16. Κλεάνδρου VII. 154. Τερσάνδρου VI. 52. Ἡγησάνδρου V. 125. V. 137. Περιάνδρου III. 49. 51. V. 92, 6. Ἀρχάνδρου II. 97. 98. — ἀναστάτεω autem, quod I. 178 cod. S. suppeditavit pro vero ἀναστάτου, nemo unquam, nisi plane temerarius, in ordinem recipiat; simulque satis clare apparet, quam inepte hanc terminationem εω in nostri genuinam orationem intulerint, quamque procul ab ea illa sit habenda. — Praeterea quum accusativi forma Μεμβλίαρον IV. 147 sine varietate sic scripta exstet, et alii Μεμβλίαρος, Μεμβλιάρου etc. dicere soliti sint (cf. Paus. III, p. 159 (Sylb.)) patet genitivum Μεμβλιάρεω (IV. 147 et 148) sic Herodotum ipsum non potuisse ponere, sed Μεμβλιάρου; ac summo in errore Valck. versatum esse, quum pro vulgato illo Μεμβλίαρον conjecit Μεμβλιάρεα rescribendum esse.

Sed quam turpiter praeterea interdum de littera ε inserenda lapsi sint librarii grammaticique videre licet ex his vulgatis verbis (V. 35) ἐκ Σουσέων pro Σούσων, quae sola vera forma in multis aliis locis sine varietate invenitur III. 91. IV. 83. 84. V. 54. VI. 1. 119. Ald. quidem et alii VII. 239 Σούσῃσι exhibuerunt, sed nunc credo hoc vitium imitaturum esse facile neminem. — Porro ex ineptissima forma Θεσσαλέων V. 64, a nonnullis codd. Mss. et editt. (edd. vett. Gaisf. al.) praebita pro vera Θεσσαλῶν codd. F. S. V. (Bekk. al.) cujus solius rectae Herodoteaeque formae haud opus est ut plura afferantur exempla. — Etiam IV. 9 pro vulgato γλουτέων vel omnibus libris adversantibus equidem γλουτῶν, quod Herodotum ipsum hic scripsisse mihi persuasum est, reponi velim; ut jam VI. 57 ἀλφίτων pro perverso codicis K. ἀλφιτέων (sed eod. capite ἀλφίτων omnes sine varietate) et II. 36 ἀπὸ πυρῶν ζώουσι cum codd. M. F. S. K. pro πυρέων codd. R. V. Paris. Ald. Gsf. al. (sed πυρῶν sine varietate III. 22. IV. 33. VII. 187) et I. 94 πεσσῶν cum codd. P. F. a. c. d. (πεσῶν M. K. V. b.) pro Ald. al. πεσσέων (περσέων S.) et VII. 191 τῶν ναυηγίων pro scriptura cod. S. ναυηγιέων (quod fortasse ad alium etiam errorem referri potest) et I. 215 τῶν ἵππων pro scriptura cod. F. ἱππέων, et IX. 94 ἀστῶν cum codd. K. F. S. pro aliorum (Gaisf. al.) scriptura ἀστέων, intelligentiores editores nostro restituerunt. Quamquam nego apud Aretaeum exempli gratia βρυτέων pro βρύτων p. 9, 23 corrigendum esse.

Haec autem foemininis tantum apud nostrum concedenda forma in εων, ex αων extenuata, saepe a librariis, saepius etiam a nostris editoribus, inde ab Aldina usque ad recentiores, interdum fortasse sine codd. Mss. auctoritate, et in masculina et in neutra pronominum αὐτῶν et τούτων est inducta. Sed τούτων in masculino et neutro sine varietate omnibus in libris exstat I. 5. 7. 16. 29. 30. 32. 36. 37. 45. 54. 59. 63. 65. 82. 87. 88. 90. 91. 94. 106. 113 bis. 114. 130. 141. 143. 155. 165. 168. 171. 177. 192. 193. 202. 203. II. 17. 22. 25. 30. 35. 36 bis. 40. 43. 44. 45. 46 bis. 53 bis. 58.

61. 65. 75. 81. 85. 91. 93. 95. 96. 103. 108 ter. 114. 119 bis. 120. 121. 121, 3. 125. 126. 133 bis. 144 bis. 145 bis. 146 bis. 148. 154 bis. 160. 164. 165. 167. 171. 174 bis. III. 14. 25. 26. 35. 42. 44. 52. 53 bis. 60. 70 bis. 74. 80. 85. 90. 91. 93. 95 bis. 99. 101. 106. 108. 111 bis. 117. 128. 138 bis. IV. 2. 5. 16. 18 bis. 19. 23. 48. 81. 103. 106. 110. 114. 118. 119. 122. 124. 125 bis. 134. 147. 149. 152. 157. 159. 166. 169. 177. 180. 181. 185 bis. 194. 197. V. 29. 49. 52. 79. 82. 120. VI. 12. 26. 27. 52. 123. 124. 138. VII. 50, 2. 113. 157. IX. 37. 73.

Quum tot igitur sint loci, ubi omnes τούτων in genere masculino vel neutro recte servent, neque ullum varietatis vestigium illam veram scripturam in dubium vocet, statim ea contraria exempla vel a codd. Mss. praebita, vel in editiones immerito inducta, quae jam accuratius considerabimus, quis est cui non in suspicionem corruptelae veniant, praesertim quum non paucis in locis quidam codd. Mss. rectam jam dederint formam? — I. 50 καὶ τουτέων ἀπέφθου χρυσοῦ Bekk. al. sed τούτων Matth. al., quo ducit etiam codd. b. d. scriptura καὶ τοῦτον praebentium. — 68 τουτέων τῶν ἀνδρῶν Bekk. alii, τούτων Gaisf. al. cum M. F. a. c. recte. — 70 τουτέων τε ὧν εἵνεκεν vulg. τούτων Gaisf. S. M. F. a. e. — 73 τῶν κρεῶν τουτέων vulgo cum P. e. male. τούτων Gaisf. M. a. b. c. d. — 82 τουτέων εἶναι τὸν χῶρον Bekk. al. cum S. male; τούτων Gaisf. F. a. τοῦτον c. — 105 καὶ τοῖσι τουτέων ἐκγόνοισι vulg. τούτων Gaisf. M. F. a. b. — 125 τουτέων Πασαργάδαι vulg. τούτων Gaisf. F. — 146 οἱ μοῦνοι τουτέων vulg. τούτων Gaisf. M. F. a. c. — 146 τουτέων δὴ εἵνεκα vulg. τούτων Gaisf. al. (e codd. nihil est adnotatum). — 213 τῶν ἐπέων τουτέων vulg. τούτων Gaisf. S. F. a. b. c. d. — II. 3 αὐτέων τουτέων (neutr.) Bekk. al. male cum M. K. αὐτῶν τούτων Gaisf. F. S. — 4 καὶ τουτέων τὰ πλέω vulg. cum S. V. R. τούτων Gsf. M. K. F. — 19 τουτέων ὧν πέρι vulg. τούτων Gaisf. al. (e codd. nihil). — 28 οὐρέων τουτέων vulg. τούτων Gaisf. F. — 38 τουτέων πάντων vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 43 τουτέων τῶν θεῶν vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 134 τουτέων τῶν βασιλέων vulgat. τούτων Gaisf. F. — 155 τουτέων ἕκαστον vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 165 τουτέων τῶν νομῶν Bekk. alii male, τούτων Gaisf. F. S. — 175 ἠγάγετο δὲ τουτέων (λίθων) vulg. τούτων Gaisf. F. S. III. 123 ὕστερον τουτέων Bekk. al. cum S. τούτων Gaisf. et vulgo. — 159 τουτέων οὐδέτερον vulg. τούτων Gaisf. F. S. — IV. 3 ἐκ τουτέων τῶν δούλων Bekk. al. male cum S. τούτων Gaisf. F. — 9 τουτέων τῶν ἔργων vulg. τούτων Gaisf. al. — ὑπὲρ δὲ τουτέων et τουτέων δὲ Ὑπερβορέους vulg. τούτων utrobique Gsf. al. — 17 ὑπὲρ δὲ τούτων vulgat. αὐτέων male S. V. Ibid. τουτέων δὲ κατύπερθε vulg. male cum S. τούτων Gaisf. al. — 21 ὑπεροικέουσι τουτέων vulg. cum S. V. τούτων Gaisf. A. B. — 22 ὑπὲρ δὲ τούτων Gaisf. Bekk. al. τουτέων S. V. — 24 τῶν φαλακρῶν τουτέων vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 25 μέχρι μὲν δὴ

τουτέων γινώσκεται vulg. cum S. τούτων Gaisf. F. Ibid. αὐτέων τουτέων λεγόντων Bekk. al. αὐτῶν τουτέων S. αὐτῶν τούτων Gaisf. F. — 27 τὸ δὲ ἀπὸ τουτέων Bekk. al. cum S. τούτων Gaisf. et vulgo. Ibid. παρὰ δὲ τουτέων vulg. τούτων Gaisf. F. — 31 καὶ τουτέων εἵνεκα vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 33 ἀπὸ δὲ τουτέων vulg. cum S. τούτων Gaisf. F. — 37 τουτέων ὑπεροικέουσι vulg. τούτων Gaisf. F. — 43 παρὰ τουτέων vulg. τούτων Gaisf. — 50 τουτέων καταλεχθέντων vulg. τούτων Gaisf. F. — 53 μέγιστος τουτέων vulg. τούτων Gaisf. S. F. Ibid. τῶν ποταμῶν τουτέων vulg. τούτων Gaisf. S. F. — 54 τουτέων τῶν ποταμῶν Bekk. al. τούτων Gaisf. al. — 64 τουτέων τὰς κεφαλὰς vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 69 τουτέων — τὰς παῖδας vulgat. τούτων Gaisf. F. S. — 72 τουτέων τῶν διηκόνων vulg. τούτων Gaisf. S. — 79 πρότερον τουτέων vulg. τούτων Gaisf. al. τούτου S. — 84 ἐπὶ τουτέων vulg. τούτων Gaisf. S. — 87 τουτέων μυριάδες Bekk. al. τούτων Gaisf. al. cum F. τούτου S. Ibid. ὕστερον τουτέων vulg. τούτων Gaisf. al. — 95 ἐκ τουτέων Bekk. al. τούτων Gaisf. al. — 145 ὑπὸ τουτέων ἐξελαθέντες vulgo cum B. τούτων Gaisf. S. V. — 172 Αὐσχισέων τουτέων vulg. τούτων Gsf. S. V. F. K. — 173 ἐξαπολομένων τουτέων vulg. τούτων Gsf. al. — 174 τουτέων δὲ κατύπερθε vulg. τούτων Gaisf. al. — 176 Μακέων τουτέων Bekk. al. cum K. τούτων Gaisf. al. cum S. — 192 τουτέων οὐδὲν vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 197 καὶ τουτέων οἱ πολλοὶ vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 199 τουτέων συγκεκομισμένων vulg. τούτων Gaisf. S. V. F. al. V. 4 τουτέων δὲ τὰ μὲν Γέται vulg. τούτων Gaisf. al. — 9 τουτέων τοὺς οὔρους vulgat. τούτων Gaisf. al. — 13 ἔχοντες τουτέων vulg. τούτων Gaisf. al. cum S. — 17 ὕστερον τουτέων vulg. τούτων Gaisf. al. — 18 προςχρηΐζετε τουτέων (neutr.) Gaisf. Bekk. al. male; τούτων Matth. Apetz. (e codd. nihil). — 20 χρηΐσας τουτέων vulg. τούτων Gsf. al. τοῦτον b. — 21 τῶν ἀνδρῶν τουτέων vulg. τούτων Gsf. F. Ibid. τῶν Περσέων τουτέων vulg. τούτων Gaisf. F. — 28 κατύπερθε τουτέων vulg. τούτων Gaisf. F. — 32 ὑστέρῳ χρόνῳ τουτέων vulg. τούτων Gaisf. S. Ibid. στρατηγὸν δὲ τουτέων vulgat. τούτων Gaisf. al. recte; nam τούτων non ad formam praecedentis τριήρεας est referendum, sed ad subaudiendum στρατιώτας cf. Popp. Thucyd. Vol. I, p. 102 sq. Herm. ad Vig. p. 714. Ac similiter noster dixit VII. 133 ἐς δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρθην οὐκ ἀπέπεμψε Ξέρξης — κήρυκας τῶνδε εἵνεκεν — οἱ μὲν αὐτῶν — οἱ δέ. — V. 35 τουτέων ἕκαστα vulg. τούτων Gaisf. F. S. — 39 τουτέων οὐδέτερα vulg. τούτων Gaisf. al. — 45 μαρτύρια δὲ τουτέων vulg. τούτων Gaisf. al. — 54 ἀτρεκέστερον τουτέων vulgat. τούτων Gaisf. al. cum F. S. — 75 τουτέων τοῦ ἑτέρου vulg. τούτων Gaisf. al. cum S. — 77 ὅσους τουτέων vulg. τούτων Gsf. al. — 79 ἀκούσαντες — τουτέων vulg. τούτων Gaisf. al. — 91 τουτέων ἕκαστα vulg. τούτων Gaisf. al. cum S. — 92, 2 τουτέων τῶν ἀνδρῶν vulg. τούτων Gaisf. al. — 94 τουτέων οὐδέτερα vul-

gat. *τούτων* Gaisf. al. — 109 *ὁκότερα τουτέων* vulgat. *τούτων* Gaisf. al. — 112 *καὶ τουτέων Σάμιοι* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 113 *γινομένων τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. cum F. S. VI. 3 *τουτέων εἵνεκα* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 4 *τουτέων γενομένων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 8 *εἴχοντο τουτέων Πριηνέες* Gaisf. Bekk. et vulgo. *τούτων* recte Matth. Apetz. (e codd. nihil adnotatum). — 9 *τουτέων τῶν ἀνδρῶν* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 22 *τουτέων ἐπικαλεομένων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 27 *μοῦνοι τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 30 *αὐτέων τε τουτέων* vulg. *αὐτῶν τούτων* Gaisf. al. — 36 *πρότερον τουτέων* vulg. *τούτων* Gsf. al. — 40 *τρίτῳ ἔτεϊ τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 42 *πλέον — τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 45 *δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 46 *ἐλάσσω — τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 55 *περὶ τουτέων εἰρήσθω* vulg. *τούτων* Gaisf. al. Ibid. *τουτέων μνήμην* vulg. cum S. *τούτων* Gaisf. al. cum F. — 57 *ἀπὸ τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. Ibid. *σπονδαρχίας εἶναι τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 58 *τουτέων τῶν εἱλωτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 63 *πρότερον τουτέων* vulg. *τούτων* Gsf. al. — 79 *πυνθανόμενος τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 86 *τὰ ἐναντία τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 86, 2 *οὐδὲν τουτέων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 91 *εἷς τουτέων* vulg. *τούτων* Gsf. al. — 92 *τουτέων οἱ πλεῦνες* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 100 *τουτέων ἑκάτερα* vulg. cum S. *τούτων* Gaisf. al. cum F. — 107 *τουτέων ἕνα* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 109 *τουτέων τῶν πρηγμάτων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 124 *προσωτέρω — τουτέων* vulgat. *τούτων* Gaisf. al. — 128 *ἀπικομένων τουτέων* vulg. *τούτων* Gsf. al. Ibid. *τουτέων μᾶλλον* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — 131 *τουτέων συνοικησάντων* vulg. *τούτων* Gaisf. al. — Eodemque modo 135 *ἀντὶ τουτέων* et *αἰτίην τουτέων* male vulgata sunt, et 138 *τουτέων ἄρχειν πειρῴατο.* — 140 *ὕστερον τουτέων.* VII. 1 *τουτέων περιαγγελλομένων.* — 8, 3 *τουτέων εἵνεκα* et *τουτέων τῶν κατέλεξα.* — 12 *δεδογμένων τουτέων.* — 16, 3 *τουτέων ἐπιτελευμένων.* — 18 *τουτέων λεχθέντων.* — 40 *ποιησάντων τουτέων* et *ὄπισθε τουτέων.* — 41 *τουτέων χίλιοι* et *ἐντὸς τουτέων.* — 46 *τουτέων ἐόντων τοσούτων* et *οὔτε τουτέων οὔτε τῶν ἄλλων.* — 50 *τουτέων ἕκαστα.* — 51 *ἄνευ τουτέων.* — 54 *ἀντὶ τουτέων.* — 56 *ἄνευ τουτέων* (*τούτου* S.). — 62 *ὕστερον τουτέων.* — 63 *τουτέων μεταξύ.* — 66 *τουτέων δὲ ἦρχον* id. c. 68. — 73 *τουτέων συναμφοτέρων.* — 77 *τουτέων πάντων ἦρχε.* — 79 *τουτέων — ἦρχε.* — 80 *τουτέων νησιωτέων* et *δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων.* — 82 *ἐστρατήγεον τουτέων.* — 83 *τῶν μυρίων τουτέων.* — 85 *τουτέων τῶν ἀνδρῶν* et *τουτέων μὲν αὕτη ἡ μάχη.* — 90 *τουτέων τοσάδε ἔθνεα.* — 96 *τουτέων — Φοίνικες, καὶ Φοινίκων Σιδώνιοι.* — 102 *ἐλάσσονες τουτέων.* — 103 *τουτέων τῶν ἀνδρῶν* et *τουτέων οὐδέτερα.* — 104 *τουτέων τῶν ἀνδρῶν* id. 137. 209. 234. VIII. 39. 138. — VII. 110 *τουτέων οἱ μέν.* — 112 *δεύτερα τουτέων.* — 115 *τουτέων ἕκαστα* (*τούτων* F.). — 126 *τουτέων ποταμῶν* id.

127. — 129 τουτέων τῶν λεχθέντων. — 133 ἐκ τουτέων φέρων et τουτέων εἵνεκα. — 144 τουτέων τῶν χρημάτων. — 147 νοστησάντων τουτέων. — 150 τουτέων πέρι. — 151 ὕστερον τουτέων. — 153 τουτέων τῶν θεῶν et τὰ ὑπεναντία τουτέων. — 164 πρότερον τουτέων id. 194. VIII. 95. 96. 132. — VII. 164 ἐλάχιστον τουτέων. — 171 ἀντὶ τουτέων. VIII. 106. 142. — VII. 185 τουτέων τῶν ἐθνέων. — 187 οὐδ' ἂν τουτέων. — 197 μελλόντων τουτέων. — 198 τουτέων — χώρων. — 200 οὐρέων τουτέων. — 209 ἕκαστα τουτέων. — 213 ὕστερον τουτέων id. IX. 75. 105. — VII. 222 τουτέων δὲ Θηβαῖοι. — 229 τουτέων τῶν τριηκοσίων et τουτέων τὰ ἕτερα. — 232 τῶν τριηκοσίων τουτέων. — 233 ἀποσχισθέντες τουτέων et τῶν λόγων τουτέων. — 234 τουτέων ὁκόσοι. — VIII. 5 τουτέων τῶν χρημάτων bis. — 22 μηδέτερον τουτέων. — 23 ἀπαγγειλάντων τουτέων. — 24 τουτέων ἐόντων et ὑπολιπόμενος τουτέων. — 29 τουτέων ἀμφοτέρων. — 38 τουτέων πάντων. — 47 ἐκτὸς τουτέων. — 55 τουτέων ἐπεμνήσθην. — 60, 1 τουτέων τοῖσι λέγουσι. — 73 τουτέων τὰ μὲν δύο. — 73 τουτέων τῶν ἐθνέων (sic S. τούτων F.). — 75 τουτέων τῶν πρηγμάτων. — 82 ἀπιστεόντων — τουτέων. — 85 τουτέων μούνων. — 88 ἀπὸ τουτέων. — 90 τουτέων λεγόντων. — 97 οὐδὲν τουτέων. — 98 τουτέων τῶν ἀγγέλων. — 100 τις τουτέων. — 101 ὁκότερον τουτέων. — 105 τουτέων τῶν Πηδασέων. — 111 τουτέων τῶν θεῶν. — 115 τουτέων καρπόν. 118 τουτέων ἀπαλλαγή. — 134 ὁκότερα τουτέων. — 136 τουτέων προσγενομένων. — 140, 1 τουτέων ἀπιγμένων. — 142 τουτέων ἁπάντων (τουτέων πάντων S. V.). — IX. 4 τουτέων εἵνεκα. — 16 τουτέων πάντων. — 27 προέχει τουτέων. — 28 τουτέων — πεντακισχιλίους et τουτέων δ' ἔσαν et τουτέων ἐχόμενοι ter et τουτέων δὲ Σικυώνιοι et τουτέων δὲ εἴχοντο et τουτέων — τετρακόσιοι et τουτέων δὲ Χαλκιδέες et τουτέων δὲ Ἀμπρακιητέων et εἴχοντο δὲ τουτέων Πλαταιέες. — 29 τουτέων πᾶς. — 41 τουτέων φειδομένους. — 46 τουτέων τῶν ἀνδρῶν (sic et S.). — 50 περὶ αὐτέων τε τουτέων καὶ ἄλλων et τουτέων τοιούτων ἐόντων. — 58 τουτέων μὲν ἑτέρωθι. — 71 τουτέων ἐκράτησαν. — 82 συνελθόντων δὲ τουτέων (vulgo et Gaisf. τούτων Matth. Apetz.). — 83 τουτέων τῶν νεκρῶν (vulgo. τούτων Gaisf. al. cum F. S.). — 85 τουτέων πάντων. — 93 τουτέων τελεομένων. — 94 τουτέων ἐπήβολος. — 98 τουτέων οὐδέτερα id. 111. — 106 ἀντιτεινόντων τουτέων. — 107 οὐδὲν — τουτέων (vulg. sed Gaisf. al. cum P. K. V. F. S. τούτων). — 113 ἀκηκοὼς τουτέων. — 121 πλέον τουτέων. Quibus omnibus in locis pro vulgato τουτέων Gaisf. (istis paucis exceptis exemplis) et alii quidam recte τούτων reposuerunt. Quamquam enim hi plurimi sunt loci, ubi inter τούτων et τουτέων in genere masculino et neutro variatur, tamen ita sunt comparati, ut plerumque unus certe liber vel manuscriptus vel impressus quoque in loco veram dederit formam; quem quidem librum utrum alii etiam codd. Mss. secuti sint, an ubi plane nihil varietatis a

collatoribus adnotatum est, ibi illi editores sua auctoritate verum restituerint, quamquam plerumque ignoramus et incerti haeremus, tamen saepius etiam, quam adnotatum est, codd. quosdam Mss. formam restitutam restituendamque agnoscere suspicari licet; quare laudandi sunt ii editores dignique, quos hac quidem in re omnes imitentur, qui sua auctoritate olim vulgatae ac non Herodoteae formae alteram τούτων praetulerint. Quum enim jam supra viderimus non paucis in locis formam τούτων in genere masculino et neutro omnibus in libris recte haberi, quam justam afferamus causam, cur Herodotum, utpote quem minime e more aliorum quorundam posteriorum scriptorum Ionicorum variasse aut litteras quasdam otiose inserendo speciem quandam Ionismi captasse tota haec disputatio docuit ac docebit, illis in locis aut variare voluisse statuamus, aut ubique τουτέων scribere foeminino tantum generi relinquendum? Nulla puto justa afferri potest causa. Quare ubique τούτων in genere masculino et neutro est scribendum; etiam iis duobus in locis, qui soli, quantum equidem sciam, omnibus in editionibus adhuc in mendo cubant; sunt vero hi loci V. 85 et VII. 124 quorum in priore vulgo eduntur ὑπὸ τουτέων (neutr.) ἀλλοφρονῆσαι pro τούτων, et in posteriore καὶ τὰς μεταξὺ πόλις τουτέων (neutr.) pro vero τούτων; utrobique nulla varietate adnotata.

Idem est judicandum de αὐτέων in genere masculino et neutro, quae forma ex foeminino aut ex aliis proxime antegressis vel secutis vocabulis in εων exeuntibus huc male invecta esse potius statuenda est, quam ipsius a manu Herodoti profecta. Sunt autem multi loci, ubi αὐτῶν recte scriptum omnibus in libris servatur: I. 5. 13. 30. 31 bis. 46. 50. 54. 63. 64. 86. 94 quater. 95. 97. 98. 104. 105. 115. 133. 140. 145. 147. 152. 163. 165 bis. 167. 186. 187. II. 10. 36. 53. 65. 69. 77. 81. 90. 92. 96. 101. 104. 118. 121, 2. 122. 137. 141. 151. 152. 47 bis. 49. III. 8. 15. 50. 54. 58 bis. 67. 71. 72. 76. 77. 82. 84. 85. 98. 101. 110. 118 bis. 134. 140. 151. IV. 3. 20. 66. 77. 108. 128. 130. 148. 157. 159. 167. 168. 175. 180. 187. V. 57. VII. 229. VIII. 140, 1. IX. 37. 61. 85. — In aliis multis locis variatur: I. 26 τοῖσι δὲ αὐτέων male vulg. cum R. V. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. S. F. a. b. c. d. e. — 29 ὡς ἕκαστος αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. F. S. a. b. c. — 32 ὅς δ' ἂν αὐτέων vulg. cum R. V. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. M. a. c. d. — 54 τῷ βουλομένῳ αὐτέων vulg. αὐτῶν Matth. Apetz. cum a. c. d. — 66 ὅσοι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. F. a. b. d. — 73 σφέων αὐτῶν nunc recte vulg. Olim σφέων ἑωυτέων!! — 78 φανέντων αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. F. a. b. c. e. — 89 ἐξ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. M. K. F. a. b. c. d. Ibid. ὅς ἂν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum codd. quibusdam. — 107 παρ' αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. al. — 114 ὁ δὲ αὐτέων vulg. cum V. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. F. S. b. c. Ibid. τὸν δὲ κού τινα αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 119 τὸ βούλεται αὐτέων vulg. αὐτῶν

Gaisf. al. cum M. K. S. F. a. b. d. — 125 τὰ μὲν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 126 αὐτέων τὸ μέσον vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 127 στρατηγὸν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. K. F. a. (b.) c. d. αὐτόν S. V. b. Ibid. οἱ μέν τινες αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gaisf. al. — 133 οἱ δὲ πένητος αὐτέων vulgat. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. et Athen. IV, p. 144 A. — 135 ἕκαστος αὐτέων Bekk. alii male cum M. K. αὐτῶν edd. vett. Gsf. al. cum F. a. c. — 141 ἀκούσας αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 142 Μίλητος μὲν αὐτέων πρώτη πόλις Bekk. al. male; αὐτῶν edd. vett. Gaisf. al. cum F. a. c. — 143 τοῖσι δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. M. K. F. a. c. Ibid. οἱ πολλοὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. F. a. c. Ibid. ἐπὶ σφέων αὐτέων vulg. cum P. αὐτῶν Gaisf. al. — 144 σφέων αὐτέων vulgat. αὐτῶν Gaisf. al. cum plerisque Mss. (αὐτῶν Ald.). — 146 οἱ δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 152 σφέων αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. K. F. a. c. — 165 ἡ δὲ αὐτέων νῆσος vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 167 ἔλαχόν τε αὐτέων πολλῷ πλέους (πλείους) vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum K. M. F. — 173 αὐτέων Σαρπηδὼν ἦρχε vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. K. F. a. c. Ibid. πρῶτος αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. K. F. c. — 177 τὰ μέν νυν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. a. c. — 193 πλεῦνες αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. S. K. F. a. b. c. Athen. XIV, p. 651 C. — 194 τὰ μέγιστα αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. a. b. c. d. — 200 αὐτέων πατριαί vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. Paris. Ibid. ὃς — αὐτέων vulgat. αὐτῶν Gaisf. al. — II. 2 ἀντίον αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. F. f. — 3 τὰ οὐνόματα αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. Ibid. περὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. Ibidem τὰ — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 15 τοὺς ὑπολειπομένους αὐτέων vulg. cum R. V. αὐτῶν Gaisf. al. cum M. S. F. — 16 περὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 17 τῷ μὲν — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 19 παρ' αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 45 αὐτέων ὁ μῦθος vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 47 ἐξ αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 52 οὐδενὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 63 πολλοὶ αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gsf. al. cum M. P. K. F. — 78 τοῖσι εὐδαίμοσι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. — 80 οἱ νεώτεροι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 86 παρ' αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 92 ἕκαστος αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 93 οἱ — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 95 πᾶς ἀνὴρ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 102 ὁτέοισι — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. (αὐτῷ F.) — 141 τοὺς φαρετρεῶνας αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 146 περὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. Ibid. αὐτέων τὴν γένεσιν vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 147 τὸν — σπείσαντα αὐτέων vulg. αυτῶν Gaisf. al. cum F. — 148 τὰ δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 151

ἔσχατος — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 164 οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 171 ἕκαστα αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 172 αὐτέων βασιλεύς vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. F. f. — 175 οὐκ ἥκιστα αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 178 βουλομένοισι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. Ibid. μέγιστον αὐτέων τέμενος vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — III. 17 τῷ βασιλέϊ αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gaisf. al. recte. — 21 τῷ βασιλέϊ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 22 αὐτέων τὰ εἵματα et κόσμον αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 23 πολλοὺς αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 24 τὰς θήκας αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 25 αὐτέων τινές et σφέων αὐτέων male vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 26 οἱ δ' αὐτέων et περὶ αὐτέων et ὑπ' αὐτέων Ἀμμωνίων et μεταξὺ — αὐτέων male vulgat., Gsf. al. ubique αὐτῶν (e codd. nihil adnotatum). — 39 τὸν μὲν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. — 78 ὁ μὲν δὴ αὐτέων et τῷ μὲν δὴ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 79 αὐτέων τὰς κεφαλάς vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. Ibid. πέντε αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. (e codd. nihil adnotatum). — 89 τοῖσι μὲν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 99 τινες αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 100 ὅς — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 102 εἰσὶ — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. V. M. P. K. — 117 τῶν Χορασμίων αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum codd. mss. Ibid. τοῖσι — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum codd. mss. praeter S. — 122 τὰ μὲν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 148 αὐτέων ὅσα βούλοιτο vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 157 αὐτέων τοῦτο vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — IV. 3 εἷς αὐτέων f. αὐτῶν Gsf. Bekk. alii. — 6 νεωτάτου αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gsf. al. cum F. — 8 ὑπὲρ σφέων αὐτέων vulg. cum S. V. αὐτῶν Gaisf. al. cum aliis codd. — 9 ὁρᾷς αὐτέων κ. τ. λ. vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 10 Ἀγάθυρσον αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. Ibid. νεώτατον αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gsf. al. cum F. — 31 περὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. — 33 περὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 45 νομιζομένοισι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. — 47 εἰσὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 64 πολλοὶ δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 69 ἐπεὰν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum F. S. — 72 αὐτέων τὴν κοιλίην vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. Ibid. ἐς τὸ πρόσθε αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. — 75 γυναῖκες αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 80 μελλόντων δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 94 οἱ δὲ αὐτέων, vulg. cum codd. quibusdam. αὐτῶν Gsf. al. Ibid. σφέων αὐτέων et οἱ μὲν αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 98 ἐς τὴν ὑμετέρην αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. cum S. — 123 ἐξ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 137 ἕκαστος αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 139 ὑμέων αὐτέων vulg. cum M. P. K. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 159 ὀλίγοι τινὲς

αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 184 ἑκάστῳ αὐτέων et χώρην αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 187 μετεξέτεροι δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 202 ὅσοι αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 203 τοὺς ὑπολειπομένους αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — V. 5 τις αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 7 βασιλέες αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 8 εὐδαίμο(νε)σι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 9 τοὺς ἵππους αὐτέων Gaisf. Bekk. et vulgo. αὐτῶν recte Matth. Apetz. — 14 γυναῖκες αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 15 ἐς τὰς πόλις αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. et F. — 21 ἡ θεραπηΐη αὐτέων vulg. cum S. αὐτῶν Gaisf. al. — 27 περιεοῦσι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 29 αὐτέων ἄνδρες vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. Ibid. ἔφασαν αὐτέων vulgo. αὐτῶν Gaisf. al. (αὐτόν f.). — 36 ἕνα δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 38 τὸν σφέτερον αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. — 41 ποιεύντων αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 45 ἑκάτεροι αὐτέων et ὁκοτέροισι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 49 ἡ δὲ μάχη αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 52 ὁ πρότερος αὐτέων et 63 τοὺς περιγενομένους αὐτέων et 65 αὐτέων τὰ πρήγματα. ἐκ τῶν αὐτέων γεγονότες vulgo; sed Gaisf. al. ubique αὐτῶν, nulla varietate adnotata. — 70 οἱ συστασιῶται αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 72 ὅσοι — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 73 ἐπὶ σφέων αὐτέων vulg. ut 77 ἑπτακοσίους αὐτέων et πέδας αὐτέων. — 79 ἀπὸ σφέων μὲν αὐτέων et λεγόντων αὐτέων. — 81 ἐπικειμένων αὐτέων. — 83 ὑπαιρέονται αὐτέων; sed Gaisf. al. ubique recte αὐτῶν, nulla varietate enotata. — 84 ἐστερῆσθαι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 85 αὐτέων κρατῆσαι vulg. αὐτῶν Gaisf. al. (αὐτῷ F.). — 87 τὸν ἀποσωθέντα αὐτέων et λέγουσι αὐτέων vulg. αὐτῶν utrobique Gaisf. al. cum F. — 91 οἱ περίοικοι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 92, 3 σφέων αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — αὐτέων ἐνὶ vulg. cum S. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — Ibid. πρῶτον αὐτέων vulg. cum F. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 93 ἅπας τις αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 98 ἐπὶ τὴν ὑμετέρην αὐτέων et οἱ δέ τινες αὐτέων vulg. ut 99 αὐτέων Μιλησίων. — 102 πολλοὺς αὐτέων et οἱ δὲ αὐτέων. — 111 ἕτερον αὐτέων. — 119 διαφυγόντες αὐτέων. — 121 στρατηγοὶ αὐτέων; sed Gsf. al. recte ubique αὐτῶν reposuerunt, nulla varietate enotata. — VI. 2 καταγνωσθεὶς πρὸς αὐτέων male vulgat. cum M. P. K. a. b. c. d. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 5 πλὴν ἢ ὅσοι αὐτέων vulg. ὅσαι αὐτέων S. ὅσοι αὐτῷ M. P. K. b. ὅσοι αὐτῶν F. et alii recte; nam ad ὅσοι subaudiendum esse οἱ ναῦται patet, cf. Popp. Thucyd. l. l. Matth. gr. gr. II, 976. — 7 σφέων αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 15 τοῖσι κακοῖσι αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 23 βασιλεὺς αὐτέων et κορυφαίους αὐτέων vulg. nulla varietate enotata, ut 27 ἐνενήκοντα αὐτέων et καταστροφὴν αὐτέων; sed Gaisf. al. his in locis recte αὐτῶν posuerunt. — 44 οἱ

δὲ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. — 47 αὐτέων θωυμασιώτατα vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 52 αὐτέων τὸν πρεσβύτερον vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. S. — 53 τοὺς πατέρας — αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al., nulla varietate enotata. Item 55. περὶ αὐτέων εἴρηται vulg. αὐτῶν Gaisf al. — 58 αὐτέων Σπαρτιητέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. — 60 οἱ κήρυκες αὐτέων vulg. αὐτῶν Gsf. al. — 66 περὶ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al. cum F. αὐτόν S. 75 ἐξ ἱροῦ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al., nulla varietate enotata, item Gaisf. al. αὐτῶν recte restituerunt pro vulgato αὐτέων: 78 πολλοὺς αὐτέων. — 79 αὐτέων τὰ ἄποινα et αὐτέων τις ἀναβάς. — 83 οἱ δοῦλοι αὐτέων. — 84 παρ' αὐτέων. — 96 τοὺς κατέλαβον αὐτέων. — 97 ἐπὶ τὰ ὑμέτερα αὐτέων. — 98 ἀπ' αὐτέων τῶν κορυφαίων. — 100 οἱ μὲν — αὐτέων vulg. cum S. F. αὐτῶν Gsf. al. Ibid. ἄλλοι δὲ αὐτέων vulg. cum F. αὐτῶν Gaisf. al. cum S. — 108 ὑπὲρ αὐτέων vulg. αὐτῶν Gaisf. al., ut 110 pro vulgato ἑκάστου αὐτέων. — 112 pro μεταίχμιον αὐτέων. — 113 τοῖσι ῥήξασι αὐτέων. — 120 τὸ ἔργον αὐτέων. — 128 τὰς πάτρας αὐτέων et διεπειρᾶτο αὐτέων et ὅσοι — αὐτέων. — 138 τις αὐτέων ὑπ' ἐκείνων. — VII. 6 pro vulg. τῶν αὐτέων λόγων. — 9, 1 pro αὐτέων παῖδας. — 11 ἡ γῆ αὐτέων. — 14 ἐξ αὐτέων ἀνασχήσει. — 29 ἀντ' αὐτέων. — 61 σφέων αὐτέων. — 77 εἶχον — αὐτέων. — 83 εἴ τις αὐτέων. — 84 ὁ πεζὸς αὐτέων et μετεξέτεροι αὐτέων. — 89 πλῆθος αὐτέων. — 90 βασιλέες αὐτέων. — 96 τεταγμένοισι αὐτέων et ὅσοι αὐτέων. — 101 περὶ αὐτέων. — 110 οἱ δὲ αὐτέων. — 128 διὰ μέσου — αὐτέων. — 133 οἱ μὲν αὐτέων. — 136 πρὸς αὐτέων. — 137 μετὰ δὲ αὐτέων. — 138 οἱ μὲν αὐτέων. — 152 περὶ αὐτέων et ἕκαστοι αὐτέων. — 156 τοὺς μὲν αὐτέων. — 161 αὐτέων βουλομένων. — 165 στρατηγὸν αὐτέων. — 167 ὑπ' αὐτέων Καρχηδονίων. — 170 αὐτέων Ταραντίνων. — 177 αὐτέων οἱ μέν. — 187 οὐδεὶς αὐτέων. — 188 ὅσοι αὐτέων (αὐτ. omis. M. P. K. F. b. c. d.). Ibid. αἱ νέες αὐτέων. — 194 μαθόντες αὐτέων. — 196 μέγιστος αὐτέων. — 203 μεγίστοισι αὐτέων. — 207 ἐόντων αὐτέων. — 211 αὐτέων τῶν Σπαρτιητέων. — 219 οἱ δὲ αὐτέων. — 222 ἐστρατήγεε αὐτέων. — 223 πολλοὶ μὲν δὴ — αὐτέων. — 224 τοῖσι πλέο(νε)σι αὐτέων. — 225 τοῖσι αὐτέων. — 226 πλῆθος αὐτέων. — 233 πλεῦνας αὐτέων. — 234 αὐτέων τὰς διεξόδους. Praeterea VIII. 3 pro vulg. ἐδέοντο αὐτέων reposuerunt αὐτῶν et 7 pro αὐτέων τὴν — ὁδόν. — 9 pro ἀπόπειραν αὐτέων. — 10 pro οὐδεὶς αὐτέων. — 13 ταχθεῖσι αὐτέων. — 27 σύμμαχοι αὐτέων et ὅπλα αὐτέων. — 28 τὴν ἵππον αὐτέων. — 29 ἀντ' αὐτέων. — 32 πλεῦνες αὐτέων. — 34 ἡ στρατιὴ αὐτέων et τὰς πόλις αὐτέων. — 35 ἄλλοι αὐτέων. — 36 αὐτέων οἱ πλεῖστοι. — 38 πλῆθός τι αὐτέων. — 40 προσεδεήθησαν αὐτέων. — 50 pro αὐτέων ἐκλελοιπότων, αὐτῶν ἐκλ. cum cod. F. — 56 pro vulg. cum S. ὑπολειπομένοισι αὐτέων, αὐτῶν cum F. — 61, 1 pro vulg. ναυτικῷ αὐτέων nulla varietate enotata, αὐτῶν, ut 65 pro vulg. αὐτέων ὁ βουλόμενος. —

66 *αὐτέων ἀπολομένοισι.* — 68, 2 *τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων.* — 74 *αὐτέων ἀνὴρ ἀνδρὶ* et *περὶ τῶν αὐτέων.* — 85 *αὐτέων ὀλίγοι.* — 102 *περὶ σφέων αὐτέων.* — 109 *σφέων αὐτέων* et *ἡμέων τε αὐτέων.* — 112 *διὰ τῶν αὐτέων ἀγγέλων.* — 115 *τοὺς δὲ — αὐτέων.* — 116 pro vulg. cum S. *αὐτέων ὁ πατήρ*, *αὐτῶν* cum F. — 121 pro *αὐτέων τὴν χώρην* nulla varietate enotata *αὐτῶν τὴν χ.* — 123 pro *πάντες αὐτέων* (*αὐτ.* omis. S. V.). — 129 pro *οἱ μὲν δὴ αὐτέων.* — 135 pro *παρ' αὐτέων.* — 137 pro *νεώτατος αὐτέων.* — IX. 15 pro *κατ' ἔχθος αὐτέων.* — 17 pro vulg. cum S. *αὐτέων ὁπλῖται.* Ibid. pro vulg. *δι αὐτέων φωκέων* et *μαθέτω τις αὐτέων.* — 18 pro *αὐτέων πειρηθῆναι ἠθέλησε.* — 26 pro *σφέων αὐτέων.* — 28 pro *ἐστρατήγεε δ' αὐτέων.* — 31 *ἀλλά τινες αὐτέων.* — 39 pro vulg. *τὰ λοιπὰ αὐτέων*, *αὐτῶν* cum Suid. s. v. *ἄδην.* — 46 pro *τὴν μάχην αὐτέων.* — 55 pro *αὐτέων τοὺς πρώτους.* — 67 pro *τριηκόσιοι αὐτέων.* — 69 pro *αὐτέων ἑξακοσίους.* — 70 pro *τις αὐτέων.* — 71 pro *ὅς — αὐτέων.* — 72 pro *αὐτέων Λακεδαιμονίων.* — 80 pro vulg. (Bekk. Gaisf. al. cum codd.) *ὅσα αὐτέων*, *αὐτῶν* Matth. Apetz. — 81 *τοῖσι ἀριστεύσασι αὐτέων* Gaisf. Bekk. et vulg. cum codd. *αὐτῶν* recte Matth. Apetz. — 84 *ὅστις αὐτέων* vulg. cum F. *αὐτῶν* Gaisf. al. cum S. — 86 *αὐτέων τοὺς μηδίσαντας* et *ἐν πρώτοισι δὲ αὐτέων* et *τήν τε γῆν αὐτέων* vulgo. *αὐτῶν* ubique Gaisf. al. — 90 *τάς τε γὰρ νέας αὐτέων* vulgo. *αὐτῶν* Gaisf. al. — 96 *σφέων αὐτέων* vulg. *σφέων αὐτῶν* Gaisf. al. — 101 *περὶ σφέων αὐτέων* vulg. *αὐτῶν* Gaisf. al. — 103 *οἱ μετ' αὐτέων* vulg. et *αὐτέων τῶν Ἑλλήνων*, *αὐτῶν* Gaisf. al. — 119 *μετ' αὐτέων* vulg. *αὐτῶν* Gaisf. alii.

His igitur in locis etsi sunt plurimi ubi variatur, tamen codd. ipsi mss. saepissime legitimam formam praebuerunt, ut magis nostri editi libri quam manuscripti corrigendi esse videantur; neque ullum mihi videtur impedimentum obstare, quin etiam uni cuidam loco, omnibus in editionibus adhuc mendose scripto, eandam adhibeamus medelam, quamvis nihil varietatis e codd. mss. adnotatum sit. Is unus locus est I. 9 ubi in his vulgatis verbis *ἀρρωδέων, μή τι οἱ ἐξ αὐτέων* (neutr.) *γένηται κακόν*, *αὐτέων* haud dubie in *αὐτῶν* vertendum est. Sed vulgatum *αὐτέων* IV. 114 in his verbis: *Αἱ δὲ* (*Ἀμάζονες*) *ἔλεξαν τάδε . . . . καὶ ἔπειτα ἐλθόντες οἰκέωμεν ἐπ' ἡμέων αὐτέων*, non mutandum esse censeo. Quamquam enim et viri et foeminae verbis istis *ἐπ' ἡμέων αὐτέων* comprehenduntur, tamen quum foeminae sint quae loquuntur, et quarum in voluntate hic omnia vertebantur, facile patet, qui factum sit, ut foemininum genus antehaberetur. Quod exemplum dignum mihi esse videtur, quod in nostros grammaticos libros recipiatur.

Omnia autem illa exempla, ubi *τουτέων* et *αὐτέων* in genere masculino et neutro, vel omnibus in libris vel in aliquot apparuerunt, perversa esse, et in genuina *τούτων* et *αὐτῶν* vertenda, eo confidentius contendere posse mihi videor, quo magis omnes libros et mss. et editos in exhibendis veris formis *ἑωυτῶν*, *τοιούτων*,

τοσούτων in genere masculino et neutro ubique sibi constitisse video: τοσούτων VII. 46. τοιούτων I. 83. II. 22. 120. IV. 140. VI. 12. 69. VII. 226. IX. 50; et saepissime ἑωυτῶν I. 82. 94. 96. 102. 114. 134 ter. 135. 142. 165. II. 2 ter. 32. 67. 91. 93. 121, 4. 123. 137. 143. 162. 178. III. 19. 21. 38 bis. 79. 159. IV. 11 bis. 33. 105. 111. 132. 140. 160. V. 20. 30. 44. 73. 91. 98. VI. 15. 23. 41. VII. 10, 5. 103. 148. 175. 178. 181. 236. VIII. 10. 19. 22. 41. 46. 49. 70. 73. 86. 111. 124. 130. 141. IX. 17. 38. 65. 77. 85 bis. 102. 106. 116 117.

Huc etiam haud ignobilis cujusdam veteris grammatici testimonium, Apollonii dico, accedit, qui in libro de pronomine p. 343 A. haec dixit: ὡς τὸ νυμφέων διαιρεῖται, οὕτω καὶ τὸ αὐτῶν, ὁπότε θηλυκὸν σημαίνει, καὶ τὸ αὐτάων, ubi diserte et expresse addidit ὁπότε θηλυκὸν σημαίνει; neque agnoscit igitur αὐτέων aut τουτέων in genere masculino aut neutro. Negat quidem Lobeckius (ad Buttm. gr. gr. II, p. 338) illud recte ex Apollonii verbis concludi posse, quoniam eo in loco non nisi foemininum genus sit commemoratum; sed si eandem formam etiam in genere masculino et neutro agnovisset, dixisset, puto, non οὕτω καὶ τῶν αὐτῶν, ὁπότε κ. τ. λ., sed οὕτω καὶ τῶν αὐτέων, ὁπότε κ. τ. λ., ut hac ratione hoc αὐτέων ab illo αὐτέων in genere masculino et neutro distingueret; aut alio in loco vel is grammaticus vel alius formas τουτέων, αὐτέων masculini vel neutrius generis commemorasset. Sed nusquam talem locum ex illis allatum, ne a Lobeckio quidem, reperi. Qua quidem re non prohibemur, quominus has formas apud alios quosdam et Ionicos et Dorienses scriptores obvias, quorum quidem oratio nihil pertinet ad Herodoteam, et qui etiam αὐτέου, αὐτέῃ, αὐτέῳ, τουτέου, τοιουτέους id genus alia, si fides est nostris exemplaribus, usurpasse cernuntur (cf. Fisch. ad Vell. I, p. 77. Maitt. (ed. Sturz.) p. 128. 149. 151 sq. — Heraclit. apud Origen. ctr. Cels. VII, p. 373 τοῖς ἀγάλμασι τουτέοισι εὔχονται.) pro genuinis habere possimus. Sed haec ab Herodotea oratione plane aliena sunt, quamquam ista ipsa αὐτέῳ, αὐτέοισι alia hic illic male in eam illata videmus; sic I. 133 χρέωνται αὐτέῳ, quem ad locum nihil varietatis e codd. mss. est adnotatum, sed Matth. et Apetz. recte αὐτῷ restituerunt, etiam ab Athen. IV, p. 144 praebitum, qui, quum verum Herodoteumque Ionismum χρέονται bene servaret, etiam αὐτέῳ, si suus codex sic praebuisset, non neglexisset. III. 26 in codd. Paris. et M. P. F. αὐτέοισι ἐπιπνεῦσαι male habetur pro vulgato αὐτοῖσι, etiam a cod. S. suppeditato. VII. 8, 3 ἐπ' αὐτοὺς στρατεύεσθαι recte nunc et olim vulgo sic legebantur, quamquam in codd. M. P. K. et in edit. Wessel. αὐτέους male reperitur. VII. 39 ὑπεναντία δὲ τούτοισι, sic libri Herod. et pleraeque editiones, sed Stob. 20 p. 573 ex hoc loco τουτέοισιν attulit, cui nimis puto nonnullos editores credidisse. — VIII. 104 ἐν δὲ τοῖσι Πηδάσοισι τούτοισι, sic τούτοισι vulg. cum S. al., ubi male codd. P. F. τουτέοισι praebuerunt, quod minime

quidam editores nostro obtrudere debebant; et Πηδάσοισι nunc recte vulgatur cum P. V. pro quo Ald. Wessel. al. male Πηδασέοισι exhibuerunt (Πηδάσισι S.). — Nec minus est improbanda scriptura cod. S. χρυσέῳ pro vulgata χρυσῷ, scriptura edd. vett. Ὀνησίλεῳ V. 114 pro Ὀνησίλῳ (vide enim Ὀνήσιλος, -ου, -ῳ, -ον V. 104—114), scriptura codd. S. V. (Valla) Δεκέλεον IX. 73 pro vero Δέκελον, etiam a Steph. Byz. s. v. Δεκέλεια confirmato; scriptura codicis K. τωυτέο pro vulgato τώυτό VI. 57. — Similis est ratio loci VIII. 100, ubi Schweigh. al. ἐν Πέρσῃσι τεοῖσι immerito intulerunt, quum omnes codd. praeter S., ἐν Πέρσῃσι τοῖσι praebuisse dicantur, olim hoc in loco vulgata; sed cod. S. solus cum nuperis editoribus verum ordinem ἐν τοῖσι Πέρσῃσι exhibuit. Fortasse etiam illud τοῖσι aut τεοῖσι cum σοῖσι aut τεοῖσι pro τισι est confusum; sed poeticum τεός pro σός Herodotus non usurpavit, neque huic loco est accommodatum; atque τεοῖσι et τοῖσι, ut omnino formae illae articuli et indefiniti vel interrogativi pronominis, accurate sunt inter se discernendae; id quod minime fecit A. Matth. (gr. gr. I, § 153) quum Herodoteum illud τευ ex loco VII. 38 (χρηΐσας ἄν τευ βουλοίμην τυχεῖν, τὸ σοὶ μὲν ἐλαφρόν κ. τ. λ.) attulerit ut exemplum Ionicae pronuntiationis pronominis relativi vel articuli postpositivi et praepositivi; sed τευ illud patet pro τινός esse positum, a nominativo τί, quem hic olim in edd. vett. et codd. mss. tamquam interpretamentum inter ἄν et τευ interpositum Suevernus demum omittendum illum esse recte viderat. Neque etiam ε illud in formis τέῳ, τέων, τέοισι etc. ejusmodi est, ut pleonastice, formis articuli diducendis inserviens, sit insertum, sed, quod vel ex genitivo τεο, τευ, ὅτεο, ὅτευ apparet, toto genere illius et hujus formae inter se differunt; id quod jam ii grammatici sensisse mihi videntur, qui τέο, τέῳ, τέων etc. ex vetusto τίος, cujus dativus pluralis τιοῖσιν in carmine quodam Sapphus scriptus legitur, ι in ε mutato, exstitisse contenderunt cf. Neue ad Sapph. frag. p. 58 et quos ille laudavit. Unde patet diversa Eustathium miscuisse, quum (ad Il. ο' p. 1036 = 1044) ὅτεῳ, ὀτέοισιν, τουτέοισι inter se composuit: τὸ δὲ ὅτεῳ ἐκ τοῦ ὅτῳ γέγονεν Ἰωνικῇ ἐπενθέσει τοῦ ε, ὁμοίως τῷ ὀτέοισιν καὶ τουτέοισι. — At illa ratione probata eo magis nobis persuasum esse necesse est, Herodotum in nullas unquam formas ε aut aliam litteram otiose aut e poetarum more atque aliorum Ionicorum, sermone utentium in quamque partem luxuriante atque exuberante, immisisse, quamvis contrarium Buttmannus (gr. gr. I, p. 547 Not.) ex inveterato quodam multisque communi errore contenderit.

Secundae declinationis vocativi formam in ε exeuntem animadvertendum est apud Ionicos scriptores, imprimis apud Herodotum constanti ac frequentiore in usu fuisse, quam apud Atticos (cf. Greg. Cor. d. d. Att. p. 116 (Schaef.) Buttm. gr. gr. I, p. 151. Matth. gr. gr. § 312 p. 777 sq.). Sic dixit noster constanter Κροῖσε I. 32 bis. 87. 90. 91. 155. Ἱστίαιε V. 24 bis. 106. VI. 1. Ἀδεί-

μαντε VIII. 94. *Ἄδρηστε* I. 41. *Κῦρε* IX. 122 et I. 212 *ἄπληστε αἵματος Κῦρε.* — *Εὐήνιε* IX. 94. *Ψαμμήνιτε* III. 114. *ὦ Ἄπολλον χρηστήριε* VI. 80. *Ἅρπαγε* I. 108. 117. *Γλαῦκε* VI. 86, 1. *Καλλίμαχε* VI. 109. *ὦ Κριέ* VI. 50. *Μαρδόνιε* VII. 10, 7. VIII. 26. 68, 1. 140. IX. 12. *Ἀρτάβανε* VII. 11. 15. 47. 50. 52. *Δημάρητε* VII. 101. 103. 234 bis. VIII. 65. *ὦ ξεῖνε Λακεδαιμόνιε* V. 72. *ὦ ξεῖνε Λυδέ* VII. 29. *ξεῖνε Ἀθηναῖε* I. 30. 32. VII. 162. IX. 120. *ξεῖνε Λέσβιε* IV. 97. *ξεῖνε Μιλήσιε* V. 49. 50. *ὦ ξεῖνε Σάμιε* IX. 91. *ὦ ξεῖνε Σπαρτιῆτα* VII. 160. *ὦ ξεῖνε Λάκων* I. 68. *ξεῖνε Μακεδών* V. 18. *ξεῖνε* I. 45. IX. 6. *ὦ — κτησάμενε* VIII. 106. *ὦ σχετλιώτατε* et *ὦ μάταιε ἀνδρῶν* III. 155. *ὤνθρωπε* VIII. 125. *ὦ κακὲ ἄνθρωπε* VII. 39. *ὦ κάκιστε ἀνδρῶν* II. 115. III. 145. *ὦ γενναιότατε ἀνδρῶν* III. 140. *δαιμόνιε ἀνδρῶν* IV. 126. VII. 48. *ὦ ἀνοσιώτατε ἀνδρῶν* I. 159.

Ad hanc secundam declinationem pertinent et ea nomina, quae ante terminationem *ος*, *ον*, vocalem *ο* vel *ε* habentia, vulgo contracta leguntur, apud Herodotum autem nunquam contrahuntur; sic *κανέῳ* I. 119. *ἀδελφιδέος* VIII. 130. I. 65. IV. 147. VI. 94. *θυγατριδέος* V. 67 (et sic Schol. Pind. Nem. IX, 30 hoc ex loco). V. 69. *ὀστέα* I. 67. 68. II. 41. III. 12. IV. 61. IX. 83 (*ἐξ ἑνὸς ὀστέου* bis et paulo supra *συνεφόρεον τὰ ὀστέα* vulg., ubi cod. F. male *ὀστᾶ*). *πλόον* II. 175. *συμπλόων* III. 41. *νόῳ*, *νόον* III. 21. 41. 51. IV. 36. VIII. 19. 97. IX. 10. 120 et alibi (cf. Schweigh. lex. Herod. s. v.) ut pauca quaedam contraria exempla, male adhuc omnibus nostris in libris servata, ut IV. 125 *ἐν νῷ ἔχοντες*. VI. 33 *ἔσπλου*. facili opera in integrum restituere possimus, *ἐν νόῳ* rescribendo, quam formam jam alii I. 27 pro vulgato *ἐν νῷ*, II. 181 (*εὔχεται ἐν τῷ νόῳ* nunc vulg. cum S. V. a. c. (*νηῷ* M. K. Wessel. al *νῷ* P. F. b. d.) et VII. 157 pro scriptura cod. S. *ἐν νῷ*, reposuerunt; et rescribendo *ἐσπλόου*; ut jam Koenius pro *εὔνου* olim vulgato VI. 105 recte *εὐνόου* maluit (vide eum ad Greg. Cor. d. d. Ion. 71) a Schaefero aliisque jure ac merito in ordinem receptum; *εὔνοος* enim sine varietate legitur VII. 173. 239. VIII. 10. 69. IX. 42. Praeterea *πρόνοον* III. 36. *περιρρόου* I. 174. *οἰνοχόος* III. 34. IV. 71. — Ac *διπλᾶ* (2, 148. 8, 87). *διπλᾶς* (3, 28). *διπλέη* (3, 42). *διπλῆν* (5, 90). *διπλόον θάνατον* (6, 104 vulg. *διπλοῦν* S.) apud unum eundemque scriptorem, eumque Herodotum, minime ferenda esse videntur; praesertim quum alia adjectiva in *εος*, *οος* nunquam apud Herodotum contrahantur, sed dictum sit *ἀθρόοι* III. 109. VI. 112. *χρύσεον* III. 22 (*τὸν χρύσεον — στρεπτόν* Schaef. Bekk. al. recte, pro quo Gaisf. al. cum codd. M. P. K. F. Paris. *χρυσοῦν* male exhibent, Ald. al. cum S. V. *χρυσόν* —). *ἀντίξοον* IV. 129. VI. 7. 50. VII. 49, 2. VII. 150 *ἀντιξόους* vulg. cum S. V. P. A. B. *ἀντίξους*, quod non Herodoteum est, habent M. K. F.). 192 (*ἀντιξόους* vulg. *ἀντίξους* F. P.) et alia hujuscemodi constanter. — Et *διπλέη* quidem III. 42 sine varietate scriptum, aut in *διπλῇ*, ut *διπλῆν* V. 90 exstat, mutan-

dum est, aut hoc in διπλέην, aut denique, quod praeferam, utrumque in διπλόη, διπλόην vertendum. Nam διπλέη vel ex permutatione litterarum ο et ε (ut apud Suid. et Polluc. ll. jam supra p. 215 laud. ἐπίπλεα quidam male praebuerunt pro ἐπίπλοα) vel ex confusione cum formis πλέων, πλέος, πλέη, πλέον ortum esse mihi videtur, neque ex contracta forma διπλῆ ita, ut ex epicorum more illi contracto sono littera ε praeposita sit; quae epica consuetudo minime Herodoteae orationi convenit; neque vero ex forma non contracta διπλόη ο in ε versa, quam causam, si vera esset, patet etiam ad διπλῆν, διπλᾶς, διπλόον valuisse. Sed hanc meam sententiam, alia similis confusio, a Wesselingio demum correcta, mire confirmare videtur, quum is vir clarissimus pro χειρὶ διπλῇ male vulgato VI. 72 χειρίδι πλέῃ rescribendum esse acriter intellexerit. Et quum διπλόον θάνατον VI. 104 nemo facile in dubium vocaverit, nihil quidquam obstare video, quin ex hac norma atque aliorum analogia et διπλόη, διπλόην, διπλόας, et διπλόα utrobique reponamus.

Ut ea nomina, quae secundam Atticam, quae dicitur, declinationem sequuntur, non tam multa fuisse in Herodotea oratione, quam apud alios, jam supra p. 168 sq. vidimus, sic etiam in flectendis iis nominibus omnia, quae Atticis aliisque sunt propria, maxime in genitivo et accusativo singulari obvia, prorsus ex Herodotea consuetudine excludenda sunt. Genitivum enim nominum oxytonorum in ώς exeuntium nonnulli grammatici per circumflexum scribi voluerunt (cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 165) quo ex praecepto et Νεκῶ (II. 158. IV. 42) et Ναθῶ (II. 165) pro veris Νεκώ, Ναθώ in Herodoteam orationem irrepsisse videntur. Et Atticos multa huc pertinentia nomina in accusativo singulari sine ν formasse, interdum etiam circumflexo notasse, satis est notum (cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Attic. 71. Eust. ad Od. ε' p. 222), quam quidem rem nullo modo apud nostrum admittendam esse, haec exempla satis docebunt: Μενέλεων II. 113. 118. Νεκών II. 152. Σαβακών II. 152. Ἀρκεσίλεων IV. 160. 167. Πρωτεσίλεων IX. 116. Ἀμφιάρεων I. 46. Τέων I. 170*). τὸν Ἄθων VI. 44 ter, recte vulg. (τὸν Ἄθων περιέβαλλον vulg. τὸν Ἄθω male V. Ἄθεον Brit). 45. VII. 21. 22 bis (ubi codd. V. d. male Ἄθω). 37. 189 (Ἄθω S. V. male). τὸν λεών I. 22. VIII. 136. II. 129 (λεών nunc recte vulg. cum S. V. F. Paris. λαόν male Ald. al. λεώ M. P. K.). IV. 148. V. 42 (vide supra p. 138 sq.)**).

Nonnullis in nominibus in ως terminatis ambigitur, utrum ad hanc secundam declinationem flectenda sint, an ad tertiam. Sed nomen Μίνως Herodotum ex lege hujus secundae declinationis constanter declinasse, summo jure contendere mihi videor. Dixit

*) Etiam Thucydidem forma Τέων (8, 16) ut Κῶν (8, 41. 108) usum esse, notum est. cf. Poppon. Thucyd. Vol. I, p. 220 et ad V, 3.

**) Etiam Φερών II. 111 recte a Bekkero nostro restitutum est, pro quo Gaisf. al. cum M. P. K. male Φερῶν praebuerunt, Φέρων a. c. Φερων sine accentu cod. F. Φέρωνα Ald. S. b. d.

enim I. 171 *Μίνως*. *Μίνω* bis (cf. Thom. Mag. p. 219, 9 (*Ἡρόδοτος*) *ἐν τῇ αὐτῇ* (I. 171) *ἅτε δὴ Μίνω τε κατεστραμμένου γῆν πολλήν*). id. 173. III. 122 (sic *Μίνω* Bekk. recte cum S. V., ubi vulgo male *Μίνωος* scriptum exstabat). VII. 170 *Μίνων* cum codd. F. a. (ubi edd. vett. cum cod. b. *Μίνω* falso praetulerunt, *Μίνεω* S. B. *Μίνεων* M. K. P., quam perversam scripturam ad nostram genuinam ducere, nemo est quin intelligat). 171 *Μίνων* recte Bekk. al. (Ald. Gaisf. al. *Μίνωα*. Schaef. *Μίνω*, codd. S. P. K. B. *Μίνεω*. cod. M. *Μίνεω*, *ν* superscripto —). cf. Matth. gr. gr. I, p. 196 § 70 Not. 4. — Huc pertinet et nomen *πάτρως*, cujus dativus *τῷ πάτρῳ* VI. 103 omnibus in libris exstat, ut accusativus *πάτρων* IV. 76. IX. 78. Sed eadem cum constantia IV. 80 *μήτρωα* scribitur (*μήτρω Σιτάλκῃ* S.) ut in Hom. Il. II, 662 *μήτρωα*, neque quidquam mutandum esse videtur. Neque etiam *ἥρων* I. 167 (*ἥρων ἐόντα*) omnium librorum auctoritate munitum mutaverim, quamquam *ἥρωα* II. 143 (*ἐς ἥρωα ἀνέδησαν*) et VI. 69 (*ἥρωα ἀναίρεον*) eodem modo constat, atque omnino tota in Graecitate praeter istud Herodoteum illius accusativi exemplum adhuc solus Sophronis (apud Priscian. VI, p. 197) locus est, in quo est inventus*). Sed nostri in loco ipse syllabarum invicem se excipientium sonus hanc formam postulasse videtur, quum Herodotus *ἥρω* non potuerit dicere (cf. Lob. Phryn. p. 158 sq.). Ceterum *ἥρωος* habes VI. 69. IX. 25. *ἥρωϊ* II. 44. V. 114. VII. 117. *ἥρωες* VIII. 109. *ἡρώων* II. 45. IV. 145. V. 66. *ἥρωσι* II. 50. VII. 43. VIII. 143. *ἥρωας* VIII. 39. — Similiterque etiam *γέλως* et *ἔρως* omnes per casus tertiam apud nostrum sequuntur declinationem: *γέλωτα* II. 121, 4. III. 29. 38. VII. 105. 209. *γέλωτι* VI. 67. IX. 82. *ἔρωτα* V. 32. IV. 113. — De forma *Τυφῶ* vel *Τυφώ*, quae III. 5 legitur, num genuina sit apud Herodotum, disceptari potest, quum is ex sua dicendi consuetudine· si illa a nominativo *Τυφῶν*, qui II. 156 ab omnibus retinetur, est deducenda, potius *Τυφῶνα* dixisset, ut II. 144 omnibus in libris *Τυφῶνα* habetur, ab Eustathio etiam et Athenagora illud repetitum (cf. Eustath. ad Il. *β'* p. 346 = 262: *Τυφωέος μέμνηται καὶ Ἡρόδοτος ἐν οἷς λέγει, ὅτι Ὧρος ὁ Ἀπόλλων Αἰγυπτιστί, ὃς λέγεται καταπαύσας Τυφῶνα βασιλεῦσαι ὕστατος Αἰγύπτου*. — Athenag. *πρεσβ. περὶ Χριστ.* (p. 35 Steph.) *τοῦτον καταπαῦσαι Τυφῶνα βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου*. —) aut si a nominativo *Τυφώς*, *Τυφῶν*. Sed *Τυφῶνα* etiam hoc in loco praeferam (cf. Piers. Moer. p. 366 *Τυφῶ ἀττικῶς*, *Τυφῶνα ἑλληνικῶς*), quum secunda declinatio *τυφώς*, *τυφώ*, *τυφῷ*, *τυφών* appellativo nomini, turbinem significanti, magis propria fuisse videatur, sic Soph. Antig. 414 *τυφὼς ἀείρας*. Aristoph. Ran. vs. 848 *τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται*. Ly-

*) Quamquam Schol. V. ad Il. XIII, 428: *ἥρων τινὲς Ἀττικῶς ἀλλ' εἰς ἥρων τι παρήμαρτον Ἀριστοφάνης*.

sistr. 974 μεγαλῷ τυφῷ καὶ πρηστῆρι. Aeschyl. Agam. 642 τυφῶ μένος. Suppl. 555. Aristot. de mundo 4, 18 et alii alibi cf. Thom. Mag. p. 348, 18. — Sed τὸν Τυφῶνα Aelian. Nat. Anim. X, 21. Τυφῶνι X, 28. Plat. Phaedr. p. 230 A. Τυφῶνος. Strab. XII, p. 869 τὸν Τυφῶνα, item XIII, p. 931. Aesch. Prometh. 354 Τυφῶνα. Schol. Apoll. Rhod. II, 1211 περὶ τοῦ Τυφῶνος καὶ Ἡρόδοτός φησιν. — Pind. Olymp. IV, 7 ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος. Apollodor. I, p. 18 sqq. (ed. Th. Sale) et alii alibi cf. Blomfield. Gloss. ad Aesch. Prometh. 359. 362. — Verum tamen formae Τυφώς, Τυφῶ etc. haud rara sunt exempla, non ab omnibus, ut videtur, grammaticis probatae. Vide enim Schol. Pind. Pyth. I, 15 (ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖται — Τυφώς) πάλιν κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος θηλυκῶς τὴν Τάρταρον προήγαγεν, ὡς καὶ τὴν Ἴσθμον (Olymp. VIII. 64) καὶ τὸ Τυφώς, ἔδει γὰρ Τυφών. — Eust. ad Il. β' p. 345 sq. τὸν δὲ Τυφωέα τοῦτον οἱ μεθ' Ὅμηρον Τυφῶνα καλοῦσι, παρ' οἷς καὶ δικατάληκτόν ἐστι τὸ ὄνομα τοῦτο· Τυφῶς γὰρ μετὰ τοῦ σ καὶ Τυφῶν μετὰ τοῦ ν ἐν τόνῳ περισπωμένῳ, κ. τ. λ. — Aesch. Prometh. 370 Τυφώς. Schol. Apoll. Rhod. II, 1211 ὁ Τυφώς bis. Aristoph. Nub. 334 ἑκατογκεφάλα Τυφῶ. Steph. Byz. s. v. Ἡρῶ habet τὸν Τυφῶ. Aesch. Suppl. 575 Τυφῶ (Genit.). Sept. 517 Τυφώ. cf. Bothe ad Il. II, vs. 782.

Nomina cum voce πους composita Attice dicuntur maxime in accusativo singulari e lege secundae contractae declinationis flecti (cf. Piers. Moer. p. 282. Fisch. I, p. 411. II, p. 182) quam quidem flexuram duobus in locis etiam apud nostrum invenias: V. 60 Οἰδίπουν τὸν Λαΐου*) et III. 130 ἀρτίπουν**), cujus prioris vocis etiam peculiarem genitivi singularis formam Οἰδιπόδεω IV. 149 ille usurpavit. Sed Μελάμποδα dixit II. 49***). IX. 34. τρίποδα I. 144. IV. 179 bis. VIII. 27. 82. (αἰγίποδες ἄνδρες IV. 25. — τετράπουν II. 68 est neutrum.) — Porro ad utramque et secundam et tertiam declinationem spectat nomen υἱός III. 34, cujus accusativus apud nostrum est τὸν υἱόν I. 109. III. 66. dat. plur. τοῖσι υἱοῖσι IX. 113; sed accusativus plur. τοὺς υἱέας IV. 84, etiam ab Homero aliquoties usurpatus, vel ideo, puto, retinendus est, quod non est Atticus (cf. Phryn. p. 68 sq.) neque in υἱούς aut υἱεῖς mutandus. — Ac nominis κρίνον, quod est I. 195, nominativum pluralem Herodotus τὰ κρίνεα (II. 92 bis) formavit, quamquam huic consimilis vox τὸ δένδρον statim a nominativo singulari aliam Ionicam formam δένδρεον apud eundem nostrum accepit, ut tota flexura, dativo plur. δένδρεσι II. 138 excepto, secundam declinationem sequatur. Et δένδρεον quidem legitur IV. 22 ἐπὶ δένδρεον ἀναβάς, confirmatum illud etiam quamvis vitiosa cod. F. scriptura δενδρέων. IV. 23 τὸ δένδρεον sine varietate. Praeterea ἀπὸ τοῦ δενδρέου IV.

*) cf. Interppr. ad Soph. Oed. Col. vs. 3.
**) Item Suid. s. v. Δημοκήδης.
***) Item Plut. de Malig. c. 13.

22 et δενδρέῳ IV. 23 bis. Cui formae δένδρεον, quae sola etiam in Homeri carminibus invenitur (Il. 3, 152 δενδρέῳ ἐφεζόμενοι. Od. 19, 520 δενδρέων καθεζομένη. Hesiod. Opp. 583 δενδρέῳ ἐφεζόμενος) forma δένδρειον, a Nicandro usurpata, aeque respondet atque Herodoteum ἀδελφεός epicae formae ἀδελφειός; et ut nusquam vulgarem formam ἀδελφός in Herodoteis libris ferendam esse vidimus, sic et vulgare δένδρον vel δένδρος, sicubi temere illatum sit, expellendum esse censeo, bene ejus legis memor, ex qua saepius recentioris Ionicae dialecti scriptores, et in iis maxime Herodotus, nomina verbave quaedam ea in formatione constanter usurpare consueverunt, in qua illa apud epicos aliosque scriptores singulis tantum in locis, alias alia eorum forma admissa, occurrunt. Quare τὰ δένδρεα apud nostrum I. 17 (item Suid. s. v. Γύγης). 193. 202. 203. II. 32. 138. 156. 169. III. 106. 107. 114. IV. 151. VII. 5. 10, 5 (item Stob. Serm. 22 p. 190 Gesn.). IX. 97 et τῶν δενδρέων I. 202. II. 32 138. III. 106. 107. IV. 19. 21 (cod. S. male δένδρων). 23. 76. VI. 37. VIII. 115 (item Suid. s. v. περιλέποντες, quamquam codd. S. V. falso δένδρων, recte non auditi) non ad δένδρος referenda sunt, sed a nominativo δένδρεον derivanda; quam Herodoteam formam δένδρεον vulgatae δένδρον I. 193 et III. 107 substituendam esse judico, quod priore in loco jam Schweigh. pro vulgato δένδρον, quamvis a codd. M. K. S. F. Paris. praebito, et pro scriptura Ald. δένδρου malebat; et quod idem haud dubie VI. 79 in vulgatis verbis ἀναβὰς ἐπὶ δένδρος (sic codd. M. P. F. δένδρου S. a. δένδρον b.) reponendum erat. — Etiam Lucian. d. d. Syr. habet δένδρεα et δενδρέων c. 28 et 49. cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Att. § 19. d. d. Aeol. § 13 p. 589. § 17 p. 591. Eust. ad Il. γ' vs. 152. ι' vs. 537. — Similiterque pro forma φύλαξ Herodotum constanter omnes per casus φύλακος usurpasse haec docebunt exempla: φύλακος I. 84 (item Suid. s. v. φύλακος· παρὰ Ἡροδότῳ· κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλεος, τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος). III. 14. 48. 77. VI. 75. φυλάκου VI. 75. φύλακον II. 113. VI. 75. VIII. 104. IX. 93. Etiam genit. plur. φυλάκων II. 121, 4 bis. huc referendus est. φυλάκους I. 89. II. 121, 4 bis. 5. III. 4. IV. 97. 103. Quare non audiendus est cod. b. I. 113 pro vulgato cum codd. M. K. S. V. F. a. c. d. φύλακον substituens non Herodoteum φύλακα; neque audiendi codd. S. V. b. d. pro recte vulgat. φυλάκους II. 121, 3. φύλακας exhibentes; ita ut etiam iis in locis, ubi omnes nostri libri, nulla varietate enotata, in vulgaribus formis φύλακα et φύλακας (I. 41. 44. VIII. 41; VII. 95) consentiunt, tamen sine haesitatione genuinae φύλακον et φυλάκους revocandae sint. Quamquam χρυσοφύλακας IV. 13 et 27 vulgatum non mutandum esse judico. — De formis δάκρυον II. 96 et ὀνειράτων I. 120 videas Piers. Moer. p. 117. Buttm. gr. gr. I, p. 224. p. 321. Schweigh. lex. Herod. s. v. ὄνειρον et ὄνειρος, qui quidem Schweigh. non debebat sibi fingere nominativum ὄνειαρ, cujus nullum exstat exemplum.

Tertia declinatio Herodotea.

Quod vitium in prima declinatione de forma εἱλωτέων ad tertiam declinationem falso relata, et in secunda de mendosis formis, nimio Ionismi studio ortis, πυρέων, Θεσσαλέων etc. notavimus, huic simile in nonnullis tertiae quoque declinationis nominibus codices editionesque quaedam conceperunt. Quum enim Herodotus iis in nominibus flectendis, quae non ad vulgarem contractam declinationem pertinent, nihil a vulgari simplicissimaque ratione decedat, nullamque sine causa inserat terminationibus litteram, nullamque aliam poetis magis aliisque scriptoribus propriam rem admittat, tamen codices nonnulli mss. et editiones nostro formas ab ejus dicendi genere prorsus alienas, ut ἀλωπεκέων, μυριαδέων, ἀνδρέων alias obtrudere studuerunt, etiam in grammaticis quibudam libris, a recentioribus doctis viris compositis, ut genuinas in nostri oratione affirmatas, quia χηνῶν, ἀνδρῶν vulgo perispomena proferrentur, eodemque modo Atticos χιλιαδῶν, μυριαδῶν scripsisse veteres grammatici tradidissent (cf. Lob. ad Buttm. II, p. 337 sq.). Quae causa si ad hanc apud nostrum male insertam ε aliquid valeret confirmandam, ad alia etiam exempla, a nullo unquam sollicitata, illam transferre possemus. Proferunt quidem grammatici ex Hippocratis, Aretaei aliorumque libris simillimas formas μενέων, χειρέων alias (cf. Lob. l. l. Matth. gr. gr. I, p. 211) quae, si sint apud hos scriptores genuinae, aeque nihil ad singulas illas in Herodoteam orationem falso illatas formas confirmandas valere posse mihi videntur; praesertim quum eadem nomina multis aliis in locis in eodem casu rectissime scripta recurrant. Et ἀλωπέκων quidem sine varietate omnes praebent II. 67. III. 102 ἀλωπέκων Bekk. al. recte, ἀλωπέκεων M. P. K. ἀλωπεκέων Gaisf. al. cum F. male. II. 45 χηνῶν Bekk. alii cum F. S., ubi Gaisf. male χηνέων. Sed II. 37 in vulgatis verbis καὶ χηνέων καὶ βοέων κρεῶν πλῆθός τι ἑκάστῳ γίνεται πολλόν, sunt χηνέων et βοέων adjectiva, ut II. 68 ᾠὰ χηνέων οὐ πολλῷ μέζονα, neque cum Schweigh. (lex. Herod. s. v. χήν) pro genitivis nominum substantivorum habenda. — VII. 187 nunc recte vulgatur ἀνδρῶν cum codd. S. V. F. K. sed olim male ἀνδρέων; omnibus aliis autem in locis fere innumeris sine varietate omnes ἀνδρῶν exhibuerunt: I. 4. 7. 24. 31. 32. 35 bis. 53. 66. 73. 82. 135. 155. 201. 214. II. 32. 36. 49. 53. 63. 111. 115. 166 etc. etc. etc. — VII. 187 ἐουσέων τοσουτέων μυριαδέων male vulgatum est pro μυριάδων, quod Bekk. al. cum codd. S. V. nostro restituerunt. Item male vulgatum est VIII. 71 ἐουσέων μυριαδέων πολλέων pro μυριάδων, quod Bekk. al. recte receperunt. Sed III. 159 πέντε μυριάδων vulg. et IX. 70 τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ (ubi solus cod. F. ad μυριαδέων aberravit). — Similiter Bekk. cum codd. S. V. χιλιάδων VII. 28 restituit pro vulgato χιλιαδέων, et VII. 29, ubi quidem nihil varietatis enotatum est; et

VII. 103 cum cod. P., ut II. 28 omnes χιλιάδων recte exhibuerunt. — Atque II. 181 Ald. Bekk. al. γυναικῶν πασέων recte exhibent, quum Gaisf. al. cum S. vitiosum γυναικέων receperint; quare non debebat Schaeferus sola e conjectura I. 4 γυναικέων inferre in vulgata verba ἁρπαζομενέων γυναικῶν (sic edd. et codd. M. V. S. F. A. B. a.) quod γυναικῶν aliis omnibus in locis sine scripturae discrepantia recte scriptum exstat: I. 1. 8. 35. 199. II. 3. 36. 54. 60. 64. III. 3. 68. 159 bis. IV. 3. 45. 114. 180. V. 5. 18. 87. 88. VI. 61. VII. 187 et alibi.

Hanc medelam his vitiis, fortasse et aurium oculorumque culpa commissis, adhibitam, non ii solum, puto, critici comprobabunt, qui ex Doricae dialecti monumentis similem aberrationem in terminationem ᾶν nominum tertiae declinationis notarunt expuleruntque, ut Theocriteum αἰγᾶν pro αἰγῶν V. 148. VIII. 49 (Kiessl.) et κρανιάδᾶν I. 22 pro κρανιάδων; Pindaricum θηρᾶν Isth. III. 64, cui alii θηρῶν, alii θηρᾷν substituerunt, Boeckhius θηρᾷ. Euripideum θηρᾶν Helen. 385, pro θηρῶν (cf. Maitt. p. 179 b.) sed etiam unum omnium veterum grammaticorum longe praestantissimum, Herodianum, mecum consentientem habeo, qui Zenodoteum ἀρνέων pro ἀρνῶν Il. 3, 273 improbans, hanc diaeresin nominibus primae tantum declinationis concessit, et talem, qualis est γεμέωσι, poeticum appellavit pleonasmum (cf. Etymol. Mag. 224, 50. Lob. l. l.). Qualem ad pleonasmum et forma γεροντέων pro γερόντων pertinet, aliis, non Herodoto propria cf. Etymol. Mag. p. 227, 4 s. v. γερόντειον.

Nec minus poetis aliarumque dialectorum scriptoribus relinquendas esse existimo dativi pluralis formas in εσι pro σι (cf. Matth. gr. gr. I, p. 212. Buttm. I, p. 178) quae quidem hic illic etiam in Herodoteam orationem irrepserunt, sed tanta contrariorum exemplorum multitudine obruuntur, ut nihil jam, quin statim in aliam Herodoteam formam mutentur, ad resistendum valeant. Quid enim Herodotum impulisse dicas, ut in his tribus dativis flectendis δαιτυμόνεσι VI. 57. πλεόνεσι VII. 224. μήνεσι IV. 43. VIII. 51 subito suam consuetudinem omitteret, constanter alias servatam? Nec vero etiam consentiunt omnes libri ista in scriptura exhibenda, quamquam VI. 57 ad verba τοῖσι ἄλλοισι δαιτυμόνεσι nihil varietatis enotatum est. Sed IV. 43 ἐν πολλοῖσι μησί praebent plerique codd. et edd. vett., cui recentiores cum cod. S. male μήνεσιν substituerunt; et VIII. 51 μησί edd. vett. cum plurimis codd. μήνεσι S. V. et recentiores falso (vide enim Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Dor. p. 333 sqq.). VII. 224 πλέοσι Ald. al. recte, alii πλέοισι, recentiores cum S. V. male πλεόνεσιν. Sed II. 53 omnes sine varietate πλέοσι et VIII. 69. IX. 122 (alii codd. πλείοσι). μέζοσι I. 194. εὐδαίμοσι II. 78. — Nec rectius est vulgatum πατέρι III. 34 pro πατρί, nostro restituendo; quum poetis tantum illis in nominibus, syncopen istam vel ex parte tantum vel per totum vulgo recipientibus, ut hanc omitterent aut aliis etiam casibus adhiberent

concessum esset. Homerus enim dixit πατέρος, πατέρι, πατρῶν, ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρας (cf. Thiersch. gr. gr. p. 307 ed. tert.) sed Herodoto πατρί dicendum erat, ut hoc omnes recte exhibent I. 136 bis. III. 36. 52. 55. 69 ter. 131. 135. IV. 26. 180. VI. 121. VII. 10, 1. — πατρός I. 7. 17. 18. II. 121, 5. III. 34. 71 bis. 53 bis. Sed πατέρα III. 34. 35. 50. 52. 53. VI. 103. πατέρες III. 14. πατέρας III. 14. VII. 51. VIII. 22. — Praeterea ἐν γαστρί III. 32. Et ἀνήρ, ἀνδρός, ἀνδρί, ἄνδρα, ἄνδρες, ἀνδρῶν, ἀνδράσι (VII. 104), ἄνδρας constanter recte scripta exstant. θυγάτηρ, θυγατρός III. 50. θυγατρί III. 14. θυγατέρα I. 1. 2. 61. 74. 196. III. 14. 88 bis. et alibi constanter. τῇσι θυγατράσι II. 35 recte vulgat., ubi cod. S. male θυγατρῇσι. — μητήρ, μητρός III. 50. μητρί I. 61. VI. 68. μητέρα IV. 10. II. 121, 3. — Δημήτηρ II. 59. 156. Δήμητρος II. 122 bis. 156. 171. V. 61. VII. 200. IV. 53. IX. 65. 97. 101. Δήμητρι II. 122. et II. 123 Δήμητρα nunc recte vulg. cum codd. M. P. K. F. V. S. Paris., ubi Ald. al. falso Δήμητραν exhibuerunt, quam heteroclitam formam, a recto Δήμητρα deducendam (cf. Matth. gr. gr. I, p. 219. Buttm. I, p. 203) et in quotidiano sermone ortam, ideoque a Platone in Cratyl. p. 404 B. positam, posteaque crebrius usurpatam, omnibus aliis potius quam Herodoto illo in loco concedam. cf. Phot. cod. 187, 238 ἡ Δήμητρα. Plut. de Malig. c. 13 τὰς περὶ Δήμητραν τελετάς. Eustath. ad Hom. Il. ο' p. 1002 = 1004 (de jurejurando dicens) οἱ δὲ Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητραν κ. τ. λ. Etymol. Mag. s. v. ἀνακληθρίς p. 96, 30: πέτρα ἐν Μεγάροις, ὅτι ἡ Δήμητρα καθεσθεῖσα ἐπ' αὐτῆς, ἀνεκαλεῖτο τὴν κόρην. p. 442, 14 θαλύσια — τῇ Δημήτρᾳ. Et accusativum Δήμητραν vide p. 18, 36. p. 263, 14. p. 463, 24. p. 626, 45. p. 820, 41. et Paus. I, 37 ibique Sylb.

Contractionem in accusativo singulari nominum in ων, ωνος exeuntium, veluti Ἀπόλλω, Ποσειδῶ, ut Atticis magis propriam quam Ionico scriptori (cf. Thom. Mag. p. 557 s. v. κυνεῶ. Koen. ad Greg. Cor. p. 70. 142) Herodotum neglexisse, jam supra ad nomen Τυφῶν vidimus, et sic e suo more constanter dixit Ἀπόλλωνα I. 87. II. 144. 156 bis. IV. 15. 59. αἰῶνα III. 40. VII. 46. IX. 17. 27. Σιδῶνα III. 136. II. 161. Ποσειδέωνα VII. 129. VIII. 55. φαρετρεῶνα I. 216 vulgat. φαρετρεῶν S. — ἀνδρεῶνα III. 78. αὐλῶνα VII. 128. 129. Κρότωνα III. 137. V. 44. Βίτωνα I. 31. Τρίτωνα IV. 179. Μαραθῶνα I. 62 et alibi. Βαβυλῶνα I. 185 alibi constanter, ut alia etiam similia.

Eam autem contractionem in accusativo singulari, nominativo, accusativo et vocativo plurali comparativorum in ων, ονος exeuntium conspicuam, Herodoto aeque atque Atticis scriptoribus familiarem fuisse, hic exemplorum recensus docebit, quibus quoque in loco et ea subjungentur, in quibus Herodotus hanc contractionem omisit; nam et Attici hac in re variant (cf. Popp. Praef. Xenoph. Cyr. p. 37. Matth. gr. gr. I, p. 292 sq.) quamquam Atticistae formas ἀμείνονα, βελτίονας, similesque rejicere consueverunt (cf.

Piers. ad Moer. p. 34. p. 95. Thom. Mag. p. 171, 1. Greg. Cor. d. d. Att. § 87. — Et accusativum quidem singularem habes contractum: ἐλάσσω I. 86. 117. II. 134. IV. 86. VII. 8, 1. 156. Sed ἐλάσσονα VII. 8, 1. — καλλίω I. 135. — ἀμείνω I. 149. IV. 195. VII. 10, 1 bis. 16, 2. IX. 71. 122. Sed IV. 158 ἀμείνονα χῶρον. — μέζω II. 148. IV. 43. 57. V. 64. — ἕσσω III. 71. — κακίω IX. 107 bis. — πλέω I. 133 (item Athen. IV, p. 143). III. 105. 124. IV. 130. 152. 198. VI. 28. 81. Sed πλεῦνα IV. 114. VII. 49, 2. 51. IX. 111. — κρέσσω VIII. 111. Sed κρέσσονα IX. 41. — Et αἰσχίονα solum IV. 144. — Nominativi plurales generis masculini et foeminini contracti hi duo tantum exstant: ἀμείνους V. 78 et πλέους II. 8. 120. Sed ἀμείνονες V. 118. VII. 103. VIII. 86. IX. 27; et πλεῦνες I. 82. 193. 194. 199. II. 63. 106. III. 120. IV. 68. 105. 148. 195. V. 38. 101. VI. 14. 19. 58. 92. 107. VII. 83. 102. 103. 223. VIII. 16. 32. 42. 81. 85. 130. IX. 34. 41. 44. 61. 62. 118. Praeterea solum κρέσσονες I. 66. VIII. 68, 1. — ἐλάσσονες II. 20. 75. 169. III. 121. IV. 3 47. VII. 83. 102. 103. VI. 112. VIII. 113. 66. IX. 62. — μέζονες II. 148. V. 66. — κακίονες VII. 104. — ἕσσονες V. 86. III. 102. VIII. 113. IX. 62. — Et accusativi pluralis contracti, generis masculini vel foeminini, solum exemplum nostris in libris exstat illud vitiosum πλείους, I. 167 et II. 121, 4 pro quo jam supra vidimus vel πλέους vel πλεῦνας restituendum esse, ut πλεῦνας legitur I. 1. 106. 135. 211. II. 86. III. 71 bis. IV. 148. 170. V. 69. 86. VI. 15. 23. 78. VII. 49, 1. 103. 149. 186 bis. 233. IX. 31. 41. et I. 145 πλεῦνας vulg. πλέονας a. c. — Et αἰσχίονας I. 196. μέζονας I. 26. 68. II. 46. 67. IV. 61. V. 88. VII. 150. VIII. 38. — ἕσσονας III. 105. — ἐλάσσονας II. 32. III. 113. VII. 186 bis. VIII. 60, 1. — ἀμείνονας VI. 137. VII. 10, 1. VIII. 90 et V. 92, 1 γνώμας ἀμείνονας vulgat. ἀμείνους F. — κρέσσονας III. 52. — Sed nominativum pluralem neutrius generis contractum habes fere constanter: ἐλάσσω I. 194. II. 145. 121, 2. VI. 46. — κρέσσω VIII. 83. — ἀμείνω I. 37. — μέζω II. 137. III. 14. 106. VII. 145. Sed μέζονα VIII. 37. — πλέω II. 35. 66. 82. IV. 167. 197. VI. 98. VIII. 66. Sed II. 145 πλέονα. — Et accusativum pluralem neutrius generis contractum: πλέω I. 137. 176. 177. II. 4. 35. 61. 140. III. 15. IV. 7. 62. 167. 168. 197. VI. 103. VII. 1. 70. 194. VIII. 79. 109. 117. IX. 87. — ἀμείνω VII. 145. 172. IX. 19. — κρέσσω VIII. 83. — ἐλάσσω II. 110. 121, 2. VI. 125. VII. 39. 69. Sed III. 102 ἐλάσσονα. — μέζω I. 137. II. 35. VII. 147. VIII. 5. Sed μέζονα III. 102. I. 26. II. 148. et II. 68 μέζονα τίκτει nunc vulg. cum codd. M. P. K. F. b. c. μέζω Ald. S. V. a.

Contractiones in ῶ igitur apud nostrum plerumque observatas vidimus, quum in nominativo et accusativo plurali generis masculini vel foeminini formae non contractae praevaluerint. — Ceterum in reliquis nominibus, vulgo ad contractam tertiam declinationem relatis, Herodotum, quibusdam exceptis, prorsus non contractam

flexuram, eamque simplicissimam adhibuisse, jure merito contendere mihi videor; quod Struvius (spec. II.) jam de nominibus in $\overline{\varepsilon\upsilon\varsigma}$ exeuntibus ita demonstravit, ut nihil, quod de hoc quidem nominum genere addam, habeam; quare non satis demirari possum recentissimos editores, qui, Bekkero excepto, omnes post tam luculentam verissimamque de illis nominibus expositionem maluerint vitiosam atque illegitimam varietatem priorum sequi, quam constantem illam genuinamque recipere scripturam.

Ac nomina in $\overline{\eta\varsigma}$ tertiae declinationis, in $\overline{o\varsigma}$, in $\overline{\upsilon}$ ($\overline{\iota}$) simplicissimam neglecta contractione flectendi rationem apud Herodotum sequuntur in εος, εϊ, εα, — εες (εα), έων, εσι, εας (εα) — quibus a legitimis formis nonnunquam quidam libri manuscripti et impressi in Atticam potissimum consuetudinem immerito aberrarunt, quamquam nunc quidem in dies magis contrariorum exemplorum numerus recte minuitur: I. 51 μεγέθει cod. F. μεγάθεϊ vulgat. cf. Var. Lect. ad I. 70. I. 31 ἐν τέλει vulgo. ἐν τέλεϊ recte Bekk. I, 45. 5 Ἄργεϊ Ald. al. cum F. Alii Ἄργει. I. 24 πελάγει vulg. πελάγεϊ Bekk. V. 92, 2 Ἐχεκράτεος vulgo. Ἐχεκράτευς K. F. quae contractio in $\overline{\varepsilon\upsilon}$ Doribus poetisque relinquenda est*) — I. 16 ἔτεα vulg. ἔτη S. item IV. 1. V. 32 τριήρεας vulg. τριήρεις S. cf. I. 26. III. 40. VII. 177. I. 120. 56. III. 117. 159. VII. 22. I 143. III. 76. Sic et III. 9 vulgatum μήκει, quamquam nihil varietatis est adnotatum, procul dubio in μήκεϊ mutandum est, ut μήκεϊ I. 68. IV. 42. 45 alibi sine varietate. Et VI. 57 vulgatum θυσίην δημοτελῆ (alii δημοτελῆς) in δημοτελέα; nam adjectiva eandem flexuram secuta esse, vix opus est admonere; πενταέτεος I. 136. cf. I. 199. IV. 187. quo et adverbia in ως exeuntia, illinc progenerata, referenda sunt, quum ea ad genitivi pluralis similitudinem formata esse notum sit (cf. Buttm. gr. gr. II, p. 335 sqq.). τελέως I. 120. ἀτρεκέως I. 57. 140. 159. 160. 172. 209. προσφυέως I. 27. παντελέως IV. 43. V. 20. VII. 37. et IV. 95 παντελέως vulg. παντελῶς male F. VIII. 54 παντελέως vulg. παντελῶς S. — 109 παντελέως vulg. cum M. P. K. παντελῶς S. — I. 137 ἀληθέως ut alibi sic hic nunc recte vulg. cum M. K. F. ἀληθῶς male edd. vett. cum a. c. IV. 187 ἀληθέως vulg. ἀληθῶς F. — Nec ferendum est male vulgatum ἀκριβῶς VII. 32, sed sine haesitatione in Herodoteum ἀκριβέως vertendum. Verum ἀδεῶς I. 216. III. 65. 67. IX. 109. ἀκλεῶς V. 77. ὑπὸ δέους I. 85. non possunt aliter scribi e lege quadam Herodotea in prima declinatione jam exposita p. 218; ἀκλεᾶ autem I. prooem. (quamquam ab Aristid. Orat. II, p. 381 (Jebb.) suo dicendi genere etiam hoc in loco uso repetitum). ἐνδεᾶ II. 108. καταδεᾶ II. 121, 2 ex eadem lege aliter scribi debebant mutarique in ἀκλεέα, ἐνδεέα et καταδεέα; ut ἐπιδεέες IV. 130. VII. 29 sine varietate scriptum exstat, περιδεέας V. 44. διφυέα IV. 9. ἀνθρωποφυέας I. 131 (item Orig. ctr. Cels. VII, p. 373). ὑπερφυέας

*) cf. Matth. gr. gr. I, p. 150 et p. 220.

II. 175. μουνοφυέας IX. 83. ὑγιέα I. 8. III. 130 bis et 133 (item his ex locis Suid. s. v. Δημοκήδης). 134. Vide et Lucian. de dea Syr. c. 19 ὑγιέα. c. 11. διφυέα. c. 29 πρηέα. de Astrol. 3 ὑγιέα et alios alibi. — Nam Atticam illam legem, ex qua terminationes εα, εας, εως, quae vocalem secutae sunt, in ᾱ, ᾱς, ω̄ς contrahuntur, vel ex eo apparere videatur Herodotum non adhibuisse, quod omnino non usus est genitivi terminatione in ε̄ω̄ς. — Porro nomen Ἄρης Herodotus eodem simplicissimo modo inflexit, ut genitivus constanter sit Ἄρεος II. 64. 83. VII. 76 (item Eust. ad D. P. 793). dativus Ἄρεϊ II. 64. accusativus Ἄρεα II. 64. IV. 59. V. 7. quibus omnibus in locis nulla cernitur scripturae fluctuatio; etiam IV. 62 optime cod. S. utrobique Ἄρεος dedit pro epica forma Ἄρηος male nostro obtrusa; quare neque Ἄρηϊ IV. 59. 62 pro genuino Ἄρεϊ, quamvis omnibus in libris habitum, diutius ferendum esse censeo. Sic Lucian. de Astrol. Ἄρεος et Ἄρεα c. 20. 22. 27. cf. Interppr. Greg. Cor. d. d. Aeol. § 31 p. 607.

Ac nomina propria in κλέης terminata, ut hanc nominativi terminationem apud Herodotum nunquam contraxisse contendo, sic in casibus obliquis hanc simplicissimam flexuram in κλέος, κλέϊ, κλέα, κλεες constanter secuta esse: Μεγακλέης I. 60. VI. 127. 131. Ἀγασικλέης I. 144. Ἡρακλέης II. 43. Θεμιστοκλέης VII. 143. 144. 173. VIII. 5 ter. 19. 22 bis. 23. 58. 59. 61. 75 bis. 79. 83. 108. 109. 110 quater. 112. 123. 124. Μεγακλέος VI. 125 bis. 130. — I. 7 ἐκ δούλης τε — καὶ Ἡρακλέος, item Ἡρακλέος II. 43 ter. 44 ter. 45. 83. 113. IV. 10. 82. V. 43. VI. 108. VII. 176. 204. VIII. 131. — Τηλεκλέος III. 41. Ἐτεοκλέος V. 61. Σωσικλέος V. 93. Νεοκλέος VII. 143. 173. VIII. 110. Λυσικλέος VIII. 21. Θεμιστοκλέος VIII. 85. 125. Προκλέος VIII. 131. — Ἡρακλέϊ II. 145 bis. IV. 9. VI. 53. Προκλέϊ IV. 147. Θεμιστοκλέϊ VIII. 58. 124. VII. 144 (ubi codd. F. d. ad Θεμιστοκλέους aberrarunt). — Ἀμεινοκλέϊ VII. 190 (Ἀμεινοκλέη cod. S.). — Μεγακλέα I. 61. Ἡρακλέα II. 42. 43 bis. 44 bis. 45. IV. 8 bis. 9 bis. 10. 59. Προκλέα VI. 52. 131. III. 52 (ubi vitium scripturae est in cod. K. Προκαλέα exhibente, et in codd. b. d. Πατροκλέα noto errore praebentibus). — Μανδροκλέα IV. 88. 89. Θεμιστοκλέα VIII. 4. 57. 61. 112 bis. 125.

Ab his legitimis formis omnium librorum auctoritate munitis mox in Atticam, mox in epicam aberratum est consuetudinem, nullo modo in nostri oratione ferendam, recteque nunc a Bekkero fere ubique expulsam; sed II. 145 etiam Bekk. male consentit cum vulgata Ἡρακλῆς pro vero Ἡρακλέης. — 146 Ἡρακλέης vulg. Ἡρακλῆς F. a. III. 50 et 51 male vulgatum est Προκλῆς (cod. b. Πατροκλῆς) pro genuino Προκλέης. IV. 87 et 88 Μανδροκλέης vulgat. Μανδροκλῆς S. V. V. 92 Σωσικλέης vulgat. cum S. et Plut. II, p. 860 D. (Σωκλέης F. b.) Σωκλῆς M. — 93 Σωσικλέης vulg. Σωκλῆς male M. K. F. I. 7 Ἀλκαίου τοῦ Ἡρακλέος recte vulg. Ἡρακλέους male codd. S. b. d., qui quidem cod. S. eodem capite

paulo post cum vulg. Ἡρακλέος consensit. II. 42 Ἡρακλέος vulg. cum V. S. R. K. P. F. a. b. c. d. Ἡρακλέους M. VII. 143 inde a Wessel. recte cum codd. S. V. Θεμιστοκλέος legitur, pro quo Ald. al. cum F. d. male Θεμιστοκλέους. VIII. 43 Ἡρακλέος edd. et codd. omnes praeter S., qui Ἡρακλέους praebuit; qui idem cod. S. VIII. 61 semel et 111 Θεμιστοκλέους habet pro Θεμιστοκλέος. IX. 90 Θρασυκλέος vulg. cum S. V. K. Θρασυκλέους F. I. 65 Ἡγησικλέος vulg. Ἡγησικλέους c. I. 59 Μεγακλέος edd. Μεγακλέους b. c. d. — 60 Μεγακλέος Bekk. recte. Μεγακλέους vulg., item 61. — Atque recte vulgatum Μεγακλέϊ VI. 130 depravarunt codd. M. P. K. F. in Μεγακλέει (cf. Pors. ad Eurip. Med. 675), item 131 cod. K. pro vulgato Μεγακλέϊ. — Pro vera vocativi forma Θεμιστόκλεες VIII. 59, omnibus nostris in editionibus merito servata, habetur in cod. S. Θεμιστόκλεις. — In epicam autem aberratum est VII. 193 ubi pro vero Ἡρακλέα a codd. F. S. praebito alii Ἡρακλῆα exhibent. VIII. 63 Θεμιστοκλέος Bekk. cum F. S. Θεμιστοκλῆος vulg., item VIII. 75. VIII. 79 Θεμιστοκλέα Bekk. Θεμιστοκλῆα vulg. — 92 Θεμιστοκλέα bis, cum codd. S. V. K. F., alii male Θεμιστοκλῆα; item VIII. 123. IX. 97 Πασικλέος nunc vulg. cum S. F. b. Olim Πασικλῆος. — 98 Θεμιστοκλέος nunc vulg. cum F. Olim male Θεμιστοκλῆος. — 90 Θρασυκλέος nunc vulg. cum S. V. K. Olim Θρασυκλῆος. Θρασυκλέους F. — Has igitur omnes et epicas et Atticas formas fore ut in posterum editores omnes a genuina Herodotea oratione arceant summe spero.

De nominibus in ας terminatis, plerumque eandem simplicissimam flexuram secutis, singillatim est dicendum. Et κέρας quidem in genitivo flectitur κέρεος IX. 26 bis, sine ulla varietate et VI. 111 κέρεος cum codd. S. V. M. P. Paris. ubi non audiendus est cod. F. κέρεως, neque Ald. Atticum κέρως substituens. Et in dativo nunc rectissime cum codd. M. P. K. F. Paris. IX. 102 κέρεϊ vulgatum est, quum Ald. S. V. κέραϊ dederint. — κέρεα ubique sine varietate legitur II. 38. 74. IV. 29 ter. 183. 191. 192 bis. VI. 50. 113. VII. 76. 126. κερέων II. 132. IV. 183. — Sic et τέρας habet in genitivo τέρεος VIII. 37, quae forma quum hoc in loco ab omnibus libris servata sit, eandem etiam II. 82 pro vulgato τέρατος reponendam esse, persuasissimum mihi est, ut eodem loco τέρατα in τέρεα, quod VIII. 37 constat, mutandum esse. — Nominis γέρας nominativus et accusativus pluralis tantum apud nostrum inveniuntur, iique constanter γέρεα II. 168. III. 142. IV. 162. 164. VI. 56. 47. VII. 29. 104. VIII. 125. IX. 26. — Nominis κρέας genitivus κρέως II. 41 ab omnibus sic scriptus exhibetur, ab omni depravationis suspicione liberatus; et genitivus pluralis κρεῶν I. 59. 73. 119 ter. II. 37. 47. 168. III. 18. 99. IV. 61 ter. Et κρέα habes I. 119. 132 quater. 216. II. 47. III. 18 (ubi codd. S. V. male κρέατα). 23. 99. IV. 26 bis. 61 ter. — Sed III. 14 summa cum constantia ἐπὶ γήραος οὐδῷ retinetur, ut Schaef. Bekk. VI. 24 pro vulgato γήρᾳ suo jure γήραϊ substituisse videantur. Quum

enim nostri in oratione istam Atticam formam non admittendam esse pateat, neque etiam unquam γήρεος, γήρεϊ in usu fuisse videantur, apparet Ionicam orationem hac in dictione cum epica consentire debuisse, praesertim quum illud ἐπὶ γήραος οὐδῷ hac ipsa in forma in proverbium quotidiani sermonis abiisset cf. Interppr. ad Plat. Remp. I, p. 328 E. et ad Herod. III. 14. — Similem simplicissimamque flexuram nomen νηῦς apud nostrum habet; nam exceptis dativis νηΐ et νηυσί, qui magis ad nominativi formam νηῦς accesserunt, constanter sic flectitur: νέος, νέα, νέες, νεῶν, νέας. cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Ion. p. 19. Excerpta e cod. Paris. p. 677: νέες ἀντὶ τοῦ νῆες. et Maitt. p. 143. — Et νηῦς habes IV. 86. 152. VI. 139. VIII. 87 (παραπεσοῦσα νηῦς sine varietate. Ibid. ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης vulg. ναῦς S.). 90 bis. 92. Sed ναυπηγήσιμος V. 23 et ναυήγια et similia constanter cf. supra p. 125. — VII. 181 νηῦς recte Bekk. ναῦς Gsf al. — νηΐ I. 2. II. 179. III. 14. IV. 43. V. 86. VI. 41. 118 bis. 140. VII. 181. 184 (ubi codd. K. F. male νεῖ). VIII. 17. 47. 82. 84. 87 bis. 90. 92 bis. IX. 98. — νηυσί I. 70. 166. II. 119. III. 45. 47. 138. IV. 136. 143. V. 81. 86. 99. 108 ter. 112 bis. VI. 8 sexies. 12. 41. 43 bis. 44. 92. 93. 115. 116. VII. 10, 2. 110. 115. 144. 179. 183. VIII. 10. 14. 60, 2, 3. 66. 74. 76. 78 89 bis. 96. 117. IX. 3. 90 bis. 99. — νέα I. 24. III. 13 ter. IV. 43. 85. VII. 100. 128. 182. VIII. 64. — νέες IV. 87. V. 31. 97. VI. 16. 89. 92. 95. VII. 179. 188. 236. VIII. 42. 46. — νεῶν I. 83. 167. II. 154. III. 58. 136 bis. IV. 97. V. 31 bis. 33. 36. 37. 86 bis. VI. 5. 8. 9 bis. 14. 15 bis. 25. 41 bis. 43. 44 bis. 92. 113. 115. 118. VII. 44. 45 (item Stob. 36 p. 535). 49 (item Stob. 52 p. 364). 96. 100 bis. 138. 181. 182. 183. 184 bis. 185. 188 bis. 196. VIII. 12. 81. 100. IX. 96. — νέας I. 27 bis. 171. II. 115. IV. 83. 141. V. 26. 30. 33. 34. 63. 97. 101. 109 bis. 116 VI. 5 bis. 8 bis. 12 quater. 14. 15 bis. 16. 17. 46 (τὰς νέας ἐς Ἄβδηρα κομίζειν). 48 bis. 89 ter. 93. 95 bis 97. 101. 107. 132 bis. VII. 1. 9, 3. 21 ter. 24. 44. 49, 1 (item Stob. 52 p. 364). 59 bis. 89. 90. 91 bis. 92. 93. 94. 95. 96. 99. 100. 121. 122. 123. 142. 144. 168 bis (οὐδὲ νέας ἐλαχίστας παρασχόντες et paulo supra ἀνεκώχευον τὰς νέας, item Suid. s. v. ἀνεκώχευον). 173. 179. 185. 188 (ἐπὶ ὀκτὼ νέας item Eust. ad Il. ξ p. 965 = 949. Suid. s. v. πρόκροσσαι. Ἡρόδοτος· (VII. 188) αἱ δὲ νῆες πρόκροσσαι ὡρμαίνοντο ἐς πόντον ἐπὶ πεντήκοντα νέας, ubi hoc νέας tantum Herodoteam orationem expressit: nam nostri libri ignorant αἱ δὲ νῆες, ignorant ὡρμαίνοντο et πεντήκοντα. —). VII. 189. 190. 235. VIII. 1. 14. 23 (item Plut. de Malig. c. 34). 25. 40. 44. 46.

His tam multis locis, ubi nihil varietatis enotatum reperi, atque omnes rectam istam Herodoteamque formam praebuisse videntur, confirmatam etiam illam et grammaticorum modo supra laudatorum testimoniis aliorumque scriptorum Herodotea afferentium, nunc illos opponam, in quibus fluctuant libri et mss. et editi, ita tamen, ut in Bekkeriana editione omnes illos jam correctos inve-

nias; neque immerito, quum, nisi Herodotum a se ipso defecisse statueris, nulla justa causa appareat hujus fluctuationis, a librariis solis profectae. I. 1 νεός F. c. νηῶς d. νηός Gsf. alii, quae poetica, non Herodotea erat forma cf. Matth. gr. gr. I, p. 238. — I. 5 νεός F. c. νηός Gsf. al. VI. 114 νεός F. νηός Gsf. al. νεώς S. VII. 180 νεός Bekk. νηός Gsf. al. νεώς S. VIII. 58 νεός Bekk. νηός vulg. item 84. — 87 νεός Bekk. bis cum S. νηός Gsf. al. — 88 Καλυνδικῆς νεός Bekk. cum S. νηός Gsf. al. Ibid. τὸ ἐπίσημον τῆς νεός Bekk. νηός vulg. νεώς S. — 90 νεός S. νηός vulg. — 118 νεός bis Bekk. νηός vulg. — 121 νεός Bekk. νηός Gsf. al. νεώς S. F. — νέα VI. 87 (θεωρίδα νέα) sic S. νῆα Gsf. al. VIII. 5 νέα vulg. νῆα S. item 10. 11. — 57 νέα Bekk. cum Plut. de Malig. c. 37. νῆα Gsf. et vulg. — 58 τὴν νέα bis Bekk. νῆα Gsf. et vulg. — 64 νέα Bekk. cum F. νέας c. νῆα vulg. — 87 νέα Bekk. cum S. νῆα Gsf. al. — 88 νέα bis Bekk. cum S. νῆα Gsf. al., item 90. 92 bis. 94. 118. — 119 νέα Bekk. νῆα vulg., item 120. — νεῶν III. 59 S. V. νηῶν Gsf. al. V. 109 vulg. νηῶν S. VII. 194 νεῶν S. νηῶν Gsf. al. — 160 νεῶν Bekk. νηῶν vulg. VIII. 2 τῶν νεῶν bis Bekk. νηῶν S. al., item 16 ter et 18. 7 ter. 8 bis. — 9 νεῶν Bekk. νηῶν Gsf. al. et vulg. item 67. 68, 1. 82. — 86 νεῶν Bekk. cum S. νηῶν Gsf. al. — 91 νεῶν Bekk. cum S. νηῶν vulg. — 94 νεῶν Bekk. νηῶν vulg., item 99. 130. IX. 32. — νέας V. 83 Bekk. vulgo νῆας (cf. Lob. Phryn. p. 170) VI. 116 νέας F. S. νῆας Gsf. al. VII. 192 νέας S. K. V. F. νῆας Gsf. al. — 193 νέας S. νῆας Gsf. alii. — 194 νέας S. νῆας vulg., item 195. VIII. 1 δύο τε νέας Bekk. νῆας K. S. V. — 4 νέας Bekk. et vulg. νῆας S. item 6. 10 bis. 11. 15 bis. 17. 22. — 42 νέας bis Bekk., ubi quidem priore in loco codd. S. V. K. νῆας habent, et in posteriore solus cod. S. — 43 νέας bis Bekk. et sic cod. F. semel; νῆας bis Gsf. al. — 23 νέας δὲ ταχέας Bekk. νῆας δὲ ταχείας Gsf. et vulg. — 25 ἐπὶ τὰς νέας Bekk. νῆας vulg., item 40. 44. — 45 νέας vulg. νῆας S. — 46 νέας alii, alii νῆας. — 51 νέας Bekk. cum F. νῆας Gsf. et vulgo. — 56 νέας bis, cum K. F. νῆας Gsf. al. — 57 νέας bis Bekk. cum Plut. de Malig. c. 37. νῆας Gsf. et vulg. — 60, 1 νέας bis Bekk. νῆας vulg., item 63. 65. 67. 70. 76. 79. 82. 83 84. — 68, 2 νέας Bekk. νῆας vulg. cum S. — 85 νέας Bekk. cum S. νῆας Gsf. al. — 107 νέας Bekk. bis. νῆας vulg., item 108 ter. 110. 111. 130. IX. 90 νέας nunc vulgat. cum S. V. F. Olim νῆας, item νέας ter nunc vulg. cum S. K. F. IX. 96 pro νῆας ter olim vulg. — 97 νέας nunc vulg. cum F. S. Olim νῆας, item 98. 99. — 106 τὰς νέας bis nunc vulg. cum S. V. K. F. Olim νῆας bis. — Et in Atticam vulgaremque formam aberratum est V. 33 τῆς νεός ter vulg. νεώς S. ter. VII. 101 νεός Bekk. et vulg. νεώς S., item VI. 41. 43. VII. 101. — I. 1 νέα Bekk. et vulg. ναῦν d. e. — νέες I. 166 bis Bekk. νῆες vulg. III. 58 νέες Bekk. cum S. V. νῆες Gsf. al. V. 86

νέες vulg. νῆες K. F. VII. 55 νέες Bekk. cum F. νῆες vulg. — 144 νέες Bekk. al. νῆες S. al. — VIII. 14 νέες Bekk. et vulg. νῆες F. — 16 νέες Bekk. ter. νῆες S., item 46. — 61 νέες Bekk. νῆες vulg., item 62. 63. — 87 ἄλλαι νέες S. νῆες vulg., item 90. — 89 νέες Bekk. νῆες vulg., item 93. 107. 131. 132. — 90 νέες Bekk bis cum S. νῆες vulg., item 92. 94. — νηυσί I. 163 Bekk. al. cum P. K. F. a. c. ναυσί Ald. al. V. 52 νηυσὶ πέρητος vulg. ναυσὶ πέρητος S. V. 99 εἴκοσι νηυσί vulg. ναυσίν S. — νέας ναυπηγεύμενοι Bekk. VI. 46. ναῦς vulg. VIII. 94 τὰς νέας Bekk. ναῦς vulg.

Ac simili cum fluctuatione codicum similique cum aberratione in poeticam et Atticam vulgaremque formam nobis est conflictandum, quum paulo accuratius inquiremus in Herodoteam flectendi rationem ea nomina in ις terminata, quae in genitivo ante terminationem nullam consonantem litteram recipiunt, sed ος purum, quod dicunt, habent. Omnibus autem rite perpensis, Herodotum illis in nominibus hanc unam simplicemque flexuram in ιος, ι (ex ιι contractum), ιν, ιες, ιων, ισι, ις (ex ιας contractum) secutum esse apparebit. Sic dixit: ἀκροπόλιος I. 15. 84 (κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος, τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος, sic libri Herod. sed Suid. s. v. φύλακος male ἀκροπόλεος. Ibid. τὸ χωρίον τῆς ἀκροπόλιος). III. 68. 79. 144. 146. V. 74. 90. 100. VIII. 41. 52. 53. — πόλιος I. 26. 30. 111. 165. 178. 180. 181. 186. 190. 191. II. 7. 8. 9. 15. 17. 18 (item Orig. ctr. Cels. V, p. 254). 28. 29. 30. 33. 41. 65. 111. 134. 158. 166. 175. III. 5. 6. 19. 64. IV. 14. 44. 93. 99. 137. 150. 164. 200. V. 83. 92, 2. VI. 19. 21. 33. 36. 41. 82. 127. VII. 33. 58. 101. 123. 155. 170 176. 179. 183. 188. VIII. 104. 128. 135. IX. 51. 52. 86. 115. — ἐξευρέσιος I. 67. ὕβριος I. 106. 189. III. 80. VI. 137. ἐλευθερώσιος IX. 45. ὀψιὸς I. 108. 209. II. 76. 99. 147. III. 149. VI. 107. IX. 93. ἐκδόσιος I. 159. ἀναβάσιος I. 181. καταβάσιος II. 122. διαβάσιος VIII. 51. 115. πέμψιος VIII. 54. πίστιος VIII. 105. φύσιος II. 19. 45. IV. 50. V. 118. ἀπηγήσιος II. 70. V. 65. ἴβιος II. 76. τρόπιος II. 96. πικρώμιος II. 143 bis. δυνάμιος III. 88. V. 66. VII. 50, 2. 157. IX. 99. προφάσιος II. 161. III. 36. IV. 79. VI. 13. 49. 94. VII. 150. 229. ποιήσιος III. 22. ibid. ἀλείψιος. ἀποκρίσιος III. 55. V. 50. IX. 9. ῥάχιος III. 54. πληρώσιος III. 67. ἀπίξιος III. 69. 145. V. 49. διαλύσιος III. 104. ἐξανδραποδίσιος III. 140. ἁλώσιος III. 156. ὄφιος IV. 9. φάσιος IV. 38. παιδεύσιος VI. 128. παραινέσιος V. 11. ἀποστάσιος V. 35. VI. 1. 4. 11. 18. καταστάσιος IX. 9. τάξιος VI. 14. IX. 21. 26. 27. 29. 68. 74. γενέσιος VI. 69. κατακλίσιος VI. 129. ἐκφάσιος ibid. et πόσιός VI. 129. ἐλάσιος VII. 106. μήνιος VII. 137. ἐξέσιος V. 40. προκλήσιος IX. 75. καννάβιος IV. 74. 75. ἐμπρήσιος VIII. 55. τέρψιός VII. 39 (item Stob. Serm. 20 p. 173). ἀλώσιος VII. 20. κρίσιος VI. 131. ἐκτυφλώσιος IX. 94. ἀναχωρήσιος IX. 22. Τομύριος I. 207. 211. Θέμιος II. 50. Μοίριος II. 4. 13. 69. 101. 148. 149. III. 91. Μέμ-

φιος II. 12. 99. 150. III. 6. 16. 27. Σύρτιος II. 32. IV. 163. 173. Ἴσιος II. 41. 42. 59. 156. Ὀσίριος II. 144. Χέμμιος II. 91. Ναυκράτιος II. 97. Σεσώστριος II. 104. 137. Φιλίτιος II. 128. Ἀνύσιος II. 137. Σμέρδιος III. 30. 32. 61. 62. 63. 64—69. 74. 88. VII. 78. Καυκάσιος III. 97 bis. Ὑπάνιος IV. 52. 81. Πρυτάνιος VIII. 131. Ψάμμιος II. 161. Ῥοδώπιος II. 134. 135 bis. 136. Βουβάστιος II. 137. 154. 158. 166. Ἀμάσιος II. 169 bis. 177. III. 1. 4 bis. 10 bis. 13. 16. Σάϊος II. 175. Καδύτιος III. 5. Ὀάσιος III. 26 bis. Ἄπιος III. 29. II. 18 (item Origen. ctr. Cels. V, p. 254). Ἀναγυράσιος VIII. 93. Χέρσιος V. 104. 113. VIII. 11. Λιποξάϊος et Ἀρποξάϊος IV. 6. Ὤπιος IV. 35. Ἀβάριος IV. 36. Τεάσπιος IV. 43. VII. 79. IX. 76. Ἀναχάρσιος IV. 46. 76. Συεννέσιος V. 118. Ἰβανώλιος V. 121. Συβάριος VI. 21. Ἄγιος VI. 65. Ἥγιος VII. 204. Ἀμύριος VI. 127. Λυγδάμιος VII. 99. Ἀφύτιος VII. 123. Βούλιος VII. 137 bis.

Et dativum recte in ῑ contractum habes: βάρι II. 60. ζεύξι VII. 35. πόλι II. 28. 130 (οἱ ἐν Σάϊ πόλι ἱρέες). 137. 138. 150. 155 (οὔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ). 163. III. 102. IV. 79. 108. 203. VI. 7. 23. 27 bis. 74. 106. VII. 26. 27. IX. 94. ἀκροπόλι VI. 105. VIII. 55. δυνάμι III. 1. ἐμβάσι I. 195. πίστι IX. 106. μάντι VIII. 134. Κλεόβι I. 31. Τομύρι I. 208 (sic F. a. c. alii male Τόμυρι proparoxytonon). Μέμφι II. 3 ter (item Athenagor. πρεσβ. περὶ Χριστ. p. 36). II. 8. 99. 112. 153. 176 ter. III. 13 bis. 27. 37. 91. 139. Μοίρι II. 13. Σάϊ II. 28. 62. 130. 170. 175. 176. Ἴσι II. 59. 61. 176. Βουσίρι II. 61. Παπρήμι III. 12. II. 63 (sic vulg. cum M. P. K. F. a. Πατρήμι S. V. c. Παπρῆμι male b.). Βουβάστι II. 67. 137. Ναυκράτι II. 135. τῷ Ἄπι II. 153. Ψάμμι II. 159. Ἀμάσι III. 16 bis. 39. Μωμέμφι II. 163. τῇ Νιτήτι III. 3. Πανσίρι III. 15. Σμέρδι III. 61 bis. 69 bis. Ὑπάνι IV. 18. 53. Ἀναχάρσι IV. 76. Δάτι VII. 10, 2. Θέτι VII. 191 bis. Στράττι VIII. 132.

Et nominativos plurales in ῑες: Σάρδιες I. 84 bis (ἔσονται Σάρδιες ἀνάλωτοι et οὕτω δὴ Σάρδιες ἡλώκεσαν). πόλιες I. 142 bis. 143. 144. 149 bis. 150. 151 bis. IV. 14 (item Origen. ctr. Cels. III, p. 126). VI. 21. VII. 96. μάντιες IV. 67. 68 ter. VI. 69. προμάντιες II. 55. συμβάσιες I. 74 (sic libri Herod., sed Stob. Serm. 28 p. 197 (Gesn.) hoc ex loco exhibuit πίστιες). ἐνύδριες II. 72. IV. 109. οἱ ὄρχιες IV. 109. ὄφιες II. 74. III. 107. 109 bis. IV. 189. 191. 192. VII. 16, 2. ἴβιες II. 76. στάσιες III 82. ἐπιτάξιες III. 97. τίσιες III. 126. 128. βουβάλιες IV. 192. ζεγέριες IV. 192. καταλύσιες V. 52. καλασίριες II. 164. IX. 32. Ἑρμοτύβιες II. 164. 165. IX. 32. Τράσπιες IV. 6.

Genitivos plurales in ῑων: πολίων I. 6 (item Suid. s. v. Κροῖσος). 61. 148. III. 139. IV. 137. V. 38. 91. 115. 124. VI. 25. 32. 33. 39. 42. 44. VII. 37. 99. 118. 122. 123. 172. VIII. 42. 66. 71. IX. 10. Σαρδίων I. 7 bis. 15. 47. 84. 91. 154. II. 106. III. 5. 120. V. 52. 53. 73 (item Suid. s. v. ἀνεκορύφου). 106. 108. 123. VI. 1.

30. 42. 125. VII. 37. 41. 43. 88. VIII. 105. ὀφίων I. 78. II. 75 III. 108. IV. 105. οἴων II. 42. III. 106. 113 bis. Ἑρμοτυβίων II. 165. 168. Καλασιρίων II. 166 bis. 168. στασίων III. 82. ἀρδίων IV. 81. Νισυρίων VII. 99. Καλυδνίων VII. 99.

Dativos plurales in ῑσι: πόλισι I. 151. VI. 59. VII. 119 bis. 167. VIII. 115. IX. 2. 41. Σάρδισι I. 157. III. 126. 128. 129. IV. 45. V. 101. 102. VI. 4. 101. VII. 57. 88. 145. VIII. 106. IX. 3. 107. 108. βάρισι II 179. ἀναξυρίσι III. 87. κυκτερίσι III. 110. μάντισι IV. 69. πίστισι IV. 172.

Accusativos plurales in ῑς contractos: Σάρδις I. 22. 27 (ἐς Σάρδις στρατεύεσθαι). 29. 30. 34. 43. 48. 69. 70 ter. 73. 77 quater. 78 bis. 79. 86. 91. 141. 152. 153. 154. 155 bis. 156. 157. III. 48 bis. 49. V. 11 bis. 12. 13. 23 bis. 24. 31. 54 bis. 73 bis. 96. 99. 100. 103. 105. 116. 122. VI. 1. 5. 30. 125. VII. 1. 8, 2. 11. 26. 31. 32. 146. VIII. 117. IX. 107 bis. πόλις II. 177. VII. 109 (τὰς ἠπειρώτιδας πόλις). 122. 139. 219. ὄφις II. 76. ὄϊς II. 42. 45 (cf. Schol. Aristoph. Pac. 929). τὰς ἴβις II. 67. 75. κυλλήστις II. 77. καλασίρις II. 81. πίστις III. 7. 8 quater. τὰς τάξις IX. 48. 25 (ἐκλείποντες τὰς τάξις).

Ab his legitimis verisque formis saepissime immerito aberratum est, et ut ab hoc accusativo plurali, quem casum aeque ac dativum singularem semper Herodotum contraxisse contendo, ordiamur, mox in terminationem ιας, mox in εις, neutram Herodoteam. Sic I. 15 pro recto vulgatoque Σάρδις dederunt codd. S. a. c. d. Σάρδεις. I. 19 Σάρδις Bekk. al. Σάρδεις alii. — 27 ἀπικόμενον ἐς Σάρδις nunc vulg. cum M. F. S. Σάρδεις a. c. (Ald. al. ἐς Κροῖσον. alii ἐς Πέρσας). III. 128 Σάρδις vulg. Σάρδεις F. VIII. 105 Σάρδις vulg. Σάρδιας S. I. 140 ὄφις Bekk. ὄφεις vulg. I. 90 τὰς ὑποκρίσις Schaef. Bekk., et sic hoc ex loco cod. B. apud Thom. Mag p. 375, 4 (Ritsch.). Vulgo male ὑποκρίσιας. — 186 τὰς καταβάσις Bekk. recte; καταβάσιας Gsf. al. cum M. K. F. a. b. c. καταβάσεις S. — 215 σαγάρις bis Bekk. al. cum F. a. c., σαγάρεις Ald. S. VII. 64 σαγάρις Bekk. al. cum F. σαγάρεις M. K. P. S. I. 215 ἄρδις nunc vulgat. cum Suid. s. v. ἄρδιν — Ἡρόδοτος καὶ ἄρδις πληθυντικῶς ἀντὶ τοῦ φαρέτρας. — II. 58 πανηγύρις Bekk. al. cum K. πανηγύρεις M. F. πανηγύριας S. a. (cf. Plut. II, p. 857). II. 59 πανηγύρις Bekk. al. cum M. K. πανηγύρεις F. πανηγύριας Ald. S. a. — 75 τοὺς ὄφις Bekk. al. ὄφεις F., item cod. S. IV. 183. IX. 25 παρὰ τὰς τάξις Bekk. al. τάξεις F., item 31 et 47. II. 41 ἐς ἄλλας πόλις Bekk. cum M. K. P. πόλιας S. al. πόλεις F. II. 102 τὰς πόλις Ald. Bekk. et vulgo cum R. Paris. πόλιας P. M. K. F. πόλεις S. V. — 108 τὰς πόλις vulg. πόλεις S. — 121, 6 τὰς πόλις Bekk. al. πόλεις F. πόλιας S. V. — 180 τὰς πόλις Bekk. et vulg. πόλιας S. IV. 43 τὰς πόλις Bekk. πόλεις F. πόλιας Gsf. al. V. 92, 1 τὰς πόλις bis Bekk. al. cum codd. K. P. πόλεις F. πόλιας S. — 92, 7 τὰς πόλις Bekk. cum P. K. F. Paris. πόλιας S. al. — 103 πόλις

Bekk. al. cum K. P. F. πόλιας S. Ald. al. — 115 τὰς πόλις Bekk. πόλεις F. πόλιας Gsf. al. — 116 τὰς πόλις nunc vulg. cum K. F. πόλιας S. al. — 117 τὰς πόλις nunc vulg. cum K. F. πόλιας Ald. al. cum S. — 121 τὰς πόλις nunc vulg. cum K. F. πόλιας edd. vett. πόλεας S. VI. 70 τὰς πόλις Bekk. al. cum S. πόλιας F. al. — 99 πόλις vulg. πόλιας F. VII. 1 κατὰ πόλις Bekk. al πόλεις S. V. — 109 πόλις Ἑλληνίδας Bekk. al. cum S. K. Alii πόλιας; et eodem capite sub finem τὰς πόλις τὰς παραθαλασσίας Bekk. al. πόλιας F. — 123 τὰς πόλις Bekk. al. πόλεες F. S. — 124 τὰς πόλις Bekk. al. πόλιας cod. F. — 207 ἐς τὰς πόλις Bekk. πόλιας vulg. VIII. 32 ἐς τὰς πόλις Bekk. al. πόλιας S., item 34. — 57 κατὰ γὰρ πόλις Bekk. al. cum K. F. πόλιας S. al. — 68, 2 κατὰ πόλις Bekk. al. cum P. K. (Plut.). πόλιας S. V. πόλεις F. al. — 108 κατὰ πόλις Bekk. πόλιας vulgat. IX. 109 πόλις Bekk. al. vulg., πόλεις F. — Quum igitur iidem codices mox πόλις mox πόλεις, mox etiam πόλιας vel πόλεας exhibeant, neque unus quidem in ullius quamvis mendosae formae scriptura sibi constiterit; nec tamen quisquam ad suspicandum facile inducatur, ab ipsius Herodoti manu istam varietatem esse profectam, quis, quaeso, dubitabit cum iis editoribus consentire, qui illis in locis constanter accusativum pluralem in ῑς contractum exire jusserint, quum et fluctuatio librorum inter ῑς et εῖς, quae mirum esset ni inveniretur, magis hic terminationi ῑς faveat, et tota alia harum vocum Herodotea flexura; quod et ii confirmare videntur, qui in epicam terminationem ιας aberrarunt; perspexerunt enim illi, non Attice istos accusativos formandos esse, sed in Homeri Ionismum aberrarunt. Quare neminem non mecum consentientem me habiturum esse spero, si et eos locos, qui omnibus adhuc in exemplaribus mendose scripti exstant, sine ulla haesitatione correxero. Sic pro πόλιας male vulgato I. 94. 141. 142. 145. 146. 162. 170. IV. 148. 179. V. 15 bis. 38. 102. VI. 31 bis. 32 bis. 43. 48. VII. 204 (πόλεις S.) ubique πόλις revocandum esse censeo; et IX. 7 vulgat. ἐπάλξεις in ἐπάλξις vertendum, VI. 111 vulgat. τάξιας in τάξις, VI. 86 vulgat. προφάσιας in προφάσις, IV. 68 vulgat. μάντιας in μάντις, item 69 bis, et eodem capite vulgat. ψευδομάντιας in ψευδομάντις. IV. 105 vulg. ὄφιας in ὄφις. VI. 111 vulg. πανηγύριας in Herodoteum πανηγύρις. (Sic et Pind. in accus. κρίσις et φάτις Pyth. III, 112 Boeckh.) — Sed mirum fortasse alicui videatur, quod accusativum quidem Herodotus contraxit, neque idem in nominativo plurali fecit; verum meminerit ille velim, similiter rem sese habere in nominibus in ῡς exeuntibus, in voce βοῦς aliisque, et in Attico vulgarique sermone idem saepius recurrere cf. Buttm. gr. gr. § 50 Vot. 6. — Quare non est eorum ratio probanda, qui quum libri in hoc nominativo plurali scribendo saepius inter terminationes ις, εις, ιες fluctuent, ῑς aut εις praetulerunt, aut traditam vulgatamque perversam scripturam retinuerunt: II. 41 πόλιες F. al. πόλις a. πόλεις S. II. 178 αἵδε πόλιες

vulg. cum S. F. a. πόλις Gsf. al. cum M. K. P. Ibid. ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλιες Bekk. cum S. V. πόλις Gsf. al. — Ibid. αὗται αἱ πόλιες vulg. cum S. πόλις Gsf. al. — II. 97 αἱ πόλιες μοῦναι Bekk. al. cum F. πόλεις M. K. S. πόλις vulg. cum R. Paris. Ibid. αἱ δὲ πόλιες μοῦναι vulg. cum S. a. πόλις Gsf. al. — VI. 33 πόλιες συχναί nunc vulg. πόλεες Ald. VII. 22 πόλιες αὗται Bekk. πόλις vulg. — 123 πόλιες Bekk. πόλις vulg., item 234. 235. — VIII. 73 πόλιες bis Bekk. cum S. πόλις Gsf. al., et posteriore in loco cum cod. K. — II. 41 βάριες Bekk. βάρις vulg. — IV. 114 κτήσιες Bekk. κτήσεις vulg. — V. 71 αἱ πρυτάνιες Bekk. πρυτάνις vulg. — VII. 158 ἐπαυρέσιες vulgat. cum V. (ἐπαυρήσιες Ald.) ἐπαυρέσεις F. ἐπαρκέσις S. — I. 84 (init.) Σάρδιες δὲ ἥλωσαν ὧδε. vulgat. Σάρδεις S. — V. 102 Σάρδιες vulg. cum S. Σάρδις Gsf. al. cum ceteris codd. — Bekkerus igitur ubique veram nominativi pluralis formam in ιες exeuntem restituit servavitque; neque ad Herodoteam orationem pertinet quod Gregorius tradidit, d. d. Ion. p. 475 ... καὶ ὄφιες ὄφις Ἰωνικόν, quum modo supra jam viderimus ὄφιες tantum omnium librorum auctoritate ubique munitum esse.

Atque in dativo singulari idem Bekkerus fere semper genuinam Herodoteamque terminationem praebuit; nam bis tantum cum falso vulgatoque consentit II. 82 ποιήσει male retinens et III. 109 τῇ ἐκποιήσει, pro Herodoteis ποιήσι et ἐκποιήσι, quum alias constanter, neglectis vitiosis formis in εϊ vel ει vel ιι, hunc dativum in ῑ longum ex ιι contractum recte praebuerit, etiam Κλεόβι I. 31 et ἀπόλι VIII. 61, paroxytona scripserit contra quorundam grammaticorum auctoritatem, qui ex accentu harum vocum, olim male in antepenultima reposito, concludi posse arbitrabantur, Herodotum hoc ῑ contractum etiam corripuisse. Sed magis hac in causa valent tales formae, quales sunt βάρι II. 60. ζεύξι VII. 35., neque putandus est Herodotus, non metri legibus adstrictus, interdum corripuisse hoc ῑ, quod, ex ιι contractum, ut semper penultima acuatur, efficit. (cf. Theod. Canones in Bekk. Anecd. II, p. 1192 sq.) II. 110 Σεσώστρι vulgat. cum S. V. K. F. Paris. Alii Σεσώστριϊ. II. 162 Ἀμάσι vulg. Ἀμάσιϊ P. I. 196 συνοικήσι Bekk. συνοικήσει vulg. — 192 τῇ δυνάμι Bekk. δυνάμει vulg. II. 102 δυνάμι nunc vulg. cum M. P. K. V. δυνάμει S. F. a. et olim. IV. 155 δυνάμι Bekk. δυνάμει vulg. II. 103 φάσι vulg. φάσει S. V. — II. 141 ὄψι Bekk. al. cum M. P. K. ὄψει S. F. al. — I. 153 τῇ πρήσι Bekk. πρήσει vulg. IV. 17 πρήσι Bekk. πρήσει vulg. — II. 143 ἐν τῇ ἀριθμήσι Bekk. ἀριθμήσει vulg. — I. 64 Λυγδάμι nunc vulg. cum M. Λύγδαμι F. Λυγδάμη P. b. e. Λυγδάμει edd. vett. — II. 173 καταστάσι Bekk. καταστάσει vulg., item III. 46. VIII. 83 καταστάσι vulg. καταστάσει F. — I. 173 τῇ στάσι Bekk. στάσει vulg. I. 60 στάσι Schaef. Bekk. στάσει Gsf. et codd. στάσεϊ Ald. Borh. — 150 στάσι nunc

*) vid. et Var. Lectt. IV, 172.

vulg. στάσι F. στάσεϊ olim. V. 28 στάσι nunc vulg. cum F. Olim στάσει. VII. 153 στάσι vulg. στάσει S. — I. 69 τῇ ἀπίξι Schaef. Bekk. ἀφίξεϊ vulg. I. 82 ἐν τῇ τάξι Bekk. τάξει vulg. — I. 41 ἐπὶ δηλήσι Bekk. δηλήσει vulg., item IV. 112. — V. 19 τῇ πόσι Bekk. πόσει vulg. — III. 34 κρίσι Schaef. Bekk. κρίσει vulg. VIII. 69 κρίσι vulg. κρίσει S. V. ἀνακρίσι Wessel. Bekk. — I. 61 restituit Bekk. quod jam Schweigh. conjecerat, δόσι pro vulgat. δόσεϊ. — I. 154 τῇ ἀκροπόλι Bekk. ἀκροπόλει vulg. V. 77 ἐν τῇ ἀκροπόλι nunc vulg. ἀκροπόλει F. S. ἀκροπόλεϊ Ald. al. — τῇ πόλι I. 153 Bekk. πόλει vulg. — 105 πόλι nunc vulg. cum M. K. c. πόλει F. a. et olim. II. 30 πόλι K. Alii cum S. πόλει. — 41 πόλι K. Alii olim cum F. S. πόλει. — 59 πόλι K. πόλει F. S. Alii πόλεϊ. — 60 πόλι Bekk. πόλει vulgo, πόλεϊ Ald. — 61 Βουσίρι πόλι vulg. πόλει F. S. — 84 Βουτοῖ πόλι vulg. πόλει F. S. — 91 ἐν ταύτῃ τῇ πόλι vulg. πόλει F. S., item III. 120. — 130 ἐν Σάϊ μὲν πόλι ἐοῦσα K. V. πόλει S. — 137 Βουβάστι πόλι vulg. πόλει F. — 165 ἐν πόλι μεγάλῃ vulg. πόλει F. III. 55 πόλι Bekk. alii, πόλει F. S., item 64. — IV. 90 παρ' Αἴνῳ πόλι vulg. πόλει F. — 156 πόλι vulg. πόλει S. item V. 101. — VI. 20 ἐν-πόλι vulg. πόλει F., item VII. 109. 155. IX. 13.

Etiam in genitivis et singularis et pluralis numeri immerito hic illic variatur; ut I. 84 cod. S. πόλεος et ἀκροπόλεος male exhibuit pro vulgatis πόλιος et ἀκροπόλιος; idem πόλεος VII. 127 cod. S., quae formae, ut Atticis maxime poetis familiares, recte rejiciuntur. II. 122 τῆς πόλιος nunc vulg. cum S. V. P. K. F. Paris. πόλεος Ald. Alii πόλεως. — 132 ἐκ Βουτοῦς πόλιος nunc vulg. cum P. K. V. S. F. Paris. πόλεος edd. vett. — 136 ἐξ Ἀνύσιος πόλιος nunc vulg. cum S. K. V. F. Paris. πόλεος Ald. — 138 πόλιος nunc vulg. cum V. S. K. P. πόλεος edd. vett. — 154 Βουβάστιος πόλιος nunc vulg. cum K. V. S. P. F. a. Alii πόλεος. — 172 ἐκ τῆς πόλιος nunc vulg. cum S. P. V. K. F. Paris. Olim πόλεος. Ibid. τῆς πόλιος ὅκου κ. τ. λ. nunc vulg. cum S. V. F. Paris. Olim πόλεος III. 54 πόλιος vulg. πόλεος S. 91 πόλιος nunc vulg. cum S. V. P. K. F. πόλεος olim vulg. — V. 94 Ἀχιλλήϊου πόλιος vulg. πόλεος S. — 104 στερηθεὶς τῆς πόλιος vulg. πόλεος S. — VI. 134 πρὸ τῆς πόλιος S. V. P. F. Paris. πόλεος Ald. Alii πόλεως. VII. 127 Θέρμης πόλιος vulg. πόλεος S. IX. 120 Μαδύτου πόλιος nunc vulg. cum S. V. K. F. P. Paris. Olim vulg. πόλεως. I. 31 πανηγύριος vulg. πανηγύρεως a. c. VII. 144 διαιρέσιος vulg. διαιρέσεως S. — I. 116 ἐκθέσιος nunc vulg. cum M. K. F. a. c. d. Alii cum S. ἐκθέσεως. — 185 πόλιος vulg. πόλεως S. II. 151 δυνάμιος nunc vulg. cum V. S. P. K. F. Paris. δυνάμεος Ald. Alii δυνάμεως; item IV. 137. — II. 152 ὄψιος vulgat. cum P. S. V. ὄψεως M. ὄψεος Steph. Gron. — IV. 78 παιδεύσιος vulg. παιδεύσεως S. — V. 1 προκλήσιος nunc vulg. cum P. S. V. F. προκλήσεος Ald. προκλήσεως M. A. B. — VI. 130 ἀξιώσιος S. K. F. Bekk. al. Alii ἀξιώσεως. IX. 81 ὄφιος nunc vulg. cum S. V. K. F. Paris.

Alii ὄφεος, alii ὄφεως. — 106 ἀναστάσιος vulg. nunc ἀναστάσεος Ald. — II. 137 πολίων nunc vulg. cum K. F. Paris. πολήων olim vulg. VI. 109 τῶν Ἑλληνίδων πολίων vulgat. πολέων F. b. — VII. 154 πολίων τουτέων vulg. πολέων F.

Praeterea adjectiva quaedam in ῑς terminata eandem flectendi rationem sequuntur, sic I. 144 πενταπόλιος χώρης et ἑξαπόλιος (cf. Lob. Parerg. p. 606 sq.) VII. 95 οἱ δυωδεκαπόλιες Ἴωνες, quibus in verbis stupentes animi scribae codicum, haec mox in οἱ δυωδεκα πόλεες mutarunt, ut cod. P., mox in οἱ δώδεκα πόλεες ut cod. F., mox in οἱ δυώδεκα πόλιες, ut cod. S. et edd. vett. — ἄπολις, ἄπολιν VII. 104. ἀπόλι ἀνδρί VIII. 61 nunc recte vulg. cum b. f. Olim ἄπολι, ἀπόλει F. ἀπόλιδι S. — τρόφιες IV. 9. Porro ἔνορχις, cujus genit. plur. VIII. 105 ἐνορχίων nunc recte vulgatur cum P. K. F. b. d. ἐνορχέων edd. vett. cum a. c. ἐνορχιέων S. (cf. Sturz. Hellanici Fragm. et quem ille laudavit Tzetzen ad Lycophr.) unde patet VI. 32 pro vulgato ἐνόρχιας, quamvis codicum P. K. F. Paris. auctoritate munito, Herodoteum ἐνόρχις reponendum fuisse, ut illa minus exquisita forma ἐνόρχας, in codd. S. c. habita, merito damnata est. cf. Lob. Phryn. p. 184 sqq. Paralipp. p. 242. Piers. Moer. p. 270 νῆστις Ἀττικῶς, νήστης Ἑλληνικῶς. Hae formae ἔνορχις, ἐνόρχης et ἔνορχος ad eam nos ducunt quaestionem, cui similis etiam in nominibus in ῡς terminatis erit instituenda, quaenam nomina, quum in universum de flexura ipsa satis sit expositum, hanc flectendi rationem sequantur, quaenam, si plures nominativi singularis terminationes exstent, hanc terminationem ῐς, ιος apud Herodotum retineant. Ac primum quidem vel ex illorum exemplorum recensu satis apparuerit, Herodotum aeque ac Doricae dialecti scriptores flexuram in ῐος alteri in ιδος plerumque praetulisse (cf. Bekk. Anecd. II, p. 1192 sq. (coll. p. 980) p. 1226. Etymol. Mag. p. 42, 18) sic II. 50 Θέμιος solum est Herodoteum, nec quod falso praebent codd. P. K. F. Θέμιδος. I. 207 Τομύριος codd. M. K. F. a. c. nec Τομύριδος S. b. d., conf. et 211. 213. II. 42 Ὀσίριος codic. S. V. R. A. B. neque Ὀσίριδος codd. M. P. K. F. — 156 Ὀσίριος codd. M. P. K. F. S. V. a. b. c. neque aliorum Ὀσίριδος. III. 4 Ἀμάσι nec cod. b. Ἀμάσιδι. III. 155 Σεμιράμιος, nec Σεμιράμιδος F. pr. — II. 86 τῷ κόμμι, indecl. ut apud Hippocrat., sed Anecd. Bekk. I, 104, 1 κόμμιδι ἡ δοτική. Ἡρόδοτος δευτέρῳ, quod non est Herodoteum, sed posteriores κόμμιδος et κόμμεως flexerunt cf. Lob. Phryn. p. 288.

Deinde, ubi plures ejusdem nominis sint formae, eam in ῐς terminatam elegisse, ut genitivum in ῐος inflecteret; quo etiam pertinet nomen χῆτις, cujus dativus χήτι IX. 11. recte sic scribitur a Bekkero pro vulgato χήτεϊ. Ut enim Attice χῆτις, χήτεως, χήτει etc. dicuntur, ab aliis autem χῆτος, si omnino licet cum nostris grammaticis hunc nominativum supponere, quum Homerica χήτεϊ et χήτει (Il. 6, 463. Od. 16, 35. Hymn. Hom. in Apoll. 78) pateat ad χῆτις posse referri, sic Herodotus formam χῆτις praeferens (χήτιος),

χήτι declinavit; ut ἐνόρχις, ἐνορχίων Herodotum dixisse modo vidimus, quum Hom. (Il. 23, 147) ἔνορχα μῆλα praetulerit. — Porro a voce θέμις, θέμιος deduxit Herodotus adjectivum θεμιτός V. 72 sine variet. scriptum (cf. Eust. ad Hom. Od. ι p. 1618 = 340) et ἀθέμιτα VIII. 143 sic Bekk. recte cum cod. b. Gaisf. male cum S. ἀθέμιστα. VII. 33 ἀθέμιτα ἔργα vulgat. cum S. V. A. B. (cf. Valck. ad. h. loc.) Alii cum M. P. F. b. d. ἀθέμιστα ἔρδεσκε. Quod ἀθέμιστα referendum est ad Homericum θέμις, θέμιστος, ἀθέμιστος, postea etiam in Atticum vulgaremque sermonem propagatum, sed Herodotea sola sunt ut θέμις, θέμιος, sic θεμιτός et ἀθέμιτος *). Praeterea a voce χάρις, χάριτος derivatum est adjectivum ἄχαρις, ἄχαρι, Genit. ἀχάριτος. Et ἄχαρι quidem neutrius generis habes I. 38. 108. II. 141. VI. 9. VII. 52. VIII. 13. 143. (cf. Suid. s. v.) et ἄχαρις συμφορή VII. 190. ἄχαρις τιμή VII. 36., et dativ. singul. ἀχάριτι I. 41 συμφορῇ ἀχάριτι, quod quidem alii in ἀχάρι, tamquam ex ἀχάρϊι contractum, perperam mutarunt (συμφορῇ ἀχάριτι, τήν τοι κ. τ. λ. ἀχάριτι τοι (sine τήν) R. e. Ald. al. ἀχαρίτην τοι M. P. ἄχαρι V. S. b. c. d. ἀχάρι Gsf. al. cum F. a.) Neque enim Herod. ἄχαρις, ἀχάριος dixit, ut ἄπολις, ἀπόλιος; sed ἄχαρις, ἀχάριτος, quo et pluralis gen. neutr. ἀχάριτα I. 207 est referendus **) (cf. Interppr. ad h. loc.) comparandusque cum simili plurali ἐπήλυδα VIII. 73., et superlativus ἀχαριτώτατον VII. 156, ex genitivo ἀχάριτος deductus ***); cujus insolitae rei aliud etiam ex Hippocratis scriptis affertur exemplum μελανώτερος (T. I, p. 715 ed. Kühn.) aliud ex Xenophontis ἐπιχαριτώτερον (Cyrop. VIII. 2, 2. Sympos. VII. 5.) et ἐπιχαριτώτατον (Oecon. VII. 37. cf. Suid. ἐπίχαρι, ἐπίχαρις, ἐπιχαριτώτερος. Aristoph. Acharn. 867 ἐπιχαρίτως.) cujus absolutum est ἐπίχαρις (Cyrop. I. 4. 4.) neque ἐπιχάριτος neque ἀχάριτος fingenda sunt; nam quod in Plut. Solon. c. 20 vulgo legitur ἀχάριτος, ut nominativus singularis, incertum est cf. Henr. Steph. Thes. Gr. ling. s. v. Buttm. gr. gr. I, p. 262. — Hom. autem Od. 20, 392 habet comparativum ἀχαρίστερος. — Sed ἀχάριστος, του, is est, qui gratiam non refert, ingratus (cf. Bekk. Anecd. p. 473) sic Herod. I. 90 ἀχαρίστοισι εἶναι, ubi quod duo codd. R. c. ἀχαριστεῖν praebent, pro interpretamento est habendum (cf. Lob. Phryn. p. 18) V. 91 δήμῳ ἀχαρίστῳ (item Plut. de Malig. c. 23.). Verumtamen idem Herodotus I. 32 extr. dixit εὐχαρίστως τελευτᾶν τὸν βίον (item εὐχαρίστως hoc ex loco Stob. Serm. 103, p. 564) placide vitam finire; quum εὐχάριστος alias de eo dicitur, qui gratiam refert. cf. Boeckh. Corp. Inscript. I, 1. p. 52 b. Interppr. ad Xenoph. Cyrop. II. 2, 1. — Hom. Od. VIII. 236 ἀχάριστα injucunda.

---

*) Vide et Herod. III. 37 οὐ θεμιτόν ἐστι sine variet. Antiatt. Bekk. I, p. 99, 27 θεμιτὸν Ἡρόδοτος τρίτῳ. Πλάτων περὶ ψυχῆς.

**) ἀχάριτα recte vulg. cum M. K. S. a. c. ἀχάριστα. d.

***) ἀχαριτώτατον nunc recte vulg. cum codd. S. V. P. K. F. a. c. d. ἀχαριστότατον Ald. al. ἀχαρίτωτον b.

De accusativo singulari nominum in $\overline{\iota\varsigma}$ ($\upsilon\varsigma$) terminatorum, quum haec plerumque in *ιος* apud Herodotum flecti viderimus, patet illum plerumque e vulgari praecepto in $\overline{\iota\nu}$ terminandum esse *); quum autem nomina in $\overline{\iota\varsigma}$ exeuntia, ultima accentu notata, constanter apud eundem nostrum in *ιδος* flectantur **), patet ex eodem praecepto horum accusativum in *ίδα* constanter exiisse, et IV. 74 Ald. Bekk. al. cum codd. S. F. recte *καννα βίδα* paroxytonon scripsisse pro aliorum *καννάβιδα*, quum *καννα βίς*, *καννα βίδος* vestem significet ex cannabi factam (cf. Hesych. s. v. *καννα βίς*, sic enim pro vulgato *καννα μίς* est reponendum) *κάνναβις* autem proparoxytonon, cujus genitivus *καννάβιος* bis ap. Herod. legitur IV. 74. 75., ipsam cannabin ***).

Sed restant alia nomina in $\overline{\iota\varsigma}$ barytona, quae apud nostrum non in $\overline{\iota o\varsigma}$, sed vulgari modo in *ιδος* flectuntur, quorum accusativum quum et in $\bar{\nu}$ et in $\bar{\alpha}$ exire posse notum sit, et Herodotum, quem jam supra pleniorem accusativi formam praetulisse vidimus, illum in *α*, utpote simplicissime exeuntem, maxime vel etiam solum usurpasse exspectes, praesertim quum alter in $\bar{\nu}$ Atticis maxime familiaris dicatur (cf. Piers. Moer. p. 230 et 414) tamen in $\bar{\nu}$ exeuntem apud nostrum quoque videmus. Sic *Ἄρτεμις*, *Ἀρτέμιδος* II. 83. 155. III. 48. IV. 87. VII. 176. *Ἀρτέμιδι* I. 26. II. 59. IV. 33. VI, 138. *Ἄρτεμιν* II. 156. V. 7. — *Μαιῆτις*, *Μαιήτιδος*, *Μαιῆτιν* IV. 57. 101. 123. — *Φθιῶτις*, *Φθιώτιδος*, *Φθιῶτιν* I. 56. — *Ἱστιαιῶτις*, *-ιδος*, *Ἱστιαιῶτιν* I. 56. — *Θεσσαλιῶτις*, *-ιδος*, *Θεσσαλιῶτιν* I. 57. — *Τάναϊς*, *Τανάϊδος* (IV. 166. 122.) *Τάναϊν* IV. 45. 57. 115. 116. 122. — *Καρκινῖτις*, *Καρκινίτιδος* (IV. 99.) *Καρκινῖτιν* IV. 55. — *Ἦλις*, *Ἤλιδος*, *Ἦλιν* VI. 70. — *ἔρις*, *ἔριδος* (I. 82.) *ἔριν* V. 88. VI. 129. IX. 33. — Contra vocis *χάρις*, *χάριτος*, gratia, beneficium, accusativus flectitur *χάριτα* VI. 41. (*χάριτα καταθήσεσθαι*) et IX, 107. (*χάριτα τιθέμενος*), quamquam hanc accusativi formam appellativi nominis grammatici quidam negant apud antiquiores scriptores in usu fuisse, eamque ad proprium nomen Deae restringendam esse contendunt, tamen etiam Xenoph. in Hellen. III. 5, 16 dixit *χάριτα ἀποδοῦναι*, et Euripid. Electr. 61 *χάριτα τιθεμένη*. Helen. 1398 *τῷ θανόντι χάριτα συνεκπονῶν*. — Sed *χάριν* usurpavit noster V. 99 *οὐ τὴν Ἀθηναίων χάριν*, non in gratiam Atheniensium; et I. 71. III. 21. 125. IV. 136. VII. 120. 178. IX. 60. 79. Atque *ἄχαρις*, *ἀχάριτος*, *ἄχαριν* III. 24. — Praeterea vocabulum *ὄρνις*, *ὀρνι-*

---

*) *Φᾶσιν* I. 2. 104. VI. 84. *Κλέοβιν* I. 31. *Σάϊν* II. 59. 62. 163. 169. *ἶβιν* II. 65. 75. *Τίγριν* II. 150 alia.

**) cf. Choeroboscum in Bekk. Anecd. II, p. 1259 *τὰ μέντοι εἰς* $\overline{\iota\varsigma}$ *ὀξύτονα, οἷον κρηπίς, κρηπῖδος, ἀσπίς ἀσπίδος, ῥανίς ῥανίδος, οὐ γίνονται παρὰ τοῖς Ἴωσι διὰ καθαροῦ τοῦ ος.* — Etymol. Mag. p. 42, 18 *τὰ εἰς δος λήγοντα ὀνόματα ἀπὸ β α ρ υ τ ό ν ω ν εὑρίσκομεν παρ' Ἴωσι καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ δ λεγόμενα, οἷον μήνιδος μήνιος, Πάριδος Πάριος.*

***) Comparandum est cum illo vulgare *χλαμύς*, *χλαμύδα* et Sapphus (nr. 21. Neue) *χλάμυν*, rectracto accentu.

θος, cujus altera Atticis maxime accepta pluralis forma ὄρνεις, ὀρνέων, ὄρνεις et ὄρνις (cf. Schaef. ad Greg. Cor. d. d. Ion. 66, p. 476) apud nostrum non invenitur, sed ut in singulari ὄρνιθος (I. 140. II. 67. III. 108) sic in plurali ὄρνιθες (IV. 132. pro quo etiam ὄρνεα II. 68.) ὀρνίθων (I. 159. II. 72. 77. 64. IV. 195. VII. 10, 8. et ὀρνιθίων II. 77.) τοῖσι ὄρνισι (III. 76. II. 67.) τὰς ὄρνιθας (II. 75. III. 111 ter. VII. 119.) hoc igitur vocabulum in accusativo singulari et ὄρνιν flectitur II. 73 et ὄρνιθα IV. 131., ita ut neque illud ex hoc, neque hoc ex illo corrigendum esse videatur, quamquam Athen. VIII, p. 334 A. ex Herodot. loc. IV. 131 pro ὄρνιθα attulit ὄρνιν (ἔπεμψαν γὰρ οὗτοι μὲν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ὄρνιν καὶ ὀϊστὸν καὶ βάτραχον).

Quod autem ad nomina in ῦς terminata attinet, duo eorum sunt genera; unum eorum, quae ῡ illud omnes per casus retinent, ita tamen, ut accusativi tantum pluralis terminationem ῦας constanter apud nostrum in ῦς contrahant; alterum autem est eorum, quae flexuram in εος, εϊ, υν (υ) εες (εα) έων, εσι, εας recipiunt, neque ullo in casu contrahuntur. Atque ad illud genus pleraque nomina pertinent (cf. Eust. ad Hom. Il. τ' vs. 205. p. 1245 = 1180: ἡ δὲ βρωτὺς Ἰώνων ἐστὶ σχηματισμός, ὡς καὶ ἡ ἐδητὺς, καὶ ἡ ὀστυντὺς καὶ ἡ κτιστὺς, κτιστὺν γοῦν Μιλήτου φησὶν Ἡρόδοτος IX. 97.) — Ἄλυς, υος I. 6. 28. V. 102. — Ἄτυς, υος I. 7. VII. 27. — Ἄρδυς, υος I. 13. 16 bis. 18 bis. Κότυς, υος IV. 45. — Τῆλυς, υος V. 44. 47. Τῆλυν V. 44. — Μάξυες IV. 191. Μαξύων IV. 193. — Μῦς Μῦν VII. 135. — Λίγυες V. 9. VII. 72. Λιγύων VII. 72. 165. — ὄρυες, δίκτυες, βόρυες IV. 192. — ἰσχύς, ύος II. 29. ἰσχύϊ VI. 127. ἰσχὺν III. 20. 127. — ἔγχελυς, ἔγχελυν II. 72. — νηδύς, νηδύϊ III. 42. νηδὺν II. 84. 86. 87. — νέκυς, υος II. 121, 3. υϊ III. 24. νέκυν II. 121, 3. — ἰλύς, ύος IV. 195. — ληϊστύς, ύος V. 6. — πίτυς, υος VI. 37 bis. — ἄσταχυς, ύων V. 92, 6. — δρῦς, δρυῶν VII. 217. — ὗς, ὑός, ὗν, ὑῶν, ὑσί vide supra p. 48 sq. et accusat. plur. recte contractum ὗς II. 14. 47 ter. IV. 186. — μῦς, μῦν II. 141. μύες IV. 132. μυῶν IV. 192, sed accusat. plur. contract. μῦς II. 141. — ἴτυς, et accusat. plur. contract. ἴτυς VII. 89 bis. — ἰχθύς, ἰχθύες II. 93 sexies. V. 92, 1. IX. 120. Accus. plur. contr. ἰχθῦς I. 141 bis. 200. II. 65. 95. V. 16. l. 202 ἰχθῦς ὠμοὺς vulgat. ἰχθεῖς S. — II. 93 περὶ μὲν τοὺς ἰχθῦς nunc vulg. cum codd. M. P. K. F. ἰχθύων edd. vett. ἰχθύας S. a. — III. 98 ἰχθῦς Bekk. ἰχθύας vulg. — IV. 53 ἰχθῦς Bekk. al. cum S. V. ἰχθύας Gsf. al. male. — Et τὰς ὄφρυς II. 66 Bekk. al. recte cum cod. S., ubi Gsf. al. male ὄφρυας. — Sed cur omnes editores tam constanter formam non contractam τοὺς Λίβυας (II. 55 bis. 77. IV. 160. VII. 184.) retinuerint, haud intelligo; nisi forte nomina propria putas ex illa Herodotea dicendi consuetudine esse eximenda. Equidem autem, quamquam nullam scripturae varietatem e codd. Mss. enotatam reperi, ubique illis in locis τοὺς Λίβυς genuinum Herodoteumque esse conjicio; quam meam conjecturam fortasse etiam

codices ipsi, diligentius aliquando omni ex parte inspecti collatique, confirmabunt. — Ceterum Λίβυες recte non contracte scribitur II. 18. 32. 50. III. 13. IV. 155. 158 bis. 159. 160. 168. 173. 186. 191. 197. 203. VII. 71. 86. — Ad alterum autem genus spectant: πῆχυς, πήχεος I. 178. II. 149. (cf. Lob. Phryn. p. 246) πήχεες II. 153. 175. IV. 192. πηχέων (paroxytonon scribendum) I. 183. 178. 60. II. 155. 168. III. 113. VII. 117 et alibi. — πήχεας II. 13 bis. 68. 111. — πέλεκυς, πελέκεϊ VI. 38. 114. πελέκεσι VII. 135. — (πρέσβυς) πρέσβεας III. 58. — Praeterea omnia adjectiva in υς, υ terminata: διπήχεα II. 96. δίπηχυ II. 91. τετραπήχεος II. 149. τετράπηχυν II. 155. τετραπηχέων VII. 69. — πενταπήχεος IX. 83. ἑπταπήχεϊ I. 68. ἑπταπήχεας IV. 152. ἑξαπήχεσι II. 138. τριπήχεες IV. 192. — ἥμισεος II. 126. ἡμίσεες VII. 202. τὰ ἡμίσεα VI. 23. 86. VII. 120. ὑπερημίσεες VII. 40. τῶν ἡμισέων IX. 102. ἡμίσεας I. 165. IX. 51. ὑπερημίσεας VII. 156. alia. — Ac nomen βοῦς vulgari modo flectitur βοός, βοΐ, βοῦν. Nam βῶν, quod Ald. II. 40 pro vulgata codicumque scriptura βοῦν intulit, Doricum poeticumque est (cf. Hom. Il. 7, 238 οἶδ' — νωμῆσαι βῶν ἀζαλέην. scutum corio taurino inductum) nec nostro concessum, nec βῶν VI. 67 Ald. pro vulg. cum codd. S. P. K. F. V. a. al. βοῦν. — βόες, qui nominat. plur. nunquam apud Herodotum contrahitur, I. 31. 92. IV. 69. 183. VII. 126., sed accusat. plur. semper sic invenitur τοὺς βοῦς II. 38. 41. IV. 8. (ubi codd. S. V. prorsus ad epicam dictionem aberrarunt τὰς Γηρυόναο βόας praebentes pro Herodoteo τὰς Γηρυόνεω βοῦς) IV. 69 bis. VI. 129. VII. 43. VIII. 137. — Eandem sequitur analogiam nomen χοῦς, τὸν χοῦν I. 185. II. 150 bis. IV. 201. VII. 23; et φλοῦς, φλοῦν III. 98., unde adjectivum φλόϊνος (III. 98.) deductum est. (cf. Lob. Phryn. p. 294). Sed dativus χροΐ IV. 175 ad χρώς χροός est referendus, unde II. 104 μελάγχροες, neque, quod Schweigh. lex. Herod. s. v. fecit, nominativus χροῦς fingendus. (cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Ion. § 71.)

Transgrediamur ad nomina fem. gen. in ώ et ώς terminata, quae apud nostrum aeque atque apud alios scriptores semper contrahuntur; ita ut apud Herodotum accusativus singul. non solum in ῶ, sed etiam in quattuor nominibus propriis in οῦν desierit: Ἰοῦν I. 1 bis. 2. II. 41. Βουτοῦν II. 59. 63. 67. 75. 152. Λητοῦν II. 156. Τιμοῦν VI. 134. 135. — Sed τὴν αἰδῶ I. 8 et τὴν ἠῶ permultis in locis constanter (cf. supra p. 33.) εἰκῶ χρυσέην VII. 69. (cf. Butt. gr. gr. I. p. 209 et quos laudavit.) — Πυθώ I. 54. ἐς Σαρδώ I. 170. V. 106. 124. VI. 2. Πειθώ VIII. 111. cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 35 τὰ εἰς ω λήγοντα θηλυκὰ ἐπὶ τῆς αἰτιατικῆς εἰς ουν περατοῦσι. Λητώ, Λητοῦν, Σαπφώ, Σαπφοῦν, ἠώ, ἠοῦν, αἰδώ, αἰδοῦν, ubi apparet tria ista posteriora non pertinere ad Herodoteam orationem; vide Interppr. ad h. loc. et grammatt. a Maitt. (ed. Sturz.) p. 144 laud. Genitivos singul. habes: Ἰοῦς I. 2. 5. Λητοῦς II. 83. 152. 155. Γοργοῦς II. 91. Βουτοῦς II. 111. 133. III. 64. Σαπφοῦς II. 135. Ἀργοῦς IV. 145. Et dativos: Λητοῖ II.

59. *Βουτοῖ* II. 83. 155. 156 bis. *Ἀργοῖ* IV. 145 bis. 179. *Ἰνοῖ* VII. 197. *εὐεστοῖ* I. 85. *τῇ ἀπεστοῖ* IX. 85.

De nominibus adjectivis.

De nominibus adjectivis eorumque formis Herodoteae orationis propriis quum jam supra suis locis satis sit expositum, hic de iis potissimum superest ut disputetur, quae in *ος* terminata apud Herodotum communis sint generis, ac quae non sint. Qua re pertractata de Herodotea ratione modoque, ex absolutis comparativos ac superlativos formandi quaedam dicentur.

Et de adjectivis quidem Herodoteis communis generis in *ος* terminatis non magis praecepta illa vulgo de hac re tradita per omnia valent, quam apud alios omnes scriptores, ut quis suo jure totam per graecitatem permeare hanc varietatem contendere possit. Sunt tamen certae quaedam de cujusque scriptoris usu leges investigandae proponendaeque, a quibus raro tantum desciverit. Et Herodotus quidem ex adjectivis simplicibus in *ος* solum exeuntibus paucissima constanter communia usurpavit; dixit enim IV. 123 *χώρης χέρσου*. II. 57 *γυναῖκες βάρβαροι* et *βάρβαρον γλῶσσαν*, vide et III. 139. VI. 9. VIII. 135 bis. — *ἐρῆμος* plerumque est generis communis, ut II. 31. 32. III. 149. IV. 5. 17. 18 ter. 20. 21. 22. 185. V. 9. 15. VI. 23. *ἐοῦσαν ἐρῆμον* nunc vulg. et sic (vel *ἔρημον* *)) codd. M. P. K. F. S. V. Paris. *ἐρήμην* olim vulgat.) VIII. 65 bis. IX. 63. quibus exemplis haec tria opposita sunt: *ἐν στέγῃ ἐρήμῃ* II. 2. *ἐς γῆν ἐρήμην* IV. 8. *ἐρήμην τὴν χώρην* IV. 11. quae omnium librorum auctoritate munita intacta relinquenda esse censeo, quamquam poetis magis propria dicuntur cf. Thom. Mag. p. 117, 4: *ἔρημος χώρα, ἐρήμη δὲ δίκη. ἐρήμη δὲ χώρα παρὰ ποιηταῖς.* — Similiter in voce *ἑτοῖμος* variatur: I. 83 *νεῶν ἐουσέων ἑτοίμων*. V. 33. (*νέες*) *ἑτοῖμοι*. III. 44 *τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἶχε ἑτοίμους* Sed VII. 119 *σκήνη ἑτοίμη* et III. 123 *λάρνακας εἶχε ἑτοίμας*. — Sed adjectivi *ἥμερος*, quod vulgo a grammaticis huc refertur, foeminina positione noster usus est V. 82 *ἡμέρης ἐλαίης*. — Contra *θερμῶν χωρέων* II. 27 ex vero *θερμέων χωρέων* depravatum esse contendo, quum non ipse solum Herodotus alibi hoc nomen *θερμός* per tria genera declinaverit (cf. I. 179 *ἀσφάλτῳ θερμῇ*. IV. 90 *θερμαί* (*πηγαί*) sed aliorum etiam scriptorum usu id confirmari possit. (cf. Soph. Antig. 88 *θερμὴν καρδίαν*. Euripid. Electr.

---

*) *ἐρῆμον* enim constanter apud nostrum properispomenon scribendum est, ut *ἑτοῖμος* I. 70. 113. 119. 42. 141. 186. III. 137. 138. 144. 145. 157. IV. 22. 71. V. 91. 111. VI. 5. VII. 172. VIII. 110. IX. 46. 90 alibi. cf. Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. 33 (Dind.) Interpr. ad Greg. Cor. p. 12 et 20. Et *ὁμοῖος* I. 18. (ubi vide Var. Lectt.) 32. 134. II. 113. III. 35. 57. 68. 105. 157. alibi. — *γελοῖος* VII. 209. VIII. 25. cf. Piers. Moer. p. 109. — De *τροπαῖον* cf. Popp. Thucyd. I, p. 214.

739 θερμὰν ἕδραν. Hercul. Fur. 1092 πνοὰς θερμάς. — Unum tantum, quantum mihi quidem innotuerit, contrarium exemplum θερμὸς ἀϋτμή in Hym. Hom. in Merc. 110 obvium, ex hujus poetae licentia ortum esse videtur cf. Philem. lex technol. p. 62, ubi poetica componuntur: κλυτὸς Ἱπποδάμεια, καὶ θερμὸς ἀϋτμή, ἁλὸς πολιοῖο, καὶ παρ' Ἡσιόδῳ δαϊζομένου πόληος. — Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Attic. § 20. Nam ad Atticorum dicendi genus haec magis accedunt cf. Thom. Mag. p. 388, 12 φαῦλος ἐπὶ θηλυκοῦ κάλλιον ἢ φαύλη, coll. Popp. Thucyd. I, p. 101. — Etymol. Mag. s. v. ἀριστερά p. 143, 40: ὁ ἀθάνατος καὶ ἡ ἀθάνατος, εἰ δὲ ὦσιν ἁπλᾶ οὐχ ὁμοφωνοῦσιν, οἷον ὁ θεὸς καὶ ἡ θεά, ὁ σοφὸς καὶ ἡ σοφή. εἰ μέντοι Ἀττικά, ποιοῦσι τὸ ἐναντίον, εἰ μὲν ὦσιν ἁπλᾶ ὁμοφωνοῦσιν, οἷον ὁ θεὸς καὶ ἡ θεός, ὁ σοφὸς καὶ ἡ σοφός, εἰ δὲ σύνθετα ποιοῦσιν εἰς ἦτα· οἷον ἀρίζηλος, ἀριζήλη. ἀθάνατος, ἀθανάτη, καὶ εἴ τι ὅμοιον. — cf. Lob. Paralipp. II, p. 461. Thom. Mag. p. 3, 8 de ἀργὸς γυνή et Lob. ad Phryn. p. 104 sq.

Ex compositis autem vel ex compositis verbis derivatis adjectivis pleraque sunt apud nostrum communis generis, ut ἔγκυος I. 5. VI. 131. νεογάμῳ I. 37. κατάδηλος I. 5. — ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους (scil. κλίνας) I. 50. IX 80. ἐπιχάλκῳ ἀσπίδι IV. 200. τῇσι σιτοφόροισι VII. 125. I. 80. III. 153. σκευοφόροι κάμηλοι I. 80. περιελθουσέων τῶν ὑδροφόρων III. 14. διάφοροι (αἱ μαντηΐαι) II. 83. δασμοφόρους πόλις VI. 48. cf. et V. 106. VII. 51. 108. III. 97. Δήμητρος θεσμοφόρου VI. 91. 134. λεωφόρων πολίων I. 187. ἐούσης τετραγώνου I. 178. (τετραγώνων b. d.) cf. et II. 124. 134. IV. 101. — ἀπότομος (ἡ ἀκρόπολις) I. 84. ἐντόμους ἀμφοτέρας IV. 11. ἄμαχος (ἀκρόπολις) I. 84. σύμμαχος V. 65. ἀξιόμαχοι VI. 89. VII. 138. — Ἑλλάδα ὑπήκοον IV. 143. λίμνην ἀείναον I. 93. ἐξαπέδου τῆς ὀργυιῆς II. 149. πολιούχου (Ἀθηναίης) I. 160. πατρούχου παρθένου VI. 57. ἀναμέσους (πόλις) II. 108. τριωρόφων (οἰκιέων) καὶ τετρωρόφων I. 180. — τετράκυκλοι (ἅμαξαι) I. 188. cf. et II. 63. ὑπόπετρον ἐοῦσαν II. 12, ibid. προσούρῳ ἐούσῃ. — ἐν τῇ ἐπιλοίπῳ ἠπείρῳ VII. 126, sic nunc vulg. cum S. V. P. K. F. Olim ὑπολοίπῳ. VI. 33 τὰς ἐπιλοίπους vulg. ὑπολοίπους b. — Cf. et II. 142 τῶν ἐπιλοίπων γενεῶν. — I. 142 τρεῖς ὑπόλοιποι Ἴαδες πόλιες. VIII. 129 τρεῖς (μοῖραι) ὑπόλοιποι. cf. Lob. Paralipp. II, p. 472. — στέγης μουνολίθου II. 175. — ἀκηράτου (σμύρνης) II. 86. ἀδίκοισι γνώμῃσι I. 96. cf. et V. 25. VII. 194. — ἄπεδος (χώρη) I. 110. — ἀνόμῳ τραπέζῃ I. 162. — ἄνυδρος II. 32. 149. III. 4 et IV. 185. ἔνυδρος II. 7. ἄπειρος (ἐοῦσα) II. 111. — αἱ εὔμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους I. 196. cf. et I. 199. V. 18. — ἄνομβρος ἡ χώρη II. 22. IV. 185. — ἀκρύσταλλος (χώρη) II. 22. — ἄβυσσοι αἱ πηγαί II. 28 bis. — ἄνιππος (Αἴγυπτος) II. 108. — ἀθάνατος (ψυχή) II. 123. VII. 178. IV. 144. (De ἀθανάτη Atticorum vide Etym. Mag. l. l.) — ἐπαφρόδιτος γενομένη et ἐπαφρόδιτοι αἱ ἑταῖραι II. 135. — κατάσκιος (νῆσος) II. 138. III. 80 τῇ — ἀνευθύνῳ sic nunc recte vulg. cum M. P. K. F. V. Paris.

Stob. 49, 29. ἀνευθύνως edd. vett. cum S. — Ibid. ὑπεύθυνον ἀρχήν. — κατάστεγοι (αὐλαί) et ἀντίπυλοι II. 148. Ibid. περίστυλος (αὐλή) bis, et II. 153. — τεσσερακοντόργυιος (πυραμίς) II. 148. πεντηκοντόργυιος (λίμνη) II. 149. διόργυιος (λίμνη) IV. 195. — εὐεργός (ἡ ὕελος) III. 24. — ἀνώνυμος (Εὐρώπη) IV. 45. Ἀθηναίη ἐπωνύμῳ V. 45. — διάκορος (ἡ γῆ) III. 117. ἐπίκοινος IV. 104. 172. 180. — ἀξύλου ἐούσης IV. 61. 185. — ἄθηρος (χώρη) IV. 185. — ἄνυδρος IV. 198. εὔυδρος (ἔνυδρος S. V.) IV. 47. — οἰμωγῇ ἀφθόνῳ III. 66. V. 23. ἐπίφθονος IV. 205. VII. 139. — ἄπειρος V. 9. (Bekk. ἄπορος) — παρέδρους (γυναῖκας) V. 18. ἄτοκος ἐοῦσα V. 41. — βοηθοὺς (νέας) V. 97. τεθριπποτρόφου (οἰκίης) VI. 35. σύντροφος (ξενίη) VII. 102. ὅμουρος VII. 8, 3. 43. — ἀπλέτῳ οἰμωγῇ VI. 58. cf. et VIII. 99. IX. 24. ἐπικίνδυνος (ἡ Ἰωνίη) VI. 86, 1. ἱππαγωγοὶ (νέες) VI. 95. VII. 191. παιδοφόνος συμφορή VII. 190. ἀντίξοος VII. 192. VIII. 119. (φυσίζοος αἶα in Oracl. I. 67.) — ἔμφυλος στάσις VIII. 3. δεκάμηνος IX. 3. τὴν ἑξάμηνον IV. 25. ἡ τρίμηνος V. 54. πρόδρομον ἄλλην IX. 14. αὐτόμολος γυνή IX. 76. ἡ γῆ μετέωρος V. 92, 1. (βαρβαρόφωνον ἰΰγήν in Oracl. IX. 43.) πανώλεθρος (ἡ πίτυς) VI. 37, sic vulgat. cum S. et Eustath. — πανωλέθρως F. a. b. c. al. — πρόκροσσοι κεφαλαί IV. 152. Sed VII. 188 (νέες) πρόκροσσαι, item Suid. s. v. — τῆς μουσοποιοῦ II. 135. τεκνοποιόν I. 59. V. 40, ut σιτοποιόν III. 150; unde haud immerito etiam VII. 187 γυναικῶν σιτοποιῶν reponi malueris pro vulgato σιτοποιέων. II. 134 δούλη — σύνδουλος (Ῥοδῶπις) I. 110 τῇ συνδούλῳ nunc vulgat. cum S. συνδούλῃ edd. vett. cum M. K. F. a. c. b. τὴν συνδούλην d. — τῆς ἀρτοκόπου I. 51. (cf. Lob. Phryn. p. 222).

Eorum autem adjectivorum, quae simplicia non in ος solum, sed in κος, λος, νος, ρος, τος, ιος exeunt, nusquam in Herodoteis libris ullum exemplum communis generis inveni, sed omnia illa per tria genera a nostro declinata sunt; neque id mirum, quum omnino contraria hujus generis exempla Atticae magis aut poeticae orationi propria fuisse dicantur.

Sed adjectiva simplicia vel omnino paragoga in ιμος pleraque sunt communis generis: ἀοίδιμος (Ἀρχιδίκη) II. 135. ἁλώσιμος (ἡ Βαβυλών) III. 153. ναυπηγήσιμος (ἴδη) V. 23. δοκίμου οἰκίης V. 66. δόκιμοι πόλιες VIII. 73. — αἱ μάχιμοι VII. 185. — λογίμῳ πόλι VI. 106 Bekk. et vulgo. Cod. d. λογίμῃ, probantibus Schweigh. et Gaisf., ut II. 98 omnes λογίμη πόλις cum Steph. Byz. s. v. Ἄνθυλλα, et Poll. II, p. 98, 45 (Seb.) Idem Poll. attulit ex Herod. I. 143 pro πόλισμα λόγιμον II. 122 πόλις λογίμη. — ἱππασίμῳ (χώρῃ) IX. 13 Bekk. al. cum codd. S. V. P. K. F. a. c. ἱππασίμῃ Schaef. Gsf., ut IX. 13 ἱππασίμη χώρη vulgat. est, et II. 108 ἐοῦσαν ἱππασίμην. — Praeterea ἐδωδίμη (ῥίζα) foeminina tantum positione noster dixit II. 92, repetita ab Eust. ad Od. ι p. 1616 = 337. Eodemque modo apud Tragicos haec adjectiva modo communia sunt, modo per genera moventur, ut apud alios scriptores. cf. Lob.

Aj. p. 252. ἴφθιμος in Homeri carminibus mox communis est generis, mox ἰφθίμη dicitur. cf. Phavor. p. 255 (Dind.) ἴφθιμος ψυχή .... ἀττικὸν δὲ ἰφθίμους ψυχάς, καὶ ἠδύνατο μὲν καὶ ἰφθίμας εἰπεῖν κοινῶς, ὡς δηλοῖ τὸ ἰφθίμην ἄλοχον. — Plat. Charmid. p. 174 C. ὥστε εἰ αὕτη ἐστὶν ὠφέλιμος, ἡ σωφροσύνη ἄλλο τι ἂν εἴη ἢ ὠφελίμη ἡμῖν;

Ex adjectivis simplicibus in ιος, ειος (ηϊος, εος) αιος, οιος terminatis haec pauca sunt communis generis: ἡλιθίου εὐηθείης I. 60. Ποσιδηΐου πόλιος III. 91. Ἀχιλληΐου πόλιος V. 94. — Alia Attica sunt cf. Thom. Mag. p. 55, 5: βέβαιος ἐπὶ θηλυκοῦ κρεῖττον ἢ βεβαία. Ἀριστείδης (II. 313 Dind.) βέβαιον τὴν αἰτίαν ἔχοιεν ἄν. — Ex compositis autem ejusdem terminationis haec: πολυχρόνιος (μουναρχίη) I. 55. ἐμπόδιος (Βαβυλών) I. 153. ὑπαίθριος (ἡ ἄλλη στρατιή) VII. 119.— τὰς παραθαλασσίους (πόλις) VI. 48; sed VIII. 23 omnes τὰς παραθαλασσίας ut VII. 109. Sic et ὑποχειρίας Ἀθήνας V. 91 vulgat. cum Plut. de Malig. c. 23. et Thom. Mag. p. 373, 12. s. v. ὑφίσταμαι; ὑποχειρίους S. V. (cf. Lob. Paralipp. II, p. 467 sq.) cf. et III. 154. VI. 107.— ἐγχωρίη IV. 78. VI. 35. — ἐπιχωρίη II. 100. IV. 78. V. 83. 102. I. 199. — V. 88 χυτρίδων ἐπιχωριέων nunc vulg. cum M. P. K. F. Paris. ἐπιχωρίων Ald. S. V. (Athen. XI, p. 502 C. et Poll. VI, p. 294, 40: Αἰγινήτας δέ φησιν Ἡρόδοτος πίνειν ἐκ χυτρίων (sic) ἐπιχωρίων) I. 181 μούνη τῶν ἐπιχωρίων vulgatum est quod vide ne rectius in ἐπιχωριέων vertendum sit. — ἀναιτίην IX. 110. (cf. Lob. Phryn. p. 106) — ἀνταξίη II. 146. — παραπλησίη I. 35. 202. II. 7. 57. IV. 128. — ἐπικαρσίη I. 180. IV. 101. VII. 36 (sed apud Atticos et communis generis invenitur) — παραποταμίην II. 60. — ὁρτῇ ἐνιαυσίῃ IV. 180. — μεταρσίας VII. 188. — τὴν ἀλλοτρίην VIII. 73. — Praeterea VI. 105 θυσίῃσι ἐπετέῃσι; sed τὴν ἐπέτεον III. 89, coll. cum II. 92. IV. 26. 62 (cf. Lob. Paralipp. II, p. 469. —) Ut ἀκέραιον τὴν πόλιν III. 146. βαθύγαιος (γῆ) IV. 23. μελάγγαιος (Αἴγυπτος) II. 12 coll. cum IV. 198. — κατάγαιοι στρουθοί IV. 192. καταγαίων στρουθῶν IV. 175. De foeminino genere vocabuli στρουθός hac in notione obvio vide Interppr. ad Xenoph. Anab. I. 5, 3. Aristoph. Avv. 856 στρουθῷ μεγάλῃ. Schol. Lysistr. 723. Ael. Nat. Animal. IV. 37 ἡ στρουθὸς μεγάλη. VIII. 10. IX. 58. Quamquam Aristot. Part. Anim. 4, 14 στρουθὸς ὁ Λιβυκός dixit. Sed Herod. I. 159 ἐξαίρεε τοὺς στρουθούς de passeribus parvis. Ael. Nat. An. στρουθὸς μικρός II. 43. IV. 38. VII. 19. XIV. 3. — Ex adjectivis compositis communis generis est δυσχείμερος (χώρη) IV. 28.

Ex adjectivis verbalibus compositis in τος terminatis, vel ex compositis verbis derivatis, communia sunt: χρυσόδετος σφρηγίς III. 41. ἀνάστατος I. 178. 155. VII. 56. 220. IX. 106. ἀνασπάστους (παρθένους) VI. 9. 32. ἀνάλωτοι (Σάρδιες) I. 84. — ταχυάλωτον (χώρην) VII. 130. αἰχμάλωτον (γυναῖκα) VI. 134. IX. 76. δοριάλωτος VIII. 74. IX. 4. — εὐαίρετον (χώρην) VII. 130. ἐξαίρετος II.

168. 141. 98. VI. 57. — ἐπίκτητος II. 5. 10. III. 3. — περίρρυτος IV. 42. 45 bis. ἀμφίρρυτος IV. 163. 164. — ἄχρηστοι (νέες) I. 166. ἀοίκητος (Λιβύη) II. 34. ἀναμάξευτος (Αἴγυπτος) II. 108. — ἀνήκεστος III. 154. VI. 12. ὕβριν οὐκ ἀνάσχετον III. 127. διαβατὸν (νῆσον) IV. 195 *). ἀναμάρτητον (γυναῖκα) V. 39. — ἄρρητοι ἱρουργίαι V. 83. — ἀπόρθητον (Θάσον) VI. 28. ἀκίνητον ἐοῦσαν VI. 98. ἀδύνατοι αἱ νέες VI. 16. — ἄψαυστος (ἡ μελιτόεσσα) VIII. 41. τὴν ἀφύλακτον VIII. 70. — ἔμφυτον μαντικὴν IX. 94. φθορὴ — θεήλατος VII. 18. ἐπίλαμπτος ἀφάσσουσα ἔσται III. 69. εὐβάστακτον (μηχανὴν) II. 125. (πολύευκτον ἴην Oracl. I, 85.) — νηυσιπέρητος (ἡ μεγίστη) I. 193; unde vel sua sponte apparet, sub uno accentu hoc compositum comprehendendum esse, neque, quod vulgo fit, νηυσὶ περητός scribendum. — περιλεσχήνευτος (Ἀρχιδίκη) II. 135. χειροποίητος (λίμνη) II. 149. ἀναρίθμητοι (χιλιάδες) II. 134. ἐπὶ συμφορὴν ἀνεθέλητον VII. 88. ἔπακτος (ἀρετή) VII. 102. cf. Lob. Aj. vs. 1296. Paralipp. II, p. 478 sq. — Sed V. 16 vulgata sunt θύρης καταπακτῆς et θύρην καταπακτήν, ultima accentu insignita.

Comparativi et superlativi ubique apud nostrum per tria genera moventur; nam quod II. 12 cod. b. praebuit γῆν ὑποψαμμότερον pro vulgat. ὑποψαμμοτέρην, id pro genuino habere spero in mentem venturum esse facile nemini.

In gradibus comparationis formandis jam supra de male permutatis litteris ο̄ et ω̄ est dictum (ut ὁμοιώτατοι codicis S. IV. 192 pro ὁμοιότατοι al. qua in re simul animadvertendum est apud nostrum mutam cum liquida semper legitimam effecisse positionem, ideoque illum semper dixisse μακρότερα, λαβροτάτῳ I. 87. ἐρυθροτέρην II. 12 al.) et de vitioso ὑετώτατοι ἄνεμοι II. 25 pro ὑετιώτατοι (cf. p. 77 sq. 68.) quod non comparandum est cum δουλότερος VII. 7. (cf. Butt. gr. gr. I, p. 273) non cum ὑβριστότερον III. 81. (sic nunc vulg. cum M. S. P. K. Lex. Seguer. 115, 15. ὑβριστικώτερον Ald. V. F. Paris.)

Praeterea adjectiva in ο̄ς non solum in αίτερος, αίτατος (ut μεσαίτατον IV. 17) gradus comparationis formant, sed etiam in έστερος, έστατος, quae formatio imprimis Ionibus propria fuisse dicitur; et sic noster dixit σπουδαιέστερα I. 8 vulgat. σπουδαιότερα A. B. R. σπουδεέστερα S. — I. 133 σπουδαιέστατα nunc vulg. cum M. K. F. σπουδαιότατα a. c. Athen. IV, p. 144. Sed omnes σπουδαιοτάτην et σπουδαιότατα II. 86 cum Athenagor. πρεσβ. περὶ Χριστ. p. 36. — ἀμορφεστάτην I. 196 recte nunc vulg. cum M. K. S. F. V. R. a. c. (cf. Eust. ad Hom. Od. β′ p. 1441, 10.) ἀμορφοτάτην edd. vett. ἀμορφωτάτην b. d. — εὐνοέστερον V. 24. ἐρρωμενεστέρη IX. 70 (aliis etiam usitatum cf. Matth. gr. gr. I, p. 689.) ἀγνωμονεστέρη IX. 41. (Similiter atque ἀχαριτώτατον VII. 156.

---

*) διαβατόν, accentu in ultima posito, sine variet., quod contra Buttmanni (gr. gr. I, p. 241) sententiam valet.

ex genitivo formatum cf. supra p. 269.) Sed ἐπιτηδεώτατον IX. 7, 2 recte est vulgatum, neque audiendi sunt codd. S. V. ἐπιτηδέστατον praebentes; neque ὑγιηρέστατοι II. 77 ferendum, quamquam a codd. M. P. K. F. a. c. praebitum (ὑγιέστατοι Ald. ὑγιέστεροι S. V. b. d. Eust. ad Dion. P. 262 (Bernhardy) pro ὑγιηρότατοι, quam formam IV. 187 bis omnes libri retinuerunt, et illo etiam in loco grammaticus quidam in Anecd. Bekk. p. 115, 7. nostro tribuit (ὑγιηρότατος Ἡρόδοτος β̄.) Neque etiam in eorum numero, quae Eustath. ad Od. β′ p. 1441, 10. Athen. X, p. 424 D. Etymol. Mag. s. vv. ἥδυμος, αἰδαιέστατος, ἀνιηρέστερος, satis multa hujus generis recensuerunt, est ὑγιηρέστατος; quamquam ὑγιεινότερος et ὑγιεινέστερος ex Philemon. lex. technol. p. 132 testimonio dicebatur (cf. Eust. ad D. P. vs. 369). Nec tam e confusione terminationum έστατοι et ότατοι illud vitiosum natum esse mihi videtur, quam absolutorum ὑγιής et ὑγιηρός vel ὑγιηρός et ὑγιηρής, quorum postremum ὑγιηρής nihili est, ac sicubi invenitur in ὑγιηρός mutandum, quod Pindarus, Hippocrates alii saepius usurparunt cf. Pind. Nem. III. 29. Foes. Oec. Hipp. s. v. Baehr. ad Herod. IV. 187. Lob. Phryn. p. 184 sq. Bekk. Anecd. II, p. 570 et p. 1426. — Singularis Ionicaeque formationis sunt: πρηΰς, πρηΰτερος II. 181. βραχύτερος VII. 211. ταχύτερος IV. 127. IX. 101. (cf. Lob. Phryn. p. 77) οἰκτρότερα VII. 46. Sed vulgatum σχολαίτερα IX. 6 retinendum est, neque e cod. S. σχολαιότερα recipiendum.

De nominibus numeralibus.

Ordiamur a praecepto quodam Thomae Mag. οὐδαμοὶ καὶ μηδαμοὶ Ἡρόδοτος ὡς Ἰωνικόν, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ (I. 143.) ἐβουλεύσαντο δὲ αὐτοῦ μεταδοῦναι μηδαμοῖσι ἄλλοισι Ἰώνων, οὐδ' ἐδεήθησαν δὲ οὐδαμοὶ μετασχεῖν. Et sic noster duobus locis exceptis ubique οὐδαμοί et μηδαμοί in plurali numero usurpavit; οὐδένες ἐόντες (nullius pretii) IX. 58 et III. 26 ἄλλοι οὐδένες vulgata sunt. Sed οὐδαμοί I. 18. (οὐδαμῇ S.) 143. II. 50. (οὐδαμοί nunc vulg. cum M. P. K. F. Paris. οὐδαμῇ edd. vett. cum S.) III. 15. VII. 106. 139. οὐδαμαί VI. 103. οὐδαμῶν I. 47. 182. IV. 45 bis. 123. 137. V. 12. 78. VII. 60. 104. 145. IX. 27. 81. μηδαμῶν II. 91. — οὐδαμοῖσι I. 24. 57. 173. II. 80. VIII. 142. IX. 58. μηδαμοῖσι I. 143. — οὐδαμούς VII. 150. μηδαμούς I. 144. (μηδαμῶς Ald.) IV. 136. Foem. οὐδαμάς ἄλλας IV. 114. (alii οὐδαμέας, alii οὐδαμῶς cf. supra p. 224) — Ac neutro plurali οὐδαμά et μηδαμά noster, ut alii, adverbialiter usus est; unde vel sua sponte apparet, ultimam acuendam, non circumflectendam esse; quae illa scriptura, constanter in codd. F. a. c. recte servata, nunc ubique nostro a Bekk. restituta est. cf. Schweigh. lex. Herod. s. vv. — Praeterea δύο Herodotus dixit et δυῶν, δυοῖσι; non δύω, nec δυοῖν. Et solo in cod. F. tribus in locis (VI. 57 δύο ἑκάτερον vulg. δύω F. VII. 24 δύο τριήρεας vulg. δύω in cod. F. superscript. item VII. 28)

δύω male est suppositum vel superpositum; ubique autem alias δύο recte per ο est scriptum; nec solum pro nominativo et accusativo noster hac forma usus est, sed etiam pro genitivo et dativo; sic in genit. habes δύο I. 181. 186. 194 bis. II. 8. 19. 121, 1. 122. III. 60. IV. 42. 86. 101. VII. 16, 1. 49, 2. 149. VIII. 82; in dat. I. 54. III. 130. IV. 156. Praeterea δυοῖσι I. 32. (item Stob. 103. p. 564) VII. 104. Δυῶν I. 94. 130. III. 131. (δυῶν ταλάντων nunc vulg. cum M. P. K. S. V. F. Paris. Olim δυοῖν ταλάντοιν, non Herodoteum) IV. 1. 89. 90 bis. V. 52. VI. 57. VIII. 131. Etiam I. 14 δυῶν δέοντα recte vulgat. est, quamquam cod. S. et Suid. s. v. Γύγης in vulgarem formam δυοῖν aberrarunt, quam quidem duobus aliis in locis I. 11 et 91. ab omnibus retentam videmus, sed priore in loco solum verum Herodoteumque est δυῶν ὁδῶν παρεουσέων, ut in altero ἐκ γὰρ δυῶν ὁμοεθνέων. cf. Gron. ad III. 131. — Verumtamen constanter δυώδεκα et δυωδέκατος, non δώδεκα nec δυωκαίδεκα nec δυοκαίδεκα, scribenda esse, hic exemplorum recensus docebit. Δυώδεκα enim sine librorum dissensu scriptum exstat I. 16. 51. 143. 145 ter. 146 bis. 149. 183. II. 29 bis. 4. (δυώδεκα μῆνας et δυώδεκα θεῶν) 43. (δυώδεκα θεῶν) 46. 109. 133. 141. 145 bis. 147 bis. 148. 151 bis. 153. 158. 168. 175. III. 9. 35. VI. 8. VII. 195. Sed I. 192 ubi Bekk. alii recte δυώδεκα exhibent, habetur in cod. S. male δώδεκα. II. 4 δυώδεκα μέρεα vulgat. δώδεκα μόρεα S. —; item II. 7 et II. 43 pro vulg. οἱ δυώδεκα θεοί. — VII. 22 δυώδεκα codd. F. S. δώδεκα edd. male. — 95 οἱ δυωδεκαπόλιες Ἴωνες Bekk. al. δωδεκαπόλ. F. (cf. supra p. 268) VIII. 1 δυώδεκα S. V. Alii δυοκαίδεκα. — 121 δυώδεκα S. et alii. δυωκαίδεκα editt. pleraeque cum codd. M. P. K. F. Quibus omnibus in locis formam δυώδεκα praeferendam esse censeo, restituendam nostro illam etiam VI. 108 pro vulgato vulgarique δώδεκα, quae aeque ac δωδέκατος codicum M. P. K. F. III. 92 pro vulgat. cum V. A. δυοδέκατος (δυοδέκατος omnes I. 19) ac δυωκαίδεκα et δυοκαίδεκα aliis poetisque relinquenda sunt. Sed III. 91 ubi σίτου γὰρ δυώδεκα μυριάσι Ald. al. cum codd. S. a. c. δυωκαίδεκα F. δυοκαίδεκα Bekk. al. scripserunt, et μυριάδας Schweigh. restituit, exhibent Reiz. Gaisf. al. divisis vocibus δύο καὶ δέκα, non invitis quibusdam codicibus (cf. Schweigh. lex. Herod. s. v. δυώδεκα) quod praeferendum esset nisi δυώδεκα jam alii praebuissent. Nam in numeris compositis modo synthesis modo parathesis apud Herodotum obtinet; ἕνδεκα quidem et ἑνδέκατος constanter III. 92. I. 62 ἑνδεκάτου ἔτεος vulg. ἑνδεκαιδεκάτου P. — Sed τρία καὶ δέκα I. 93 et 119, sic enim scribendum est cf. Lob. Phryn. p. 408. — et τρίτος καὶ δέκατος III. 93. — Τεσσερεσκαίδεκα dicitur apud Herodotum, non mota nec declinata forma inseparabili τέσσερες, quae etiam in τεσσερεσκαιδεκάτη I. 84 recurrit, quum alias (III. 93.) τέταρτος καὶ δέκατος ille usurpaverit, sic enim nunc vulgatum est, pro quo in codd. P. K. F. b. τεσσαρεσκαιδέκατος scriptum exstat. — I. 86 ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα et τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας. Quare non debebat Bekkerus

VII. 36 *τεσσερασκαίδεκα* (*τριήρεας*) exhibere pro vulgato *τεσσερεσκαίδεκα*. — *Πεντεκαίδεκα*, sed *πέμπτος καὶ δέκατος* III. 93. — *ἑκκαιδέκατον θεόν* II. 143, sed *ἕκτος καὶ δέκατος* III. 93; et *ἕβδομος καὶ δέκατος* III. 94, ibid. *ὄγδοος καὶ δέκατος* et *εἴνατος καὶ δέκατος*.

Alii autem numeri ita componuntur, ut, si duo sunt, mox minor numerus cum *καί* vel *τε καί* majori anteponatur, mox major cum iisdem particulis minori, interdum etiam particulis plane omissis, ut I. 32 *μῆνες τριήκοντα πέντε* et *ἡμέραι χίλιαι πεντήκοντα*. Sed I. 202 *ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας* (sic vulg. *τε* omis. S. b. d.). I. 7 *ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι* et *πέντε τε καὶ πεντακόσια*, quorum priore in loco Ald. cum codd. S. b. d. in posteriore cod. e *τε* male omiserunt, recte non auditi, cf. Interppr. ad Suid. s. vv. *Ἀπίκιος* et *Μάρκος*; et Herod. I. 102. 25. 26. 31. II. 142. 157. 176. III. 10. 90. 91. 93. 94. V. 52. et 89 *ἑνὶ καὶ τριηκοστῷ ἔτεϊ* (cf. Interppr. ad Vig. p. 70). VI. 119. IX. 27. 70 et alibi. — Qui idem numerorum ordo plerumque obtinet in circumlocutione hujuscemodi: *δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα* I. 14. *ἑνὸς δέοντα πεντήκοντα* I. 16. cf. et I. 94. 214. II. 157. IV. 1. 90. V. 52. VI. 57. Ubi simul animadvertendum, Herodotum nunquam hoc in genere genitivum absolutum usurpasse. Rarior est alter ordo, veluti I. 130 *τριήκοντα καὶ ἑκατὸν δυῶν δέοντα*. VII. 28 *τετρακοσίας μυριάδας ἐπιδεούσας ἑπτὰ χιλιάδων*. — Praeterea *τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα* I. 190 cf. et II. 9. 100. 142. III. 90. VI. 117.

Tres autem vel plures numeri plerumque ita componuntur, ut a minimo ad majorem, et a majore ad maximum, particula *καί* inter binos interposita, adscendatur; sic I. 32 *διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας*; ibid. *πεντήκοντα καὶ διηκοσιέων καὶ ἑξακισχιλιέων καὶ δισμυριέων*, cf. et II. 9 bis. 142. III. 95. — VIII. 1 *ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν* Bekk. cum duobus codd. Mss. Alii contrarium servant ordinem. VIII. 2 *μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσιαι* Bekk. Alii invertunt ordinem. VIII. 48 *ὀκτὼ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ τριηκόσιαι* Bekk. Alii alium sequuntur ordinem. Sed III. 95 omnes hunc ordinem servarunt: *μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα*, ut VI. 117 *ἑκατὸν ἐνενήκοντα καὶ δύο*, ubi etiam omissa particula *καί* inter *ἑκατόν* et *ἐνενήκοντα* animadvertenda est.

In numeris cum nominibus compositis Atticistae praescribunt ut forma simplicium cardinalium servetur intemerata, nec vocalis, in quam numerus exeat, sit mutanda, neque ulla alia copulativa interponenda (cf. Lob. ad Phryn. p. 406 sqq. 412 sqq.). Quod quidem praeceptum ad Atticos tantum scriptores pertinere, neque etiam ad Ionicos, non solum Homeri quaedam exempla in vulgus nota probant, sed etiam Herodotea satis multa, jam accuratius consideranda docebunt. — Et *διτάλαντα* quidem I. 50. *διέτης* II. 2 (sic vulg. et F. sec. man. *διετής* pr. Suid. s. v. *Βεκκε σέληνος* habet *τριετής*.). *διόργυιος* IV. 195. *τριπάλαιστα* I. 50. *τριωρό-*

φων I. 180. τριέτεα I. 199. τριήρεας II. 158. τριετηρίδας IV. 108. (τριέλικτος VI. 77 in Oracl.) vulgari modo formata sunt, ut τετράπηχυν II. 155. 149; sed sequente vocali τετρωρόφων I. 180 (ut μουνόλιθος II. 175 alia et μούναρχος, μουναρχίη III. 80. 82). — τεταρτημόριον II. 180 ex τετάρτη μορίς relictum. — Contra τετραέτεα I. 199; nam composita ex voce ἔτος ex hac regula ut apud scriptores vulgaris quam dicunt dialecti, sic apud Ionicos eximenda sunt. Item τετραέτεα IV. 187. De mutabilitate accentus, qua mox τετραέτεα, τριέτεα, mox τριετέα, τετραετέα, ut in cod. F., scribitur, vide Lob. ad Phryn. l. l. — Sed πέντε his in compositis in πεντα, ἕξ in ἑξα mutatur: πενταπόλιος I. 144. πενταστόμου II. 10. πεντάδραχμος VI. 89. πενταπλήσιος VI. 13. πενταχοῦ III. 117. — πεντάεθλον, altero α eliso, VI. 92. IX. 33. 75. — Contra πενταέτεος et πενταέτης I. 136; quare rectius fortasse apud Herodotum pro vulgatis διὰ πεντετηρίδος III. 97 et IV. 94 et pro vulgato πεντετηρίσι VI. 111, πενταετηρίδος et πενταετηρίσι scribuntur. — ἑξαπάλαιστα I. 50. II. 149. ἑξαπόλιος I. 144. ἑξαπήχεσι II. 138. ἑξαπλήσιον IV. 81. ἑξάπλεθρον II. 149: ἑξαπέδου II. 149. ἑξάμετρος I. 47. VII. 220. — ἑπτά autem et ἐννέα, δέκα quum in α exeant, vocalis mutationem non subeunt: ἑπτάμηνον et ἐννεάμηνα VI. 69. δεκάμηνος IX. 3. δεκάφυλοι V. 66. δεκάπηχυς IX. 81. τρισκαιδεκαστάσιον III. 95. Sed δεκαέτης παῖς I. 114. — Verum εἴκοσι in εἴκοσα mutatur: εἰκοσαέτεος I. 136; et vicenario majores numeri finalem litteram aut plane abjiciunt, ut τριηκόντερος, πεντηκόντερος. τριηκοντημέρους II. 4. τεσσερακοντόργυιος II. 148. πεντηκοντόργυιος II. 149, aut, praecipue in compositis ex voce ἔτος, o ut vocalem copulativam recipiunt, unde apud Atticos aliosque illis in compositis contractio in ου orta est, τριακοντοῦτις, ἐνενηκοντούτην, τεσσαρακοντοῦται. Sed Herodotus non contracte dixit τριηκοντοέτιδας σπονδάς VII. 149; sic enim Bekk. cum codd. F. a. edidit, ubi alii vulgo τριηκονταέτιδας praebuerunt, ut in Hesiod. Opp. 441 τεσσαρακονταετής vulgatum est (cf. Schol. Hom. Od. γ´ 245. Il. α´ 250.).

De pronominibus.

Genitivum singularem pronominum, quae vulgo dicuntur, substantivorum Herodotus formavit ἐμέο, ἐμεῦ, μεῦ, σέο et σεῦ, atque εὗ, quod postremum uno tantum in loco III. 135 obvium enclitice positum est δείσας, μή εὑ ἐκπειρῷτο, neque usquam ipse vulgaribus usus est formis ἐμοῦ etc. neque ὅτου, neque ἐμεῖο, ut in cod. K. VI. 119 habetur pro vulgato ἐμέο; sed hae omnes librariis per errorem lapsis debentur ac corrigendae sunt. — Ut autem in dativo primae personae Herodotus et alii certo quodam discrimine ἐμοί et μοί usurparunt, sic ille eodem discrimine σοί et τοι dixit, et si quae huic legi contraria exempla nostris in editionibus inveniuntur, haud dubie corrigenda sunt; vide Matth. ad Herod. III. 155.

Eodemque modo de pronominibus σφι et σφίσι est dijudicandum; et quamquam saepissime inter utramque formam codices fluctuant, tamen et ii qui σφι pro σφίσι et ii qui σφίσι pro σφι, vel σφιν pro σφι et σφίσι posuerunt, nunc recte non auditi sunt (cf. Var. Lectt. ad I. 4. 29. 133. 142. 159. 166. II. 2. 13. 32. 37. 39. 42. 121, 3. 158. III. 23. 45. 58. 71. 72. 144. IV. 30. 47. 172. V. 1. 18. 75. 82. 88. 90. 91. 94. 103. 124. VI. 22. 49. 105. VII. 88 alibi). Neque ad Herodoteam orationem pertinet quod Greg. Cor. d. d. Ion. § 61 tradidit τὸ σφίσι σφὶν λέγουσιν, sed quod vel exemplum appositum, ex Hom. Il. I, 73 sumtum, docere potest ad Homeri carmina. Neque etiam σφι aut σφιν noster ex epicorum more pro οἱ usurpavit, quare III. 14 recte cum cod. M. vulgata sunt καὶ ταῦτα — εὖ δοκέειν οἱ εἰρῆσθαι, quamquam in codd. P. K. F. S. V. f. a. c. d. σφι εἰρῆσθαι male habetur, et in cod. R. σφιν εἰρῆσθαι. Sed σφι apud nostrum non nisi enclitice ac pluraliter est dicendum, et ubi e sententiarum nexu opus sit accentu notari, in σφίσι mutandum; quare haud dubito VII. 149 in vulgatis verbis καὶ δὴ λέγειν, σφὶ μὲν εἶναι δύο βασιλέας, Ἀργείοισι δὲ ἕνα, pro σφί e cod. S. σφίσι in contextum recipere; neque dubito cum iis consentire, quae A. Matth. ad Herod. I. 57 de usu illorum pronominum exposuit.

Sed quamquam Herodotus constanter ἡμέων, ὑμέων, σφέων, ἡμέας, ὑμέας, σφέας (pro quibus epicos et σφεῖας et σφείων, ἡμείων, ὑμείων usurpasse notum est) dixit, et exempli gratia codicis S. ἡμῶν I. 112 pro vulgato ἡμέων rejiciendum est, tamen nominativos plurales apud eundem nostrum ubique contracte ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς scribendos esse, vel ex forma σφεῖς, de qua sic scribenda non ambigitur, et ex aliorum exemplorum recensu concludi potest. σφεῖς enim, nulla varietate enotata, omnes exhibent IV. 43. VII. 168. VIII. 7. 108. IX. 55; unde apparet epicorum usum Gregor. Cor. d. d. Ion. § 70 respexisse, quum σφέες pro σφεῖς Ionibus tribuit. — Sed pro ὑμεῖς et ἡμεῖς hic illic libri quidam male ὑμέες et ἡμέες praebuerunt: II. 6 ἡμέες, ubi ex cod. S. ἡμεῖς est reponendum; ut IV. 139 vulgatum ἡμέες — λύομεν, et VI. 11 ἡμέες (item Long. περὶ ὕψ. c. 22). VIII. 22 ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν et ibid. ὑμέες γε ἐν τῷ ἔργῳ (ὑμέες δὲ b. ὑμεῖς δὲ F.). VIII. 143 ἡμέες πεισόμεθα. — 144 ἡμέες ειλάζομεν. IX. 87 μοῦνοι ἡμέες, in ὑμεῖς et ἡμεῖς mutanda sunt, quod ἡμεῖς VIII. 28 Ald. al. cum F. jam recte praebuerunt pro vulgato nunc male cum codicibus S. V. ἡμέες μέντοι κ. τ. λ. — Item VIII. 144 ἡμέες μέντοι λιπαρέησ. nunc vulgo male scribitur cum codd. S. V. pro ἡμεῖς olim vulgato. Omnia autem illa vitiosa exempla multitudine eorum obruuntur, quae sine scripturae discrepantia omnibus in libris recte scripta exstant; sic habes ἡμεῖς I. 6 14. 23. 94. 120. 142. 159. 178. 193. II. 16. 17. 68. 127. 131. 157. III. 60. 81. 85. 94. 98. 111. 122. IV. 16. 17. 18. 20. 27. 42. 46. 48. 58. 114 ter. 118. 119 ter. 136. 152. 183. 184. 187. 192. 197. V. 49. 92, 1. 109 bis. 119. VI.

21. 86. 108. 112. VII. 11. 16, 2. 20. 27. 50, 2. 111. 147. 150 bis. 160. 161. 168. 170. 172 bis. 236. VIII. 62. 105. 109 bis. 124. 144. IX. 2. 7, 1. 21. 26. 37. 42. 46 bis. 48 ter. 60. 64. 78. 87. ὑμεῖς III. 21. 29. 72. 142. IV. 118. 119 bis. 133. V. 18. 49. 92, 1. VI. 86, 2. VII. 8, 4. 135. 160 bis. 162. 169. VIII. 62. 142. IX. 7, 2. 11 bis. 42. 46 bis. 48 ter. 58. 60 ter.

Ac σφέα constanter apud nostrum retinendum restituendumque est ubi poeticum σφε in accusativo male irrepsit: I. 89 ἀπαιρεόμενοι, ὥς σφεα ἀναγκαίως ἔχει nunc recte vulgat., sed cod. S. habet ἀπαιρεούμενοι, ὥς σφε ἀναγκ. κ. τ. λ. ubi etiam illud ἀπαιρεούμενοι docet genuinam orationem in epicam falso mutatam esse. III. 53 Valck. recte in vulgatis verbis σφε ἀπελθὼν ἔχειν reposuit cum Euseb. Praep. Ev. 9, 41 p. 497 C. Herodoteum σφεα; quod et III. 52 in verbis ὅσῳ αὐτός σφε ἐξεργασάμην pro σφε male vulgato rescribendum est σφεα ἐξεργ. ad verba ἐν αὐτοῖσι paulo supra posita referendum. Ceterum vide σφέα recte vulgatum II. 119. III. 111. 135. IV. 25 (σφεα (scil. οὖρεα) S. V. A. B. σφέας male M. P. K. F.). IV. 33 (προπέμπειν σφεα (τὰ ἱρά) sic recte S. V. σφέας F. Paris). V. 83 bis. 85. 92, 7. 95. VIII. 36 (εἴτε σφέα. σφέας S.). IV. 187 (σφεα (τὰ τέκνα) S. V. a. c. σφέας edd. vett.). VII. 50, 2 (σφεα προηγάγοντο. σφέας M. P. K. F.). Etiam pro vero σφέας hic illic male σφε irrepsit: I. 71 τί σφεας ἀπαιρήσεαι vulg. τί σφε ἀπαιρήσεις S. V. VII. 170 θεοῦ σφέας ἐποτρύναντος, sic σφέας recte Reisk. Bekk. al. cum K. σφε male Ald. Wessel. al. cum S. F. b.

Pronominis possessivi tertiae personae ὅς, ἥ, ὅν unum tantum apud nostrum invenitur exemplum I. 205 ἐθέλων γυναῖκα ἣν ἔχειν, sic omnibus in libris recte scriptum exstat; nam ἑός, ἑήν etc. constat poeticas esse formas.

De forma ab Herodotea dialecto aliena τοί pro οἵ, I. 186. II. 48. VIII. 68, 3 olim male invecta vide supra p. 45 et Struvium I, p. 10. Etiam de vulgato male ἅμα τοῖσι I. 51 jam supra p. 83 dictum est, quod quidem non cum aliis locis, ubi articulus praepositivus pro pronomine demonstrativo positus cernitur, confundendum erat, nec cum formula ἐν τοῖσι superlativo adjuncta (cf. VII. 137 τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι cf. Matth. gr. gr. II, p. 744 sq.

Praeterea ἐς ὅ, quod Struvius (spec. I, p. 37 et 41 sqq.) e grammaticorum veterum testimonio et codicum Mss. auctoritate luculenter demonstravit Herodotum constanter usurpasse pro ἕως οὗ, atque ex confusione utriusque dictionis interdum male ἐς οὗ irrepsisse, id ἐς ὅ valde miror ne nunc quidem recentissimis in editionibus ubique nostro restitutum esse, ac Bekkerum, qui quidem alias, neque immerito, Struvii auctoritatem secutus est, vulgatum ἐς οὗ I. 67. III. 31. IV. 30. 196 retinuisse; sed ut is II. 143 pro scriptura cod. S. ἐς οὗ, aut Gaisf. aliorumque ἕως οὗ, recte ἐς ὅ

reposuit, aliis etiam omnibus in locis constanter servatum, sic et in istis quattuor locis procul dubio ἐς ὅ rescribere debebat.

Pronomen reflexivum tertiae personae Attice etiam pro secunda, rarius pro prima positum esse, ejusque usus quaedam exempla jam satis antiqua certa esse, ac procedente tempore magis magisque cumulata esse, inter omnes constat cf. Ruhnk. ad Tim. lex. Plat. p. 92. Matth. gr. gr. II, p. 1088. Bernhardy synt. Graec. p. 272 sq. et p. 286 sq. Antiatt. Bekk. I, p. 77 coll. cum p. 467, 28. Suid. s. v. ἑαυτῷ. Plat. Phaed. 91 C. (Heind.). Interppr. ad Soph. Oed. Tyr. 138 αὐτὸς αὑτοῦ (pro ἐμαυτοῦ). Popp. ad Xenoph. Anab. VII, 5, 5. ad Cyrop. I, 6, 35 et 44. Buttm. in Ind. ad Plat. Dial. IV. — Ind. Aeliani Var. Hist. (Kuehn.) s. v. ἑαυτοῦ. — Sed ut Atticis hic usus concedendus est ideoque non nisi Atticus a veteribus grammaticis est appellatus, sic eundem praecise nego Herodoti fuisse, aut ullo in loco apud nostrum admittendum esse, quamvis non manuscripti solum libri sed etiam quidam editi hunc nobis pro Herodoteo venditare studuerint. I. 45 σεωυτοῦ vulgat. σὺ ἑωυτοῦ S. — 108 ἐς σεωυτοῦ nunc vulg. cum M. K. F. a. b. c. d. (ἐς ἐσεωυτοῦ P.) ἐς ἑωυτοῦ S. Ibid. paulo supra μηδὲ — ἐξ ὑστέρης σεωυτῷ περιπέσῃς sic recte Schaef. Bekk. σοὶ ἑωυτῷ Gsf. al. cum M. a. σὺ ἑωυτῷ K. S. F. σοὶ αὐτῷ c. Vulgo ἑωυτῷ tantum. — 124 τὸν σεωυτοῦ φονέα nunc vulg. cum M. K. R. F. a. c. ἑωυτοῦ Ald. S. V. (ἑαυτοῦ b. d.). III. 36 σεωυτοῦ πολιήτας vulg. ἑωυτοῦ S. V. Ibid. τὴν σεωυτοῦ πατρίδα vulg. ἑωυτοῦ F. Ibid. τῆς σεωυτοῦ πατρίδος vulg. ἑωυτοῦ S. — 53 τὰ σεωυτοῦ vulg. ἑωυτοῦ S. — 155 τῆς σεωυτοῦ στρατιῆς vulgat. ἑωυτοῦ S. V. — 108 φέρων ἐς σεωυτοῦ vulg. ἑωυτοῦ S. — Et adnotavit Schweigh. ad haec verba (III. 52) εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι (in his rebus) ἐγεγόνεε haec insana: „Idem valet αὐτοῖσι ac ἑαυτοῖσι, quod in prima persona hoc loco intelligendum, sicut IV. 97 με ἑωυτοῦ εἵνεκεν." — Sed IV. 97 Bekk. et alii jam recte e codd. S. V. με ἐμεωυτοῦ εἵνεκεν restituerunt.

Restat ut de soloecismo quodam, nonnunquam in Herodoteos codd. Mss. et edd. vett. falso invecto, moneam, ex quo I. 73 σφέων ἑωυτέων Aldus perperam posuit pro vulgato nunc recte cum codd. M. F. a. b. c. d. σφέων αὐτῶν; I. 144 σφέων αὐτῶν pro αὐτῶν. IV. 148 σφέας ἑωυτούς (vel σφᾶς ἑωυτούς, σφᾶς ἑαυτούς F.) pro σφέας αὐτούς nunc vulg. cum S. V. c. cf. et Var. Lectt. ad V. 15. VI. 12. 48. VIII. 140. Matth. gr. gr. I, p. 353 § 148 et quem laudavit Thom. Mag. p. 826.

LIBER QUARTUS.

De verbo Herodoteo.

I. De augmentis et de reduplicatione.

Vetus erat grammaticorum opinio, jam olim in Homericorum carminum oratione constituenda exposita, saepius etiam contra metri rationem adhibita, magis esse Ionicum, verbis augmentum demi, aut pro libito Iones augmentum praemisisse vel omisisse. (cf. Heyn. ad Il. T. VIII, p. 226 sq. Fr. Thiersch. gr. gr. p. 263. 388 (ed. tert.). Interppr. ad Greg. Cor. p. 406 sq. —) Quam opinionem multa hoc in genere etiam Herodoteae genuinae orationis depravasse meo mihi jure contendere videor. Sed fuisse quadam ex parte Ionibus propriam augmenti et syllabici et temporalis omissionem etiam Herodotus prosa oratione usus declarat, qui verba quaedam, ut *ἀρρωδέω*, *ἑσσόω*, *ἔργω* alia, quae a vocali Ionibus propria inducta sunt, nunquam initio auxit, sed ubique illas litteras immutatas servavit; neque etiam iis verborum temporibus, quae Ionice in iterativam formam in *σκον* extenduntur, unquam augmentum praemisit, sed dixit: *διαφθείρεσκε* I. 36 (*διεφθ.* male cod. e.). *ποιέεσκε* IV. 78. *ποιέεσκον* I. 36 (*ἐποίεσκον* cod. e.). VII. 5 *ποιεέσκετο* Wessel. Gaisf. al. recte cum codd. b. c. d. *ποιέσκετο* male Bekk. M. P. K. F. *ἐποιέετο* edd. vett. S. a. VII. 119 *ποιεέσκετο* Gsf. al. *ποιέσκετο* Bekk. F. *ἐποιέετο* S. V. I. 100 *ἐκπέμπεσκε*. VII. 106 *πέμπεσκε* bis. I. 100 *ἐσπέμπεσκον* Bekk. *ἐσεπέμπεσκον* male vulgat. I. 148 *ἄγεσκον* id. II. 174. *ἐσάγεσκον* I. 196. *ἐπιτείνεσκε* I. 186 nunc vulg. cum S. M. K. al. *ἐπετείνεσκε* edd. vett. VI. 12 *ἐθέλεσκον*. *ἔσκον* I. 196 bis. IV. 129. IX. 40. *ἔσκε* I. 196. IV. 200. VI. 133. VII. 119 bis. *ἔρδεσκε* VII. 33. *ἔχεσκε* VI. 12. VII. 19. *βαλλέσκετο* IX. 74. *ἀπελαύνεσκον* VII. 119. *σιτεύεσκον*

VII. 119 sic S. V. ἐσίτευον F. a. c. I. 186 ubi alii ἀπαιρέεσκον rectius, ut mihi quidem videtur, scripserunt, alii cum codd. M. K. F. a. c. ἀπαίρεσκον praeferunt .cf. p. 193. πωλέεσκε I. 196. μετεκβαίνεσκε VII. 41 vulg. (μετεβαίνεσκε b.) ἄρδεσκε III. 117 et II. 3, ubi quidem alii vulgo ἀρδέεσκε. κλέπτεσκε II. 174. Ibid. ἀποφεύγεσκε. φεύγεσκον IV. 43. VII. 211. χρηΐσκοντο III. 117. κλαίεσκε καὶ ὀδυρέσκετο III. 119. σπείρεσκον IV. 42. Ibid. μένεσκον. IV. 88 καταλείπεσκε, sic V. καταλειπέεσκεν S. κατελίπεσκε F. a. al. Ibid. λάβεσκε. IV. 130 λάβεσκον (alii ἐλάβεσκον). IV. 128 τρέπεσκε (repone τράπεσκε, vide supra p. 145). Et male vulgatum ἤχεσκε IV. 130 haud dubie in ἠχέεσκε mutandum est, ut jam alii in aliis formis simile vitium codicum auctoritate adjuti correxerunt (cf. infra in hujus libri capite IV.). Neque eos qui augmentum hic illic praemiserunt codices, neque eos, qui in vulgarem aberrarunt formam audiendos esse, facile quisque sibi persuadebit cf. Phavor. s. v. φράζεσκε: Ἴωνες εἰώθασι χρηματίζειν τὰ τρίτα πρόσωπα τοῦ παρατατικοῦ καὶ τοῦ ἀορίστου, ἐνεργητικοῦ ἀποβολῇ τῆς συλλαβικῆς αὐξήσεως καὶ προσθήκῃ τῆς σκε συλλαβῆς. cf. eundem et s. v. φιλέεσκε. — Etymol. Mag. s. v. ὁμοκλήσασκεν.

Nec vero alias aut augmentum syllabicum aut reduplicatio est omittenda; χρῆν enim, quod noster constanter pro ἐχρῆν usurpavit (tribus tantum in locis aberratum est: I. 8 χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ vulg. ἐχρῆν S. et Lucian. Asin. 20. — II. 173 χρῆν nunc vulg. cum F. a. b. ἐχρῆν M. P. K. (F.) S. III. 52 ἐς τόν σε ἥκιστα χρῆν Bekk. ἐχρῆν vulgo.) etiam aliis Graecis est usitatum; et ἐπαλιλλόγητο I. 118 quod per omnes mutationes, a codic. scribis factas (ἐπαλλιλόγητο S. ἐπαλληλόγητο P. F. pr. ἐπαληλόγητο e corr.) tamen duas priores syllabas integras sibi servavit, vel ideo satis a suspicione corruptelae liberum esse videtur, ut ipsa compositione factum esse cum Buttmanno (gr. gr. I, p. 318) statuere liceat, ut reduplicatione careret, unde apparet augmentum quidem ipsum ibi non deesse, sed in eorum numero id habendum esse, quibus, ut melius sonarent, simplex ε praemissum est. cf. Casaub. ad Athen. II, p. 113. Lob. Parerg. p. 598 Vot. Matth. gr. gr. I, p. 377. Eust. ad Il. ι' p. 759 = 662: Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ κακοφωνία τοῦ ἐν παρακειμένοις ἀναδιπλασιασμοῦ ἢ δι' ἐναλλαγῆς θεραπεύεται στοιχείων — ἢ διὰ παντελοῦς ἀπελεύσεως τοῦ κατ' ἀρχὴν στοιχείου, οἷον ἔσπευκα, ἔφθακα, ἔζηκα. τοιοῦτον οὖν καὶ τὸ ἐκτῆσθαι, καὶ τὸ ἐβδαλμένον καὶ τὸ ἐβλάστηκε, καὶ τὸ ἐχάλκευται κατὰ προφορὰν Ἀττικήν. πρὸς δὲ ὁμοιότητα τοῦ ἐκτῆσθαι εἴρηται καὶ τὸ, φύσκαι προσεπατταλευμέναι παρὰ Κρατίνῳ, οὐ τὸ κοινὸν πεπατταλευμέναι. — τὸ δὲ διέγλυπται Ἀττικὸν, ὃ κοινῶς διαγέγλυπται λέγεται.

Sed ut Herodotus aliique constanter ἐγνωκέναι dixerunt (cf. I. 207. V. 24. VII. 15. VIII. 110) sic idem noster ἐγγέγλυπται κοινῶς II. 106. 148. 124. 136. 138. quem ad κοινισμόν recentiores

Graecos talia, qualia sunt πεφθάρθαι, πεφθαρμένος, πεψύχθαι, vulgo a nostris grammaticis omissa, formasse nimis reduplicationis perfecti temporis studiosos, ex eodem Casauboni loco discimus; quo et pertinet quod Herodianus (Herm. p. 311 sq.) notavit: ἐφθόνηκα καὶ οὐ πεφθόνηκα.

Verum ἐκτῆσθαι ubique Herodotum dixisse, eo magis pro certo habeo, quo certius esse videtur, etiam veterum Atticorum consuetudinem hac in re cum illa Ionica congruam fuisse. Vide Aesch. Prometh. vs. 795 ἐκτημέναι. Popp. ad Thucyd. II, 62. Schneid. ad Plat. Civ. II, p. 69 (Lib. V, 469 C.). Heind. ad Plat. Protag. p. 75 D. et quos laudavit Fisch. ad Vell. II, p. 287 sq. Eust. ad Il. l. l. τὸ ἐκτῆσθαι Ἀττικόν ἐστι καὶ αὐτὸ καὶ Ἰωνικὸν δὲ ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως. εὕρηται δὲ ἡ λέξις καὶ παρὰ Ἡροδότῳ, ἐκτημένοι εἰπόντι ἀντὶ τοῦ κεκτημένοι. Et sic apud nostrum ἐκτῆσθαι scriptum exstat sine ullo librorum dissensu: III. 100. IV. 191. VI. 20. VII. 5. — προσεκτῆσθαι III. 34 (προσκτήσασθαι S. V.). II. 44 ἔκτηνται. — 108 ἔκτηντο (ἔκτηνοται F.). ἐκτέαται IV. 23. 174 (item Eust. ad Il. β′ 234 = 177). VI. 52. VII. 176. ἔκτηται IV. 64. ἐκτημένοι IV. 109. ἐκτήμεθα VII. 8, 1. IX. 122. — Variatur autem I. 49 ἐκτῆσθαι edd. recte cum cod. b. κεκτῆσθαι M. F. a. c. — 155 ἐκτῆσθαι edd. cum F. a. c. κεκτῆσθαι M. K. — 170 ἐκτῆσθαι edd. cum P. K. F. a. c. κεκτῆσθαι M. (K.) II. 42 ἔκτηνται edd. κέκτηνται S. — 50 ἔκτηνται edd. κέκτηνται S. P. K. F. pr. — 95 ἔκτηνται edd. κέκτηνται M. P. F. III. 39 ἔκτητο edd. cum A. B. R. F. ἐκέκτητο M. P. V. S. d. — 97 ἔκτηνται edd. κέκτηνται S. V. 90 ἔκτηντο edd. cum F. Paris. ἐκέκτηντο M. P. S. VII. 111 ἐκτημένοι edd. κεκτημένοι F. b. — 161 ἐκτημένοι vulg. cum Thom. Mag. p. 299, 1. Ἡρόδοτος ἐν τῷ ἑβδόμῃ· πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν εἴημεν ἐκτημένοι. Sed codd. S. V. male κεκτημένοι. VIII. 140, 2 ἐκτημένων Wessel. Bekk. al. κεκτημένων Gsf. al. cum S. V. P. K. F. c. b. IX. 94 ἐκτημένων edd. κεκτημένων F.

Quibus omnibus in locis ut laude dignos esse judico editores, qui vel contra quorundam codd. Mss. auctoritatem suam nostro formam servarunt, sic nihil obstare videtur, quin eandem medelam quattuor reliquis exemplis, quamquam omnibus in libris, ut videtur, mendose scriptis, adhibeamus; sunt vero haec κεκτημένοι II. 173. κεκτημένοισι II. 174. κεκτημένος VII. 27. κέκτησο VII. 29, pro quibus nostra auctoritate, quum nihil varietatis e codd. Mss. adnotatum sit, ἐκτημένοι, ἐκτημένοισι, ἐκτημένος, ἔκτησο rescribi velimus. — ἐκτέετο VIII. 12 (cod. S.) vel ἐκτέατο (codd. M. P. K. F. ἠτέετο Ald. al.) imperfectum, et in ἐκτᾶτο vertendum esse, infra videbimus in hujus libri capite IV. — Sed νόεε I. 155 quod Gsf. al. cum M. c. receperunt, non est Herodoteum, neque νόε Ald. sed ἐνόεε P. F. a. Bekk. al. ἐνενόεε K. — 89 θεοὶ δῶκαν Ald. Gsf. al. male cum S. ἔδωκαν F. a. c. Bekk. al. — 124 ἐπελέγετο

vulg. ἐπιλέγετο S. — 211 ἐδαίνυντο pleraeque edd. cum F. a. c. ἐδαίνυυντο K. (et Hesych. cf. supra p. 98). δαίνυντο male Gsf. cum S. b. d. — 82 ὑπελείποντο vulg. (ὑπελίποντο alii) ὑπολίποντο S. II. 51 ἐποιεῦντο vulg. ποιεῦντο F. — 172 ἐναπενιζέατο vulg. cum S. et reliquis codd. Mss., sed Schaef. male ἐναπονιζέατο. — 131 ἐφαίνοντο Bekk. al. φαίνοντο Gsf. V. φαίνονται S. III. 48 συνεπελάβοντο vulgat. συνεπιλάβοντο Schaef. male cum S. — 51 ἐδέκοντο vulgat. ἐκδέκοντο F. — 83 προεκέατο nunc vulg. cum M. P. K. F. (προσεκέατο S.) προσκέατο Ald. c. IV. 140 ἐδίζηντο vulg. δίζηντο S. V. 83 ἐδηλέοντο Bekk. al. S. δηλέοντο vulg. cum Eust. Il. 70, 30. — 78 προεθυμέετο Bekk. al. cum P. (προυθ. Wessel al.) προθυμέετο Gsf. Schaef. al. cum S. V. F. — 84 ἐπετέλεον vulg. ἐπιτέλεον Schaef. cum S. V. VII. 54 (init.) παρεσκευάζοντο Ald. Bekk. al. παρασκ. Gsf. al. παρασκευάζεται M. P. K. F. b. — (cf. et VII. 25) 209 ὅτι παρασκευάζοιντο vulgat. (παρεσκευάζοντο S. V.) παρασκευάζοντο male Schaef. VIII. 78 περιεκυκλέοντο vulg. cum M. P. K. περικυκλέοντο F. IX. 37 (fine) προεθυμέετο vulg. προθυμέετο F. — 64 ἥ τε δίκη — ἐπετελέετο Wessel. Bekk. al. cum F. ἐπιτελέετο Schaef. Gsf. cum S. V. — 117 ἐπεὶ δὲ — ἐπεγίνετο Bekk. ἐπεγένετο vulgo cum S. ἐπιγίνετο Schaef. Gsf. cum F. P. K. Quibus omnibus in locis, quum prorsus nulla sit causa, cur Herodotus ex epicorum more augmentum syllabicum omisisse statuendus sit, recte a Bekk. aliisque, codd. Mss. quibusdam praeeuntibus, veram Herodoteamque formam restitutam esse censeo; quod iidem et in vulgato male ἐξαναχώρεε I. 208 et in ὑποδεκέατο IV. 167 (sic nunc cum S. V. Paris.) facere debebant, praesertim quum jam ab Aldo et e recentioribus a Matth. et Apetzio recte ὑπεδεκέατο repositum, et a codd. M. P. K. F. ὑπεδέκοντο praebitum esset. Etiam alii fere innumeri sunt loci, ubi omnes in genuina forma scribenda consentiunt, ac nunc quidem omnibus persuasum esse necesse est, omissionem augmenti syllabici, iis exceptis exemplis, quae modo supra commemoravimus, πωλέεσκε, ἄγεσκον etc. etc., non cadere in genuinam Herodoteam orationem (cf. Buttm. gr. gr. I, l. l. et § 94 Not. 2), atque a Bekkero aliisque pro vulgatis ἀποξηρασμένον, παρασκευάδατο aliis, recte ἀπεξηρασμένον alia restituta esse cf. I. 186 ἀπεξηρασμένου (vel ἀπεξηραμένου S.) vulgat. cum P. F. sed VII. 109 ἀποξηρασμένον Gsf. al. male cum M. ἀπεξηρασμένον (vel ἀπεξηραμένον Ald. b.) alii cum P. K. S. V. F. a. c. VII. 219 παρασκευάδατο Gsf. al. male; παρεσκευάδατο Bekk. al. cum S. b. I. 83 παρεσκευασμένοισι vulg. παρασκευασμ. F. b. IX. 82 κατεσκευασμένην Wessel. Bekk. al. κατασκευασμ. Schaef. Gsf. male cum S. V. παρασκευασμ. F. — V. 73 ἐκπεπολεμῶσθαι recte vulgatum est, ubi quidem codd. S. V. in Aeolicam poeticamque formam ἐκπολεμῶσθαι aberrarunt; VII. 26 συλλελεγμένος vulgat. συλλεγμένος S. V. cf. Eust. ad Il. α' p. 73 = 55: αὔξησιν μέντοι διὰ διπλασιασμοῦ γενομένην οὐδέποτε καταβάλλουσιν (Ἴωνες) οὐ γὰρ ἂν τὸ τέτυφα τύφα ἐροῦσιν,

οὐδὲ τὸ πεποίηκα ποίηκα. coll. ad Il. ψ' p. 1295 = 1406: οἱ γὰρ τῶν παρακειμένων ἀναδιπλασιασμοὶ οὐκ ἀφαιροῦνται Ἰωνικῶς, εἰ μή τι ἄρα Αἰολικῶς κατὰ τὸ δέγμενος, ὃ μᾶλλον συγκεκόφθαι δοκεῖ, οὐ μὴν παθεῖν ἀφαίρεσιν. — Quare male Phavor. s. v. δέχθαι docet id fieri Ionice. Neque etiam τεχνέαται apud Hippocrat. Sect. I, p. 19 vulgat. pro genuino habeo, sed τετεχνέαται Hippocratem ipsum posuisse judico. — πεποίησαν denique codicis S. III. 13 pro vulgato ἐποίησαν omnibus patet quam immerito in epicam formam depravatum sit.

Verum ε illud, reduplicationi in tempore plusquamperfecto vulgo praemissum, ut apud Atticos aliosque interdum, sic apud nostrum non raro neglectum invenitur: ἐννένωτο I. 77. VII. 206. ἀναβεβήκεε I. 84. VII. 6. 40. τετελευτήκεε I. 165. καταλέλειπτο I. 209. VII. 88. 170. καταλελοίπεε III. 61. καταλελαβήκεε 42. πεπόνθεε 156. καταδεδαπάνητο V. 34. δέδοκτο 96. πεπειρέατο VII. 125. κατακέκριτο 146. παρατετάχατο VIII. 95. ἐνδεδύκεε IX. 22. ἀποκεκλέατο IX. 50. — Aliis in locis inter utramque formam variatur, ut vix certo dicas, utri utra sit praeferenda cf. Var. Lectt. ad I. 11. 94. 119. 180. 181. III. 25. V. 2. 67. VII. 10, 3. 64. VIII. 93.

Quam jam supra ad verbum ἐθέλειν sententiam proponere ausus sum, Herodotum cum antiquiorum Atticorum usu*) consentientem tribus illis in verbis βούλομαι, δύναμαι, μέλλω, nunquam syllabicum augmentum auxisse temporali, eam nunc exemplorum recensu confirmabo. Neque etiam in Homeri carminibus id factum esse, satis est notum; quamquam apud Hesiodum duobus in locis Theog. 478 et 888 ἤμελλε vulgatum est, quorum quidem ex posteriore loco Galenus de Hipp. et Plat. dogm. III. extr. δή ῥα ἔμελλε attulit; qua de re vide Fr. A. Wolf. ad loc. laud. — Et ubique omnibus libris consentientibus ἐβούλετο scriptum exstat I. 125. 165. III. 123. 150. VI. 66. 70. 82; atque ἐβούλοντο II. 120. 150. IV. 140. V. 65. VII. 195. 229. ἐβουλέατο I. 4 (Plut. de Malig. c. 11 exhibet ἐβούλοντο). III. 143. — Atque ἔμελλον, ἔμελλε ut apud Tragicos sic apud nostrum constanter sic scripta invenies, et ἔμελλον quidem II. 43. 163. III. 57. 146. 155. IV. 146. V. 74. VII. 143. 144. 192. 206. VIII. 6. 40. 141. ἔμελλε I. 60. 119. II. 120. 150. III. 1. 25. 146. V. 98. 106. VI. 29 (item Suid. s. v. ζωγρίη). VII. 8. 23. 57. 128. 139. 161. 194. VIII. 7. 96. 135. IX. 66. 98. 101. 109. 116. — Uno tantum in loco, qui restat, VIII. 86 pro vulgato ἔμελλε cod. S. ἤμελλε praebuisse dicitur, quem nemo certe hac in re se-

*) cf. Popp. Thucyd. I, 226. Schneid. ad Plat. Civ. X, p. 597 C. Brunck. ad Soph. Philoct. 1245 (1239). Popp. ad Xenoph. Cyrop. p. XXXVIII. Tradidit quidem Suid. ἠβουλόμην ὡς Ἀττικώτερον, ἐβουλόμην δὲ πολλοί, sed id quos ad Atticos pertineat facile cuique patet cf. Interppr. ad h. l. Grammat. apud Maitt. (Sturz.) p. 75. — Lucian. d. d. Syr. 19 ἔμελλεν. Vide et Schol. ad Il. XII, 34.

quetur. — Porro ἐδυνάμην habes II. 29. ἐδύνατο I. 26. 185. II. 2. III. 131. 152. VII. 134. IX. 108. ἐδυνέατο VII. 211. IV. 114. ἐδυνάσθην II. 19. 43. 140. Variatur autem I. 10 ἐδύνατο Bekk. al. cum codd. F. a. c. ἠδύνατο Gsf. IV. 110 ἐδυνέατο Bekk. al. ἠδυνέατο Gsf. al. cum M. S. A. V. B. ἠδυναίατο Ald. al. — 185 ἐδυνέατο Bekk. al. ἠδυνέατο Gsf. al. male cum M. P. K. F. S. V. Paris. ἠδυναίατο Ald. al. IX. 70 ἐδυνέατο Bekk. ἠδυνέατο male vulg. — 103 ἐδυνέατο Bekk. al. ἠδυνέατο S. V. VII. 106 ἐδυνάσθησαν nunc vulg. cum P. V. K. F. ἠδυνάσθησαν S. ἐδυνήθησαν olim vulgat., sed Herodotus nunquam hac vulgari forma usus est, sed constanter δυνασθῆναι cf. praeter locos jam laudatos et II. 110. Hom. Il. ψ' 465. Od. ε' 319. Euripid. Ion. 865, ac saepius in Xenoph. scriptis, vide Indd. — Qua cum singulari forma tam arcte simplex illud ε praemissum conjunctum fuisse videtur, ut Hellenistarum demum arbitrio ac licentia factum sit, ut ἠδυνάσθην emergeret cf. Psalm. 40, 12. Marc. 7, 24 et alibi. — Sed apud Herodotum nemo facile dubitabit iis adsentiri editoribus, qui ex analogia superiorum et ex auctoritate quorundam codd. Mss. et ἐδυνάσθην et ἐδύνατο, ἐδυνέατο servarunt restitueruntque. Ubique igitur ista tria verba syllabico tantum augmento apud nostrum instruenda sunt.

Augmentum autem temporale quas leges apud Herodotum secutum sit, quibus in formis verborum ille istud admiserit, ubi non, non facile dijudicatu esse videtur, quum non solum multa interdum scripturae varietas, sed etiam quaedam in utramque partem constantia librorum certam nobis viam ad genuinam scripturam restituendam praeclusisse videatur; neque idem nostris quod Graecorum atque Ionum auribus placeat, neque etiam epicorum poetarum usum hac in re ducem sequi possimus. In universum quidem jam supra monui, esse quaedam verba, a vocalibus Ionibus propriis inducta, quae nunquam augendo hanc suam vocalem mutasse constaret; sed utrum eandem licentiam etiam in aliis verbis vel ubique vel in quibusdam tantum eorum temporibus Herodoto prosa oratione uso concessam esse dicas, an ejus librarios illam sibi sumsisse, quo magis Ionicam redderent orationem, id dubitari potest; quamquam nonnullis quidem in locis non diu nobis haerendum erit, praesertim quum apud alios Ionicos scriptores tantum non omnia ejusmodi verba augmento instructa videamus, et Herodoto ipsi cum veteribus Atticis similitudinem quandam fuisse. Sed quum rem ipsam et exempla ob oculos poni opus sit, ordiamur ab iis verbis, quae ab ᾱ, ut ita dicam, Ionico inducta, hanc vocalem nusquam mutant. Hujusmodi est verbum ἀρρωδέειν, cujus imperfectum est V. 35 ἀρρώδεε. VIII. 70 ἀρρώδεον id. 74. IX. 46 ἀρρωδέομεν. Aorist. VI. 9 καταρρώδησαν. Perf. III. 145 καταρρωδήκας. VIII. 75 καταρρωδηκότες id. 132. IX. 8 et VII. 178. καταρρώδηκε IX. 45. Plusq. καταρρωδήκεε VIII. 103. Quibus omnibus in locis nulla scripturae varietas enotata est. — Ejusdem generis est verbum

ἀεθλέω, cujus imperfectum ἀέθλεον est I. 67. VII. 212, quo in posteriore loco quod cod. S. in ἔθελον aberravit, id nihil ad nostram genuinam scripturam in suspicionem vocandam valere nemo non videt. — Porro ἀμείβετο et ἀμείψατο hac in forma et significatione Ionibus imprimis propria respondendi et transeundi, ab Herodoto semper sine augmento temporali posita esse videntur; nam praeterquam quod illa plerisque in locis omnibus in libris sic scripta exstant, etiam id, quod hic illic in codd. Mss. sine justa causa in praesentis temporis formam aberratum est, ut scilicet terminatio quoque responderet initio, meam sententiam confirmare videtur. Et ἀμείβετο habes: I. 9. 35 bis. 39. 40. 42. 88. 115. 155. II. 173. III. 14. 34. 36. 78. 119. 155. IV. 150. 155. V. 13. 31. 39. 49. 93. VII. 46 (item Ioh. Stob. 120 p. 612 Gesn.). 47 bis. 49 (item Stob. 52 p. 364). 50. 52. 161. 162. VIII. 80. IX. 28. — ἀνταμείβετο IX. 79. παραμείβετο VII. 108. 122. Et ἀμείψατο I. 37 bis. 43. II. 173. V. 93. 109. VII. 105. 135. — Et in praesens tempus ἀμείβεται aberrarunt codd. M. P. K. VII. 39, pro quo recte cum codd. S. F. a. c. ἀμείβετο vulgatum est. VII. 48 ἀμείβετο vulg. ἀμείβεται solus S. Nec laudandus est cod. F. VI. 68 ἠμείβετο. VII. 109 παρημείβετο et παρημείψατο et VII. 112 παρημείβετο contra ac vulgatum est exhibens, nec cod. S. VIII. 60 ἠμείψατο pro edito ἀμείψατο praebens; quare haud dubito etiam eo in loco, quo solo omnes libri in scripturam ἠμείψατο concordasse videntur IV. 97 (nulla enim scripturae varietas enotata est) ἀμείψατο reponere; quamquam alternant formas epici poetae, quibus exemplum et auctoritatem Homeri carmina dederunt; sed alia est Homeri, alia Herodoti consuetudo. — Praeterea ἀμαυρώθη IX. 10. ἀλύκταζον IX. 70. ἐπάλλοντο IX. 120, quae in his singulis tantum locis leguntur, tam constanter omnibus in libris litteram suam initialem α servarunt, ut ea ab Herodoto ipso justa ex causa sic posita esse statuamus necesse sit; quo accedit, quod eorum postremum ἐπάλλοντο non solum Eustath.*) sed etiam Athenaeus**) aliique hac sub specie ex nostro loco laudaverunt, quum iidem proxime cum illo conjunctum verbum ἤσπαιρον recte augmento instructum ex eodem loco attulerint***). — Fortasse etiam istae liquidae, proxime initialem vocalem in his et similibus verbis subsecutae multum valebant ad immutatam illam servandam; atque quum

*) Eust. ad Od. p. 1728 = 497; ἡ δὲ καθ' Ἡρόδοτον ἱστορία δηλοῖ ὅμοιόν τι τέρας καὶ αὐτή, φαμένη, ὅτι ἐν τοῖς Περσικοῖς τάριχοί που ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο καὶ ἤσπερον (repone ἤσπαιρον) ὡς νεάλωτοι (Herod. νεοάλ.) ἰχθύες.

**) Athen. III, p. 119 E. Ἡρόδοτος ἐν ἐννάτῃ οὕτως· οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο καὶ ἤσπαιρον. — Fragmentum lexici Graeci (in Herm. de Emend.) p. 325: Ἡρόδοτος, ἐνθ' οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντο καὶ ἤσπαιρον.

***) De ἀνώγει VII. 104 et ἄνωγε III. 81 vide Buttm. gr. gr. II, p. 115 sq.

apud nostrum et in Suid. lexic. ἁλισμένοι, alia hujuscemodi sine augmento scripta vidissem, alia autem tempora eorundem verborum fere constanter initio aucta, in eam deveni opinionem, in certis quibusdam atque imprimis in perfectis temporibus hanc augmenti omissionem obtinuisse. Sic ἁλισμένους IV. 118. συναλίσθαι V. 15. ἁλισμένοι VII. 172. ἁλισμένη VII. 208 (item Suid. s. v. ἀκήκοε) ubique sine librorum dissensu; nam quod VII. 172 cod. F. 208 codd. S. F. in ἁλισκόμενοι et ἁλισκομένη aberrarunt, quid aliud id demonstrat, quam etiam illa ab ᾱ inducta fuisse. Contra συνήλισαν I. 176. συνηλίζοντο I. 62 (συνηυλίζοντο P.) et V. 102 tam certa sunt, ut unum συνάλισε I 125 nullo modo ferendum esse judicem, sed in συνήλισε mutandum; quo fortasse et Suidae glossa spectat: ἤλισε· συνήθροισε. — Similiter dixit noster constanter ἠγωνίσατο I. 76. V. 103. VII. 212. 234. ἠγωνίζοντο VIII. 87. ἐνηγωνίζετο III. 83. Sed in perf. IX. 26 ἀγωνίδαται, repetitum ex hoc loco ab Eust. ad Il. β′ p. 177 = 234. — Atque ἀμμένης I. 86. ἐπαμμέναι I. 199 (sic vulgat. cum M. P. K. F. Paris. ἐπαγμέναι Ald. R.). ἀπαμμένους II. 121, 3. ἐναμμένοι VII. 69. ἐπαμμένους VIII. 105, omnibus in libris sic per ᾱ constanter scripta nemo facile mutabit; quamquam non minus omnium librorum auctoritate ἄφθη et ἅψατο I. 19. ἅπτοντο et ἀντάπτοντο III. 137. ἅπτοντο V. 18. 92, 3 (item Thom. Mag. p. 219, 12 Ἡρόδοτος ἐν τῇ πέμπτῃ· ἀλλήλων ἅπτοντο καταιτιώμενοι). VI. 70 (ἅπτοντο vulg. cum codd. M. P. K. F. ἅπιονται solus S.). VII. 125, et in alteram partem ὑπῆψαν I. 176. συνῆπτο VI. 93. VII. 158, munita esse videntur; neque enim illa neque haec mutare quisquam audebit. — Similis est librorum constantia in servanda forma ἀρτέοντο V. 120. παραρτέοντο VIII. 76. 108. ἀρτέετο VIII. 97; et pro παραρτέετο recte vulgato VII. 20, solus S. παρηρτέετο praebere videtur. Sed ἤρτητο III. 19. IX. 68. παρήρτητο IX. 29. κατηρτημένον III. 80. et ἠρτημένας V. 31. et analogia et librorum consensu ab omni mendae suspicione arcentur; quare etiam VI. 109 ἤρτηται e codd. F. a. b. c. pro vulgato nunc cum codd. S. V. ἄρτηται retinendum erat, ut I. 125 ἠρτέαται pro vulgato ἀρτέαται, quum terminatio Ionica in αται, ατο non valeat ad augmentum omittendum cf. infra in hujus libri capite II. — Sed ἀνάρτημαι VII. 8, 3 sic ab omnibus exhibitum, ab ipso Herodoto profectum esse conjicio, quamquam duobus aliis in locis in diversa abeunt libri manuscripti, I. 90 ἀναρτημένου P. K. F. a. c., quibus codicibus mea e sententia recte plerique editores obsecuti sunt, sed ἀνηρτημένου S. b. d. VI. 88 ἀναρτημένους vulgat. ἀνηρτημένους S. V. — Verum his similia verba ἀρτύω, ἐξαρτύω, ἀρτίζω constanter sine varietate initio augentur: ἐξηρτυμένοι VII. 147. I. 43. II. 32. ἐξήρτυτο I. 61. ἤρτυσαν I. 12. κατήρτισαν V. 28. 29. παρηρτισμένος IX. 66. — Atque quum ubique verbi ἄγειν ejusque compositorum tempora augmento temporali sint ornanda, et plerumque recte ornentur, tamen forma ἀγίνεον ejusque compo-

situm ἀπαγίνεον nullo loco aliter scripta cernuntur; sic ἀγίνεον III. 89. 93. 97 quater. VII. 25. ἀπαγίνεον III. 92. 94 bis. — Sed ἄγον, ἄγοντο similia, quae hic illic genuinam Herodoteam orationem corruperunt, sine haesitatione mutanda esse, hic recensus docebit. Et ἦγον quidem summo librorum consensu munitum est: II. 172. III. 15. 21. 39. 47. 156. IV. 87 bis. 89. 113. 151. 158. V. 43. 92. 122. VI. 42. 73. 91. 92. 103. VII. 83. 146. 195. VIII. 32. IX. 1. 7. 14. 17. 57. 59. 66. ἤγοντο IV. 145. V. 15. 17. 92, 2. VI. 20. VII. 83. ἐνῆγε IV. 145. V. 90. 104. περιῆγον I. 30. III. 85. ἐπῆγε I. 63. VII. 165 bis. IX. 1 ἐξῆγε I. 79. II. 45. V. 92, 6. VI. 92 bis. ἀπῆγε III. 25. VI. 45. VIII. 107. 109. IX. 10. 56. παρῆγον III. 129 (item Suid. s. v. Δημοκήδης). 140. IV. 158. V. 20. προῆγε III. 148. ὑπῆγον IV. 125. VI. 82. κατῆγον VI. 5. 25. 75. ἀντανῆγον VI. 14. συνῆγον VII. 23. προσῆγε IX. 92. ἀνῆγον VIII. 10. 15. 70. 76 ter. 84. IX. 96 bis. ἤγαγε I. 10. 86. II. 2. III. 1. 11. 29. V. 98. VI. 76. VII. 21. 186. 229. VIII. 26. IX. 119. ἠγάγοτο I. 146. II. 175. VI. 63. 69. IX. 108. 111. ἀνήγαγε I. 94. III. 4. VI. 30. 41 bis. ἐσήγαγε IV. 39. V. 58. προήγαγον VIII. 132. συνήγαγον VIII. 11. 59. ὑπήγαγον VIII. 106. ἐξήγαγε I. 128. II. 56. III. 157 bis. ἀπήγαγε I. 14. II. 115. III. 48. 138. VI. 40. 118. 119. κατήγαγον II. 151. VI. 76. VII. 153 bis. ἐπήγαγε III. 85. ἐπηγάγετο II. 108. V. 67. προσηγάγετο II. 172 bis. VI. 25. ἐσηγάγετο VI. 63. ἀπηγμένα II. 28. ἦκται II. 158 ter. ἀπήχθη II. 169. Quare non solum iis in locis, ubi variatur, omnes eam augmento instructam formam praeferre debebant, sed etiam in iis, ubi omnes libri vitiosam scripturam praebuisse videntur, vel sola sua auctoritate genuinam Herodoteamque restituere. Et variatur quidem I. 70 ἄγον male Ald. Bekk. al. cum b. d. e. ἦγον Gsf. al. cum M. F. a. c. ἦττον S. V. — 103 ἄγε δὲ αὐτούς Bekk. Gsf. al. cum F. a. ἄγεγε c. ἄγαγε Ald. ἦγε δέ Stephan. — 166 ἄγον edd. cum F. a. c. ἦγον M. K. II. 125 ἄγον vulgat. cum R. F. Paris. ἦγον M. P. S. V. V. 42 ἦγε M. P. K. S. ἄγε vulg. cum F. Paris. III. 14 ἤγοντο recte S. ἄγοντο vulg. cum F. a. I. 186 ἐξήγαγε Gsf. al. cum M. S. K. ἐξάγαγε Ald. al. II. 49 ἐσηγμένα R. c. ἐσηγημένα Ald. al. cum S. V. b. d. ἐσαγμένα nunc male vulgat. cum M. P. K. F. a. b. — Quibus quidem in locis ut scripturam ἦγον, ἦγε, ἤγοντο, ἐξήγαγε, ἐσηγμένα, jam pridem a codd. Mss. praebitam praeferendam esse judico, sic I. 169 ἦγον. III. 137 ἤγοντο. VI. 96 ἀνήγοντο. III. 145 et V. 13 ἤχθη. VI. 30 ἀνήχθη restituenda esse, quamvis omnes libri in formas non instructas augmento conspirent. De ἄξαντο vide infra in hujus libri capite III. — Porro ἀπήλλαξε I. 16 (item Suid. s. v. Γύγης). V. 63. VIII. 68, 1. κατήλλαξαν V. 28. 95 bis. ἀπηλλάχθησαν VIII. 18. ἤλλακτο II. 26. ἀπηλλαγμένον I. 60. quae omnia quum istis in locis ex fide omnium librorum recte sic posita esse videantur, tamen II. 144 ἀπαλλαγμένους vulgatum est, ubi quidem codd. S. V. ἀπηλλαγ. praebent; et II. 167 ἀπαλλαγμένους

omnes praebuisse videntur, neque aliter nostris in editionibus habetur. Verumtamen nulla mihi quidem justa causa apparet, cur illic ἀπηλλαγμένου hic ἀπαλλαγμένους apud unum eundemque Herodotum tolerari posse dicamus, nulla, cur non etiam hic ἀπηλλαγμένους utrobique rescribamus. Et vulgata ἀπαλλάχθη II. 152. ἀπαλλάχθησαν VI. 40 ex analogia supra positi ἀπηλλάχθησαν mutanda esse censeo; quod ἀπηλλάχθησαν V. 65 jam ab Ald. Wessel. aliis pro ἀπαλλάχθησαν nunc cum codd. S. V. F. male vulgato receptum erat, et VI. 45 ἀπηλλάχθη cod. S. et alii habent pro ἀπαλλάχθη nunc vulgato. Sed in imperfecto tempore ἀπαλλάσσετο, καταλλάσσετο nunc ubique nostris in exemplaribus hoc verbum sine augmento scriptum cernitur, et duobus tantum in locis pro sic vulgatis contraria e solo cod. S. enotantur: III. 4 ἀπαλλάσσετο vulg. ἀπηλλάσσετο S. VIII. 75 ἀπαλλάσσετο vulg. ἀπηλλάσσετο S. — Sed I. 17 ἀπαλλάσσετο vulg. cum Suid. s. v. Γύγης. ἀπαλλάσσαιτο S. V. ἀπαλλάσσεται F. — cf. et 61 bis. 82. 152. III. 25 (ἀπαλλάσσοντο vulg. ἀπαλλάσσονται S. V.). 56. IV. 78. 156. 164. 203. V. 34*). 51. 64. 65. 75. 101. VI. 86, 3, 4. 108 ἀπαλλάσσοντο vulgat. ἀπαλλάσσονται S.). VII. 142. 210. 219. VIII. 114. 121. 130. 137. 144. IX. 12. 47. 49. 52. 55. 77. 80. Quibus omnibus in locis quum nullum augmenti vestigium appareat, atque ut duobus quibusdam in locis pro imperfecto praesens tempus quosdam codices e causa omnibus nota substituisse vidimus, sic II. 139 pro vulgato ἀπαλλάσσεται in Aldin. et codd. S. F. c. d. ἀπαλλάσσετο habeatur, necesse esse videtur, ut hoc in tempore atque hac in notione suo jure Herodotum augmentum omisisse statuamus. — Tum ἁρμοσμένου II. 124 et 148. συναρμοσμένων I. 163. ἅρμοσται III. 137, quae omnibus in libris sic scripta habentur, eo magis ab ipso Herodoto profecta esse videntur, quo magis constat in alienos quosdam locos eandem formam ab librariis inlatam fuisse, sic legitur in cod. S. II. 170 ἁρμοσμένη pro vulgat. ἐργασμένη, et in codd. S. V. ἁρμοσμένου pro vulgat. ἁρμοσαμένου VI. 65. Sed ἡρμόσατο V. 32 eadem cum constantia recte ab omnibus retinetur. — Verum ἀργμένης I. 174 et ὑπαργμένοισι VII. 11, etsi nulla ea scripturae varietas in suspicionem vocavit, nescio annon sint tam libera ab omni mendae suspicione, quam videantur, quum alias semper Herodotus hoc verbum ejusque composita augmento temporali instruxerit. Quamquam minime statim in vulgares formas ea vertenda esse censeo. Sed ἦρχε habes I. 18. 59. 100. 101. 102. 106. 120.

---

*) Suidas, quem modo supra ex I. 17 vulgatum ἀπαλλάσσετο repetiisse vidimus, quum hic V. 34 et VIII. 144 ἀπηλλάσσοντο contra ac praebent nostri libri Herodotei exhibeat, suam dicendi consuetudinem hac in re usurpasse censendus est, cf. illum s. v. πλεῦνος. Ἡρόδοτος (V. 34) ὡς δὲ τοῦ πλεῦνός τε ἐδέετο ἡ πολιορκίη, ἀπηλλάσσοντο κ. τ. λ. — s. v. ὑποκρίνεσθαι: Ἡρόδοτος (VIII. 144) Οἱ μὲν ταῦτα ὑποκρινάμενοι (Herod. ὑποκριναμένων) Ἀθηναίων, ἀπηλλάσσοντο.

130 bis. 134. 173. 193. II. 1 bis. 15. III. 1. 67. 150. IV. 1. 87. 120. 128. VI. 1. 36. 103. 104. VI. 67. 75. VII. 62. 63. 64. 66. 67. 68. 69 bis. 72. 73. 74. 75. 77. 79 bis. 80. 81. 113. 144. 155. 180. 211. VIII. 47. 82. 113. 130. ἦρξε I. 14. 106. 130. II. 110. III. 49. 122. IV. 1 bis (item Suid. s. v. ὑπῆρξαν). 4. V. 48. VI. 133. VII. 8, 2. IX. 48. 107. ἤρξατο I. 95. II. 51. VIII. 51. ἤρχετο V. 28. 30. Quibus omnibus in locis quum omnes libri in scriptura illa sibi constent, haud dubito vel contra codd. Mss. auctoritatem vulgata ἄρχετο V. 51. VI. 75. κατάρχοντο II. 45 ex illorum analogia in ἤρχετο et κατήρχοντο mutare. — In scriptura aoristi ἠνδρώδη IV. 155 omnes libri sibi constant, neque minus omnes in ἐξανδρωμένον II. 64, et ἀνδρώθη III. 3, quod quidem posterius si quis in ἠνδρώθη mutaverit, facile me consentientem habebit. — Sic etiam vulgatum ἀγάλλετο IX. 109, quamquam in codd. S. V. P. F. Paris. habitum, in ἠγάλλετο, ab aliis jam praebitum, mutandum erit, praesertim quum omnium librorum auctoritate I. 143 ἠγάλλοντο sit munitum. — Et quod jam olim I. 122 cum cod. d. ἠσπάζοντο edebatur, id contra nunc vulgatum ἀσπάζοντο et a codd. M. S. K. F. a. b. c. exhibitum, restituendum esse censeo, quum II. 121, 4 ἠσπάζοντο. III. 1 ἠσπάζετο ab omnibus retineantur. — Atque quum ἡλίσκετο VII. 181 summus librorum consensus recte retineat, neque, quod quidem nonnulli perperam opinati esse videntur, hoc verbum ἁλίσκομαι iis Ionicis adnumerandum sit, quae in σκον, σκε terminata initio augmentum sprevisse vidimus, ii sunt laudandi, qui II. 174 καὶ ἡλίσκετο nostro restituerunt, pro quibus alii καὶ ἁλίσκετο substituerunt, alii (codd. S. V.) καταλίσκετο. — Praeterea quum I. 189 ἐπηπείλησε sine varietate scriptum exstet, et I. 214 ἠπείλησα. III. 124 ἠπείλησε. VI. 32 ἐπηπείλησαν, horum ex analogia etiam VI. 37 et 75 et IV. 81 ἠπείλεε et VI. 37 ἠπείλησε rescribenda esse patet, quamvis omnes libri istis in locis male ἀπείλεε et ἀπείλησε praebuisse videantur. — Nec magis ferendum esse censeo vulgatum ἀντίαζον I. 166, sed in Herodoteum ἠντίαζον mutandum, quum ἠντίασαν IV. 80. IX. 6. ὑπηντίαζον IV. 121 in omnibus libris sic scripta exstent; sic etiam ἤντησε I. 114. II, 119. et ἠντιοῦτο I. 76. IV. 3. VII 139. et ἠντιώθησαν VIII. 100; unde et ἀντιώθη, quod VII. 9, 1 et 10, 3 quidam nostro obtruserunt (VII. 9, 1 ἀντιώθη P. F. ἠντιώθη Wessel. al. cum S. VII. 10, 3 ἠντιώθη Ald. Gaf. al. cum codd. S. V. A. B. ἠναντιώθη Wessel. P. K. M. ἀντιώθη alii) in ἠντιώθη ab aliis codd. jam praebitum mutandum erit. — ἤρεσκε III. 142. VI. 22. IX. 47. ἠρέσκετο IV. 78. VI. 128. ἤρεσε III. 63. IV. 147. VII. 215. VIII. 19. 58. ubique sic recte scripta exstant; et IX. 66 scriptura codicum S. V. P. K. F. ἠρέσκετο haud dubie praeferenda est vulgatae ἀρέσκετο. — ἀνδραποδισμένους, quod VI. 119 omnium librorum auctoritate niti videtur, tamen, quum ἠνδραπόδισται VI. 106. ἠνδραποδίσθαι VIII. 29. ἠνδραπόδισαν I. 151. ἠνδραποδίσατο I. 76. 161. III. 59. IV. 204. VI. 18. 101. ἠνδραποδίζετο V. 27 non minus omnium libro-

rum auctoritate sint munita, in ἠνδραποδισμένους mutandum est. — Etiam verbi ἀγορεύω ejusque compositorum formae constanter apud nostrum augmento temporali sunt ornandae; sic habes ἠγόρευον I. 60. 91. 208. III. 51. 58. 62 bis. 119. 156. IV. 125. V. 83. VI. 37, 81. 97. 140. VII. 10, 1. VIII. 5. 29. 83. 116. 137. IX. 92. 98. προηγόρευσε I. 74. 125. Similiter ἠγορόωντο VI. 11 (qua de vitiosa forma vide infra in hujus libri capite IV.) et ἠγόραζε III. 139. IV. 78; unde procul dubio etiam προηγόρευε I. 22 pro προαγόρευε nunc vulgato (sic F. a. προσαγόρευε S. προσηγόρευε V. b. d. προηγόρευε edd. vett.) restituendum erat, ut IX. 89. ἐξηγόρευε pro ἐξαγόρευε nunc cum cod. F. male vulgato. — Et ἀριθμέοντο VI. 111 librariis imputandum, neque ab ipso Herodoto esse profectum, haec exempla, quae illi integra servarunt, satis docent: ἐξηρίθμεον II. 143. ἐξηρίθμησαν IV. 87 et VII. 60 bis. ἠρίθμησε VII. 100. ἠρίθμησαν IX. 32. ἐξηριθμημένῳ VII. 185. Quare in posterum fore ut ἠριθμέοντο illo in loco legatur, summe confido. — Nec magis in genuina Herodotea oratione ferendae sunt formae quaedam aoristi et imperfecti verbi ἀγγέλλειν sine augmento temporali scriptae, quae solis librariis debentur; Herodotus dixit ἐξηγγέλθη I. 21 (sic S. et edd. vett.) non ἐξαγγέλθη, ut nunc cum codd. F. a. c. male vulgatum est; item III. 142. 153. V. 105. 118, quamquam librarii in alteram formam consensisse videntur; et VIII. 56, ubi jam olim ἐξηγγέλθη legebatur, nunc autem cum codd. S. V. male ἐξαγγέλθη editum est. Herodotus dixit ἀπηγγέλλετο III. 135 bis, non ut codicum scribae et editores ἀπαγγέλλετο; dixit ἐπηγγέλλετο VII. 27 pro vulgato ἐπαγγέλλετο; dixit ἤγγελτο sive ἠγγέλλετο VII. 37 pro ἄγγελτο (S. V. Gsf. Schaef.) sive ἀγγέλλετο (F. Bekk. al.). Etiam VIII. 29. praebuit cod. F. ἐπηγγέλλοντο pro vulgato male ἐπαγγέλλοντο. VI. 139 ἐπηγγέλλοντο F. f. ἐπαγγέλλοντο vulg. VI. 106 ἀπήγγελλε Gsf. al. ἀπήγγειλε F. ἀπάγγελε vulg. cum S. P. V. III. 142 ἐπηγγέλλετο e codd. S. V. recipiendum erat, ubi ἐπαγγέλλετο vulg. cum P. alii ἐπαγγέλετο, ἐπηγγέλετο F., ᾱ superscripto, quasi hoc rectius esset. Sed in his omnibus locis formae augmento temporali ornatae sunt praeferendae, quum alias semper illae sine librorum discrepantia augmento scriptae inveniantur, neque ulla augmenti omissi justa causa appareat. Sic habes ἀπήγγειλαν I. 91. III. 123. 147. V. 87. VI. 65. VII. 178. 197. VIII. 80. IX. 21. ἀπηγγείλατο VI. 35. ἀπηγγέλθη II. 121, 5. V. 92, 7. VI. 69. ἀπηγγέλλοντο V. 98. VII. 1. 39. ἀπήγγελλον IV. 135. VI. 105. παρήγγελλον VIII. 70. IX. 53. ἀπήγγελον (alii ἀπήγγελλον vide infra in hujus libri capite III.) VII. 142. ἐπηγγέλλοντο III. 36 (alii ἐπήγγελλον). — Similiter peccatum est, si qui libri ἄκουσαν pro solo vero ἤκουσαν exhibent; est autem ἄκουσαν male vulgatum V. 89, pro quo Gsf. al. jam recte cum codd. M. P. K. F. S. ἤκουσαν receperunt; IX. 8 ἄκουσαν male vulg. ἤκουσαν Gsf. al. recte cum codd. P. K. S. V. F. Dixit

enim noster constanter ἤκουσαν, ἤκουσε, ἤκουε etc. Et aoristi formas sic scriptas habes I. 48. 66. 67. 90. 96. 111. 118. 119. 140. 158. 160. 214. II. 3. 32. 43. 121, 5. 150. III. 88. 101. 120. 128. 156. IV. 76. 77. 136. 201. V. 13 32. 93. VI. 63. 80. 117. VII. 13. 35. 38. 55. 102. 169. 290. VIII. 58. 93. 137. IX. 13. 45. 46. 47. 84. 95. 107. 111. 115; imperfecti I. 22. 152. II. 3 bis. 13. 55. 99. 173. III. 25. 131. IV. 14. 81. 82. V. 83. 92, 4. VI. 86, 4. IX. 16 bis. Quibus tam multis, omnibus in libris recte scriptis exemplis nihil illa duo contraria resistere valent. — Praeterea dixit noster ἤσπαιρε VIII. 5 (item Eust. ad Il. γ' p. 416 = 316. Ἡρόδοτος εἰπών· Ἀδείμαντος ἤσπαιρε μόνος ἀποπλεύσεσθαι. Suid. s. v. ἤσπαιρεν. Ἡρόδοτος· ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς τῶν λοιπῶν ἤσπαιρε μοῦνος, φάμενος ἀποπλεύσεσθαι ἀπὸ Ἀρτεμισίου.) et ἤσπαιρον IX. 120 (vulgo male ἔσπαιρον) jam supra p. 291 commemoravimus. — Porro ἡμαρτηκέναι I. 122. II. 160. III. 81. IX. 79 ἡμάρτανον IV. 140. ἥμαρτον IV. 142. V. 91. IX. 7, 2. — ἠδίκεον I. 121. ἠδίκησας VII. 35. ἠδικήσαμεν IV. 119. ἠδίκηται III. 21. — ἤνετο I. 189. VIII. 71. — ἀπήγξατο II. 131. — ἤλγησε III. 50. — ἤφασε III. 69. — ἠξίου III. 42. ἠξίωσε III. 53. 145. 160. — ἠρίστευσαν V. 112. VII. 144. VIII. 17 bis. IX. 71 bis. 105 bis. — ἤκμαζε III. 57. VI. 127. — ἠκρωτηρίασαν III. 59. — ἠπόρει III. 78. — ἠμύνετο III. 78. 158. VIII. 51. 52. IX. 70. 102. — ἤσχαλλε III. 152. IX. 117. — ἠρήσατο III. 124. ἠρῶντο VIII. 94. — ἤχθοντο IX. 98. — ἠφάνισε III. 125. ἠφανίσθη IV. 95. ἠφάνιστο V. 21. IX. 84. — ἠτιμωμένοι IV. 66. ἠτίμωτο VII. 231. 232. — ἠπίστησαν VI. 109. — ἠτρεμήσαμεν VII. 8, 1. — ἠσέβησαν VIII. 129. — κατηλόγησε I. 84. 144. — παρημελήκεε I. 85. ἐξημεληκότα I. 97. ἀπημελημένον III. 132. 129 (item Suid. s. v. Δημοκήδης). ἠμέλησε VII. 163. — ἐξηπατηκώς VI. 2. 80. IX. 116. — ἐξηγρίωσαν VI. 123. — ἐξηλείφοντο VII. 69. 220. — ἀπήραξαν VIII. 90. IX. 69. — ἦρσε V. 12. — ἐσηκόντιζον I. 43. — ἥρπασε II. 156. IV. 110. ἥρπαζον I. 106. ἡρπάζοντο I. 4. — ἤγειρον I. 61. 62. IV. 4. 163. — ἤνυσε I. 91. ἤνυε IX. 66. — ἠνάγκαζον VI. 95. VII. 108. VIII. 130. ἠναγκάζετο I. 86. V. 101. VII. 16. VIII. 106. ἠνάγκασε I. 98. 157. VI. 42 bis. VII. 104. — ἐπήρκεσε I. 91. II. 115 bis. VII. 161. — ἤσκεε I. 96. ἠσκημένῳ II. 130. 169. III. 57. — ἠνθισμένοι I. 98, item ex hoc loco Th. Mag. s. v. φάρμακα p. 379, 10. Sed libet hac in perfecti passivi forma, omnibus in libris recte initio aucta, demonstrare, quam parum firmo fundamento interdum nixa sit haec crisis; si enim fortuito a librariis illa vera forma in ἀνθισμένοι depravata, et sic vitiata in nostra exemplaria omnia propagata esset, quis, quaeso, auderet, praesertim quum ea in hoc uno tantum loco reperiatur, controversiam illius movere? Fortasse miraremur hanc formam, sed in verum ἠνθισμένοι transformare dubitaremus. — Etiam ea verba, quorum ᾰ initiale vocalis vel diphthongus quaedam subsecuta est, augmento temporali ornare solebat Herodotus: ηἴστωσε

III. 127. διήϊξε IV. 134 (cf. supra p. 174). ἐπήϊσε IX. 93. ἤειρον II. 125. ἐξήειρε VI. 126. ἐπηείροντο IV. 130 (cf. supra p. 193 sq. sic enim pro vulgato ἐπῄροντο reponendum esse et id docet, quod Herodotum nunquam verba a diphthongo αι inducta auxisse mox infra viderimus.). VI. 133 ἐξηείρετο.

Jam ad alia transeamus. Verba, quae a vocali ε inducuntur, quum partim in η partim in ει augeri notum sit, etiam nobis ex rei natura hanc quaestionem in duas partes dividere visum est. Et in iis quidem verbis, quae a vocali ε inducta in η augeri solita sunt, quaedam inveniuntur, quae hanc suam vocalem ε ubique immutatam retinuerunt; hujusmodi est verbum ἑσσοῦσθαι (pro vulgari ἡττᾶσθαι) sic ἑσσοῦτο VII. 166. VIII. 75. ἑσσοῦντο I. 67. IX. 23. ἕσσωται VII. 10, 4. ἑσσωμένων VII. 9, 2. ἑσσωμένοι VIII. 130. ἑσσώθη II. 169. IV. 162. ἑσσώθησαν II. 169. III. 45. 58. 83. 132. V. 102. 119. 120. VI. 108. VIII. 27. — *). Eadem librorum constantia est in exarandis formis προετοιμάζετο VII. 21 et προετοιμάσατο VIII. 24. ἑτεροιοῦτο VII. 225. IX. 102. ἔρδον (F. a. ἕρδον) IX. 103. ἔρξαν V. 65. VII. 8, 2. — ἐλίνυον VIII. 71. — III. 129 ἐσθημένον sine discrepantia (item Suid. s. v. Δημοκήδης). VI. 112 ἐσθημένους vulgat., pro quo solus cod. F. ἠσθημένους praebuit, merito neglectus; quamquam Euripides (Helen. 1559, ubi quidem Porson. pro ἠσθημένοι ἠσκημένοι legi maluit, cf. Blomf. gloss. Aesch. Pers. s. v. ἀσκέω p. 117.) ἠσθημένοι, Aelianus ἤσθητο duobus in locis, Polyaenus ἠσθημένον III. 9, 34 usurparunt. — I. 188 ἀπεψημένον omnibus in libris sic scriptum exstat, repetitum ex hoc loco ab Eust. ad Hom. Od. δ' p. 1499 = 173. ad D. P. vs. 1073. a Suid. s. v. ἑψήσας καὶ ἑψημένος et ab Athen. II, p. 45 B. — Atque ἕψε(ε) legitur I. 48. et I. 119 ἕψησε vulgat., pro quo e solo cod. K. ἥψησε adnotatum est, quod fortasse nonnullis blandiatur, praesertim quum ne illud ἕψεε quidem omni ex parte a mendae suspicione sit liberum (cf. infra in hujus libri capite III. sub finem) sed in vulgata ἕψησε acquiescendum nobis esse judico; quae augmenti omissio hoc in verbo apud Hippocratem quoque aliosque invenitur (cf. Lob. Aj. p. 181) quamquam in illius libro de natura muliebri (Sect. V, p. 583) vulgatum ἐπτημένας, quod quidam pro ἑψημένας positum esse volunt, haud dubie in ἐπτισμένας mutandum est. Sed vide ἑψῆσθαι de rat. vict. in morb. acut. p. 385, 43 (Arist. Probl. V, 36 ἑψημένας χύτρας. Athen. IX, p. 376 ἑψημένον). — Contra verbi ἔρχομαι ejusque compositorum aoristus semper apud Herodotum augmento temporali ornatus est; quorum exemplorum, quaque in pagina obviorum, enumeratione eo magis me supersedere posse

*) cf. praeterea I. 128, ubi quidem cod. F. perverse ἠσσώθη exhibet pro vero ἑσσώθη, ut pauci codd. aliquando ἑσώθη et ἑσώθησαν male praebuerunt.

credidi, quo majorem quoque in loco omnium librorum vidi consensum in illam scripturam. — Praeterea omnes praebent ἤμεε VII. 88. ἤλεγχον II. 115. κατήσθιον I. 78. VIII. 115. ἤρειπον IX. 70 (alii ἤριπον male, vide infra sub III.). κατηρείκοντο III. 66. ἤλπιζον IV. 135. VII. 168. VIII. 108. ἤλπιζε VIII. 136. ἤλπισαν VI. 140. VIII. 24. 53. — Aliis in verbis sibi non constant libri, quamquam facili opera contraria exempla in integrum restitui poterunt. Et verbum ἐλαύνειν quidem constanter apud nostrum augmentum temporale adsumsisse, meo mihi jure contendere videor; sic est ἤλαυνε omnium librorum auctoritate munitum I. 50. 60. 77. 153. 157. 170. 190. 191. II. 102. 163. IV. 80. 83. 130. V. 2. 25. 111. 117. VI. 6. VII. 38. 86 bis. 105. 211. 212. VIII. 115. IX. 18 ter. 22. 39. 57. 69. 108. ἤλασε I. 59. 146. 154. 164. 173. 176. 185. II. 161. III. 9, 63. V. 50. VI. 40. 62. VII. 6. 11. 41. 115. IX. 18. 20. 49. — ἀπηλάθησαν III. 54. VII. 6. — Quibus tam multis locis convenienter jam dudum quaedam contraria exempla, nostris in editionibus conspicua, corrigi debebant, praesertim quum plerumque eorum rectas formas jam unus aut alter liber exhibuisset; sic V. 91 ἐξηλάσαμεν Gsf. al. ἐξελάσ. Schaef. Bekk. al. cum S. VII. 20 ἤλασαν F. S. ἔλασ. vulg. — 183 ἐπήλασαν P. F. a. c. ἐπέλασ. vulg. — 208 προσήλασε F. S. a. προσέλ. vulgo. IV. 92 ἀπήλαυνε Wessel. al. ἀπέλ. V. S. et vulg. VII. 208 ἀπήλαυνε Gaisf. al. ἀπέλ. Bekk. al. — 210 ἀπήλαυνον S. (ἀπηλαύνοντο d.) ἀπέλαυνον Wessel. Bekk. al. (ἀπελαύνοντο Ald. Gsf. al. cum M. F. a. c.). VIII. 113 ἐξήλαυνον Ald. al. cum S. ἐξέλ. vulgo. IX. 13 ἐξήλαυνε Gsf. al. cum F. S. ἐξέλ. Schaef. Bekk. al. — 89 ἀπήλαυνε F. ἀπέλ. vulg. — Ubique igitur his in locis formae augmento instructae sunt praeferendae; quod recte jam omnes editores fecerunt I. 16 ἐξήλασε edd. cum Suid. s. v. Γύγης. ἐξέλασε c. IX. 45 ἀπήλαυνε edd. ἀπέλαυνεν S. — Similiter istae aoristorum formae ἤνεικα, ἠνεικάμην, ἠνείχθη semper per η sunt scribendae; et ἤνεικα quidem ejusque composita sic recte scripta sunt omnibus libris consentientibus: I. 73. 74. 84. 91. II. 146. III. 4. 14. 30. 42. 71. 133. 155. V. 12. VI. 22. 27. 30. 117. VII. 4. 10, 2. 117. 133. VIII. 87. 88 bis. 90. IX. 37. 70. 122. Et ἠνείκαντο I. 173. VIII. 32. 36. συνηνείχθη I. 19 (συνείχθη V. συνήχθη S. συνηνέχθη F.). IV. 152. VI. 86. VIII. 31. 69. — Variatur autem I. 57 ἠνείκαντο F. al. (εἰνείκαντο Ald. al.) ἐνείκαντο Bekk. al. II. 180 ἠνείκαντο S. ἐνείκαντο F. Bekk. al. V. 34 ἐσηνείκαντο P. S. V. ἐσενείκ. vulg. — 47 ἠνείκατο S. ἐνείκ. vulg. VII. 152 ἐσηνείκαντο S. V. P. F. ἐσενείκ. vulg. I. 18 συνδιήνεικαν Gsf. al. συνδιένεικαν Bekk. al. (συνδιένειμαν S. V.). V. 99 συνδιήνεικαν Gsf. al. συνήνεικαν P. F. b. συνδιένεικαν Bekk. al. II. 151 ἐξήνεικε S. V. ἐξέν. Bekk. al. III. 66 ἀπήνεικε Gsf. al. ἀπέν. Ald. Bekk. al. cum F. — 129 συνήνεικε Gsf. al. συνέν. alii cum F. — V. 33 συνηνείχθη Matth. Apetz. al. (συνηνέχθη S. V.) συνενείχθη vulgo F. IX. 71 προσηνείχθησαν Ald. al. cum F. S. προσενείχθ.

Bekk. al. ((προσενέχθ. P.)*). Quibus omnibus in locis haud dubie scriptura per η praeferenda est; etiam II. 121, 6 ἀνενείχθη vulgatum (alii ἀνενεῖχθαι nihilo minus damnandum cf. supra p. 149 et infra p. 315) in ἀνηνείχθη est vertendum; et III. 10 συνενείχθη in συνηνείχθη, quamvis omnes libri illam vitiosam scripturam retinere videantur**). — Verbi ἔραμαι aoristus recte initio augmento temporali ornatus exstat I. 8 ἠράσθη et III. 31, omnibus in libris sic scriptus; eodemque modo II. 131 ἠράσθη cum cod. S. et edd. nonnullis retinendum est, quamquam ἐράσθη cod. V. et aliae editiones exhibuerunt. IX. 108 ἤρα bis recte a Gsf. aliisque repositum est, quorum priore in loco codd. S. V. in ἔρα aberrarunt, qui quidem idem cod. S. in posteriore veram scripturam ἤρα servavit. — Praeterea ἠπείγετο suo augmento ornatum habes, omnibus libris consentientibus: VI. 28. 43. VII. 192. VIII. 18. IX. 12; quam eandem scripturam IV. 98 et 135 e codd. S. V. IV. 133 e codd. S. V. F. pr. omnes recipere debebant, pro qua nonnulli ἐπείγετο et ἐπείγοντο immerito retinuerunt. — Atque ἠλευθερώθησαν I. 95 omnibus in libris recte scriptum exstat; sed II. 135 ἠλευθερώθη e solo cod. S. enotatum est, quum edd. pleraeque ἐλευθερώθη falso retineant; idem cod. VI. 123 ἠλευθέρωσαν recte praebuit pro vulgato ἐλευθέρωσαν. Sic et vulgata ἐλευθεροῦντο I. 127 et συνελευθέρου V. 46. ἐλευθέρωσαν V. 62, nulla varietate enotata, mihi valde suspecta sunt, quae, nisi si et illud ἠλευθερώθησαν I. 95 in ἐλευθερώθησαν mutari malueris, et codicis S. auctoritatem illis in locis pro nimis tenui habueris, in ἠλευθεροῦντο et συνηλευθέρου, ἠλευθέρωσαν mutanda erunt. — Similiter res se habere videtur de forma ἠρήμωτο, quae in solo loco VI. 22 obvia et e codice F. adnotata, a Wessel. aliisque contra nunc cum codicibus S. V. vulgatam ἐρήμωτο, in ordinem recepta est; ac fortasse haud immerito, quum codex S. etiam VII. 174 ἠρημωθέντες pro vero ἐρημωθέντες praebuerit. — Verbi ἐγείρειν aoristus ἤγειρε I. 59. VIII. 131 sic recte scriptus omnibus in libris exstat; et VIII. 142 e codd. S. V. F. a. ἠγείρατε enotatum est, utique recipiendum, quamvis editores plerique ἐγείρατε immerito retinuerint. Ac quum VII. 137 ἐπηγέρθη omnes recte servarint, et I. 209 ἐξηγέρθη cod. F. praebuerit, idemque plerique omnes cum cod. S. aliis (cod. S. ἐξηργέθη) retinuerint, tamen nonnullae editiones vitiosum ἐξεγέρθη praetulerunt, quod ad I. 34 etiam e codd. F. a. c. enotatum est. Sed nihil est dubii, quin ubique apud nostrum, non epicum, sed historicum prosa oratione usum, illis in temporibus formae, augmento temporali ornatae, sint restituendae servandaeque. — Imperfecti forma verbi ἐπίσταμαι, ἠπίστατο recte initio aucta omnibus libris consentientibus legitur:

*) Adde II. 116 ἀπενείχθη, sic unus F., ceteri omnes recte ἀπηνείχθη.

**) Sed cod. S. habet verum συνηνείχθη.

II. 116 ἠπίστατο III. 74. 105. 140. IV. 134. VII. 104. IX. 94. ἠπιστέατο II. 53. V. 73. VIII. 5. 25. 88. Praeterea II. 173 ἠπιστέατο praebent codd. S. f. ἐπιστέατο male vulgatum. III. 1 ἠπίστατο Gsf. al. Alii cum S. V. ἐπίστατο. — 66 ἠπιστέατο Gsf. al. ἐπιστέατο Bekk. al. male; item 67. VIII. 35 ἠπίστατο Ald. Gsf. al. cum codd. F. a. c. ἐπίστατο Schaef. Bekk. male, ἐπιστέατο S. V. — 97 ἠπιστέατο Wessel. al. Alii cum S. ἐπιστέατο. — 132 ἠπιστέατο Wessel. al. cum S. Alii cum F. V. ἐπιστέατο. — 136 ἠπίστατο Wessel. al. ἐπίστατο V. F. b. quibus codicibus immerito plerique sunt obsecuti editores. ἐπιστέατο S. — Ut his igitur in locis ii editores recte mihi fecisse videntur, qui nostro suas augmento ornatas formas servarunt, et ut omnes I. 110 contra codicis S. auctoritatem, ἐπίστατο exhibentis, verum ἠπίστατο retinuerunt, sic vitiosa vulgataque ἐξεπιστέατο II. 43. ἐπιστέατο VI. 44. ἐπίστατο V. 42 et IX. 108, nulla varietate enotata, in Herodotea ἐξηπιστέατο, ἠπιστέατο, ἠπίστατο, vel codicibus omnibus invitis, vertenda esse censeo. Etiam ἐπιστήθη III. 15, quibusdam in editionibus et in cod. S. male sine augmento scriptum, damnandum est, pro quo Gsf. alii jam recte ἠπιστήθη receperunt.

Nunc ad alteram hujus quaestionis partem transgrediamur, qua ea continentur verba, quae ab ε inducta in ει augeri solita sunt. Et hic quoque quaedam inveniuntur verba, quae ε̄ suum initiale, sive illud ex vulgari ε̄ι, ut in verbo ἔργω, exstitit, sive illud omnibus Graecis fuit commune, nunquam apud Herodotum in ε̄ι augent, sed omnibus in temporibus immutatum retinent. Sic ἀπεργμένον I. 154. II 92 bis. ἔρξε III. 136 (ubi quidem alii falso εἶρξε, quod aeque ac poeticum ἐέργει VIII. 98 a nonnullis exhibitum, damnandum est, cf. supra p. 153). IV. 164 ἔργετο. V. 63 κάτερξαν. — 64 ἀπεργμένους. VII. 197 ἔργετο (εἴργετο S.). Unde et vitiosum ἐξεῖργον V. 22, quamvis omnibus nostris in editionibus habitum, procul dubio in Herodoteum ἔξεργον mutandum erit. — Eademque est verbi ἐργάζομαι ejusque compositorum ratio, quae nunquam hanc suam vocalem ε̄ apud Herodotum transmutasse contendimus; sic ἔργασται omnibus libris consentientibus legitur II. 121, 5. III. 65. IX. 27. 45. 78. ἐργάσθαι VIII. 100. ἐργασμένος I. 141. II. 114. 119. 121, 5. 130. 170. IV. 66. 164. 165. 166. V. 29 bis. VI. 3. 137. VII. 10, 8. 53. 102. 164. 194. VIII. 94. IX. 26. 75. 77. ἐργαστο I. 123. 165. 179. 201. II. 100 (ἐξέργαστο vulg. ἐξέργατο V. ἐξεργάσατο S.). III. 157. ἐργάσθη IV. 179. IX. 35. ἐργάζοντο I. 66. III. 129 (item Suid. s. v. Δημοκήδης). V. 20. IX. 8. 20. ἐργασάμην II. 115. 150. III. 15. 25. 30. 31. 35. V. 27. 62. 106. VI. 92. VII. 6. 8, 1. 46. VIII. 87. 102. 106 bis. 109. IX. 37. 106. 107. — Satis multi igitur sunt loci, in quibus hanc genuinam Herodoteamque scripturam omnes libri recte tuentur, ita ut alii, in quibus isti sibi non constant, facile et inter se et cum illis conciliari possint; et profecto sunt ii a plerisque editoribus jam correcti: I. 45 ἐξεργάσαο edd. ἐξεργάσας S. e. ἐξειργάσας d. — 93 ἐξεργάσαντο

Schaef. Bekk. al., bis, ubi quidem piore in loco ἐξειργάσαντο Gsf. edidit; sed in posteriore codices omnes, excepto F., in ἐξεργάσαντο consentire dicuntur. III. 52 ἐξεργασάμην edd. cum codd. S. V. R. F. A. B. ἐξειργ. M. P. d. VI. 138 ἐργάσαντο edd. εἰργ. F. VIII. 28 ἐργάσαντο nunc vulg. cum P. V. K. εἰργάσ. edd. vett. cum S. F. — 116 ἐργάσατο nunc vulg. cum P. K. S. V. F. εἰργάσ. edd. vett. II. 15 περιεργάζοντο Bekk. alii. περιεργάζονται S. d. et vulgo. περιειργάζοντο Gsf. R. F. a. b. c. περιηργάζοντο M. — 124 ἐργάζοντο edd. εἰργάζ. S. V. K. F. — 125 ἐργάζοντο bis, edd. εἰργάζ. S. V. bis. VII. 26 ἐργάζοντο edd. εἰργάζ. S. V. — 224 διεργάζοντο vulgat. κατειργάζοντο S. καρτηργάζ. V. VII. 10, 3 διέργαστο edd. διείργαστο S. III. 60 ἐξέργασται vulg. ἐξείργ. S. — 155 ἔργασται vulgat. εἴργ. P. K. F. S. — 46 περιεργάσθαι nunc vulgat. cum F. a. Alii περιειργάσθαι. περιεργάσασθαι V. S. P. II. 114 ἐξεργασμένος nunc vulg. cum M. P. K. F. ἐργασμένος edd. vett. εἰργασμένος c. I. 123 κατεργασμένον Bekk. al. (κατεργασαμένον Ald. S. b. d.) κατειργασμένον Gsf. III. 60 ἐξεργασμένα edd. ἐξειργασμ. S. — Ut his igitur in locis ubique scriptura per ε praeferenda erit, sic eandem haud dubie I. 185 vulgatae εἰργάζετο, quamvis ea omnibus in libris exstare videatur, substituendam esse censeo. — Praeterea verbum ἐᾶν hanc suam ε ubique immutatam servavit; atque imperf. ἔων et ἔα habes: I. 17. II. 18. 30. IV. 111. 156. 164. 201. 203. V. 36. 82. VI. 97. 113. 135. VII. 18. 143. 219. VIII. 36. IX. 2. 77. Aliud hujus verbi tempus huc pertinens apud Herodotum non invenitur.

Huc pertinent et perfecti et plusquamperfecti formae Herodoteae verbi ἔθω, ἔωθα et ἐώθεα pro Atticis εἴωθα et εἰώθειν, quae quamvis nonnunquam e quibusdam codicibus emerserint, tamen sine haesitatione rejiciendae erunt. Et ἐωθώς habes I. 111. III. 27 (εἰωθώς S.). ἐωθότα I. 34. III. 31. ἐωθότων III. 80. ἔωθε II. 68. 91. 25 (ἔωθε vulgat. cum F. εἴωθε S. ἐώθεε olim vulgat. cf. infra in hujus libri capite II.). III. 33. ἐώθαμεν IV. 134. ἐώθασι I. 133. 153. III. 15 (εἰώθασι S.). IV. 187 (εἰώθασι P.). VII. 9, 2. 16, 2. ἐώθεα IV. 127. ἐώθεε I. 11. 184. IV. 134. VI. 107. ἐώθεσαν I. 73 (εἰώθεσαν F. b. d.). 157. 171. II. 151. III. 31. 117 (ἐώθεσαν nunc vulg. cum V. P. F. ἐώθασι S. εἰώθεσαν edd. vett.). V. 67 (ἐώθεσαν vulg. nunc cum M. P. K. V. a. b. c. ἔθεσαν S. ἐώθασι Ald.). IX. 57 ἐώθεσαν vulg. εἰώθ. S. — Similiter ἑστήκεε, κατεστήκεε etc. constanter per ε apud nostrum scribenda sunt; neque ullum huic legi contrarium exemplum inveni*). De ἱστία pro vulgari ἑστία cf. supra p. 146; de λέλογχα, λέλεγμαι, λελάβηκα etc. vide infra in hujus libri cap. III.; de εἱρέθη in eod. cap.

Alia verba constanter, ut apud alios, sic apud nostrum augmentum ει receperunt; sic εἷλκον I. 31. II. 124. VI. 86. VII. 36. 40.

---

*) Vide et Schol. et Spitzn. ad Hom. Il. 4, 329. 6, 373. 9, 609. 12, 466 et alibi.

Etiam II. 125 εἵλκετο Ald. al. cum S. V. R. Paris. (ἥλκετο M. P. K.) ἕλκετο recentiores editores male cum F., sic et IX. 98 vulgatum ἀνελκυσμένας in ἀνειλκυσμένας mutandum est, quamvis consenserint omnes libri in illam vitiosam scripturam. — περιεῖπε a verbo περιέπω est I. 73. II. 169. VII. 211 et 181; quo postremo in loco recte non audiebantur codd. S. V. περιέπον exhibentes. Sed aoristus passivi περιεφθησαν VI. 15 et VIII. 27 aliter scribi non potuit. — Similiter verbi ἕπεσθαι imperfectum εἱπόμην, codicibus consentientibus, scriptum exstat I. 12. 45. IV. 15 (item Orig. ctr. Cels. III, 126). 79. 96. 123. 150. 160. V. 12. 21. 75 bis. VII. 40. 96. 110 bis. 221. VIII. 66. IX. 33. 39. 56. 68. Neque ullam video justam causam, cur hic illic deseruerint quidam istam legitimam scripturam, ut I. 172 ἕποντο pro solo vero εἵποντο. VIII. 103 συνέποντο Bekk. et vulgo, συνείποντο Matth. Apetz. recte. I. 59 εἵποντο vulgat. ἕποντο Schaef. — 80 εἵποντο vulgat. Alii cum F. ἕποντοι item VI. 113. IX. 45 εἵποντο Gsf. al. cum S. V. P. ἕποντο Bekk. al. falso. — 15 εἵποντο S. V. P. F. ἕποντο Bekk. Gsf. al. — Sed nemo facile dubitabit, quin ubique scriptura per ει sit praeferenda restituendaque, et vitiosa illa ex ficta quadam analogia repetenda sit. — Verbum ἔχειν et in simplici et in compositis augmentum ει apud Herodotum, prosa oratione usum, constanter accepisse, quisque facile mihi concedet, neque etiam equidem tantam emendate scriptorum exemplorum enumerationem exhibuissem, nisi non solum in codd. Mss. sed nostris etiam in editionibus quaedam ejus exempla, epicorum ex more plane sine augmento scripta, tamquam apud nostrum legitima insedisse animadvertissem; quae quidem ut radicitus delerentur, nec solum ipsa ratione vincerentur, sed multitudine etiam aliorum opprimerentur, hanc exhibui exemplorum recensum. Et imperf. εἶχον, εἶχε etc. omnibus libris consentientibus: I. 11. 24. 28. 36. 61. 62. 64. 69. 73. 82. 96. 110. 114. 115. 119. 123 bis. 126. 130. 171. 173. 190. 209. II. 52. 111. 113. 119. 120. 121, 4. 151. 163. III. 1. 15. 25 bis. 36. 45. 48. 61. 66. 68. 118. 123. 125. 127. 132. 142. 143. 157. IV. 79. 81. 111. 112. 113. 123. 146. 147. 150. 156. 161. 164. 165. 201. V. 12. 19. 20. 35 ter. 39. 64. 70 bis. 77. 84. 92, 1, 3, 7. 93. 94. 101. 106. 118. VI. 8. 9. 16. 17. 20. 23. 34. 35. 39. 42. 69. 77. 100. 111. 116. 119. 126. 129. 133. 138. 139. VII. 1. 16, 2. 18. 19. 41 ter. 47. 50, 2. 60. 61. 63 bis. 64 bis. 65. 67 bis. 69 quater. 70 bis. 73. 74. 76. 77. 78. 79. 80. 83. 84. 86. 89. 90. 91. 92. 93. 116. 132. 138. 143. 165. 188. 205. 208. 209. 223. 231 bis. 233. 239 bis. VIII. 8. 14. 16. 21. 23. 70. 85 ter. 92. 107. 127. IX. 22. 28. 30. 38. 39. 42. 50. 53. 54. 59. 66. 93. 94. 102. εἴχετο III. 129. 131. IV. 131. VI. 8 quater. 91. VII. 5. 163. VIII. 11. 60. 108. IX. 28 bis. 98. 102. παρεῖχον I. 170. IV. 140. 141. VI. 12. 77. VII. 1. 23. 60. παρείχετο I. 61. VI. 15. VII. 21. 61. 62. 67. 71. 83. 84. 85. 89 bis. 90. 91 bis. 92. 93 bis. 94. 95. 96. 99. 121. 185 bis. VIII. 1. 2. 42. 43. 45. 46 ter. IX. 17. κατεῖχε V. 30. 106. VI. 128. 129. VII. 222.

IX. 24. κατείχοντο I. 29. 111. VIII. 61. ἀντεῖχε III. 16. VII. 181. VIII. 16. IX. 63. ἀντείχοντο IX. 56. προεῖχε I. 1. προσεῖχε I. 18. VIII. 128. IX. 33. μετεῖχε V. 70. ἀπεῖχον I. 67. ἀπείχοντο I. 66. 160. ἐπεῖχε I. 80. 153. VI. 96. IX. 31. 59. περιείχετο IX. 57. ἐνεῖχε I. 118. VI. 119. ἐνείχετο I. 190. — Contra ἔχον I. 102 Bekk. al. (!!). εἶχον Gsf. al. cum S. F. c. d. (ἔσχον R.) V. 73 ἔχον Bekk. al. εἶχον Gsf. al. cum F. S. VI. 73 οἵπερ ἔχον μέγιστον κράτος edd. vett. εἶχον Gsf. al. cum S. V. P. F. a. b. ἔσχον Bekk. al. — 95 ἔχον Bekk. al. εἶχον Gsf. al. cum S. V. P. K. F. VII. 61 ἔχον Bekk. al. εἶχον Gsf. al. cum F. S. IX. 52 ἔχον Bekk. al. εἶχον Gsf. al. cum S. V. P. K. F. item 67 et 70. — 71 ἔχε Bekk. al. εἶχε Gsf. al. cum F. S. — 76 ἔχε Bekk. al. εἶχε Gsf. cum F. S. b. — 99 ἔχον Bekk. al. εἶχον Gsf. al. cum S. — 106 ἔχον Bekk. al. εἶχον Gsf. al. cum P. F. K. S. — 108 ἔχε Bekk. al. εἶχε Gsf. al. cum S. V. P. K. F. — 110 ἔχε Bekk. et vulg. εἶχε Gsf. al. cum F. S. — 115 ἔχον Bekk. et vulg. εἶχον Gsf. al. cum S. V. P. F. — 118 ἐπείτε δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔτι ἔχον Bekk. et vulg. εἶχον Gsf. al. cum F. S. Ibid. οἱ δὲ τὴν πόλιν ἔχον Bekk. et vulg. εἶχον Gsf. al. cum S. II. 148 παρέχοντο Bekk. et vulg. Alii cum S. παρείχοντο. VIII. 76 κάτεχον falso vulgat., pro quo verum κατεῖχον codd. S. V. P. K. F. jam substituerunt. — Nihil jam igitur relictum est dubii, quin ubique illis in locis formae augmento ει instructae sint praeferendae, eaeque fore ut in posterum ubique in istarum non Herodotearum locum successerint, summe spero.

Similis autem in Homericam poeticamque consuetudinem aberratio est nonnullis in locis, ubi ἴδον pro vero εἶδον et in libris Mss. et impressis perperam scriptum exstat. Sed quum εἶδον permultis in locis sine ulla scripturae fluctuatione recte scriptum sit (cf. I. 30. 68 bis. 74. 80 bis. 85. 108. 111 ter. 112. 117 (ὡς εἶδε). 183. 197 bis. 209 bis. II. 73. III. 3. 30. 35. 42. 65. 66. 78. 80. 145. 153. 158 bis. IV. 31. 74. 76. 79. 81. 122. V. 92, 7. VI. 13. 47. 69. 118. 119. 129. 131. VII. 12. 50, 2. 147. 194. 218. 233. VIII. 4. 53. 87. 90. 140, 1. IX. 22. 46. 48. 58 bis. 99. 103. 120. περιεῖδες, -ε III. 155. IV. 113. VI. 108. IX. 6. 7, 2. προεῖδε I. 186. VIII. 144. κατεῖδε VI. 79. VII. 194. παρεῖδες I. 108. ἐσεῖδε VIII. 92. ἐπεῖδον VIII. 108.) nec metri legibus Herodotus nec posteriorum disparilitate, ut ει interdum in ι extenuaret, coactus esset, patet quam longe a genuina Herodoti oratione aberratum sit his in locis: I. 30 ἴδε S. εἶδε nunc vulgat. — 80 ἐνθαῦτα ὁ Κῦρος ὡς ἴδε S. e rasura. εἶδε vulgat. — 108 παρίδες codd. b. d. (παρίδον S.) παρεῖδες nunc vulgat. — 111 Ἅρπαγος δὲ ὡς ἴδε cod. S. εἶδε edd. — 117 ἴδον a. b. εἶδον edd. cum Thom. Mag. p. 48, 8. Sed II. 44 praebent ἴδον bis Bekk. al., quorum priore in loco cod. F. εἶδον habet, in posteriore ἴδον S. εἶδον Gsf. al. — 75 ἴδον Bekk. al. εἶδον Gsf. Matth. Apetz. — 110 περίιδε vulg. cum S. V. περιεῖδε Gsf. al. — 148 ἴδον Bekk. al. εἶδον F. — 156 ἴδον vulg.

εἶδον (S. V.) F. VII. 12 ἴδον ter, Bekk. al. cum S. V. Alii εἶδον; item 13. — 14 ἴδε Schaef. Bekk. cum S. Alii εἶδε. V. 59 ἴδον vulg. εἶδον F. alii. — Quibus in locis, expulsis poeticis atque ab Herodotea oratione alienis formis, in posterum ubique formas augmento ει ornatas editores restituant velim. Ne autem quis putet, quum εἰδόμενον Ἀρίστωνι VI. 69 et ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ VII. 56 omnibus in libris sic scripta invenit, librarios his in formis exarandis in alteram partem errasse*), et falso in participiis augmentum ει retinuisse, ad Buttmanni gr. gr. II, p. 160 s. v. εἴδω illum relegamus, vere ibi contendentis, illud εἰδόμενος ad εἴδομαι referendum esse, cujus aoristus sit εἰσάμην, ab Herodoto quidem non usurpatus; neque quidquam commune εἴδομαι et εἶδον inter se habere. Quare non poetis solum Ionicis illud verbum εἴδομαι familiare, sed omnino in Ionum usum, etiam prosa oratione utentium, receptum fuisse videtur, quanquam Herodotus etiam οἰκέναι hac similitudinis notione posuit III. 49 τῷ ἂν οἴκῃ. Nec vero εἴδομαι solum statim a praesenti tempore diphthongum suam ει Ionice omnia per tempora ac modos servavit, sed alia etiam ejusmodi verba apud nostrum inveniuntur, ut εἰρωτᾶν, εἴρομαι, εἱλίσσω, εἰρύω; quo magis mira, magisque propter Homerica ἔεργε (jam supra p. 301 notatum) ἐερμένος suspecta est vulgata ista forma ἐνερμένων IV. 190, ab ἐνείρω dicta; praesertim quum non ipse solum Herodotus constanter alias hoc in verbo diphthongum ει, ut radicalem, retinuerit (περιείροντι II. 96. ἐξείραντα III. 87. ἀνείρας 118.) sed etiam Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 10 in perf. διειρκότες, et Suid. s. v. ἐνείραντες, ἐνειρμένος dixerint. Apud Hippocratem, qui quidem mox διέρσαι mox διεῖραι usurpavit (cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. διέρσαι, et de Morb. II, p. 472, 20) invenitur quoque συνήρκασι notione intransitiva (καὶ οἱ ὀδόντες συνήρκασι, de morbo sacro Sect. III, p. 305) quod vide, ne in συνείρκασι mutandum sit, ut mihi quidem persuasissimum est in illo

*) Est vero hanc in alteram partem aberratum I. 89 περιείδῃς S. pro vulgat. περιίδῃς. I. 11 εἴδῃς S. ἴδῃς vulg. — 129 προσειδῶν S. προσιδὼν vulg. IV. 129 εἰδόντες S. ἰδόντες vulg. VI. 16 εἰδόντες S. ἰδόντες vulg. I. 88 εἰδόμενος F. ἰδόμενος vulg. (αἰδόμ. S. V.). III. 6 εἰδέσθαι Steph. al. (ἐδέσθαι S.) ἰδέσθαι vulg. III. 68 εἰδέσθαι S. ἰδέσθαι vulgo. Hoc enim ἰδέσθαι Herodotus, ut Hom. Il. α' 47. Aesch. Pers. 177. Soph. Electr. 895, alii, pro ἰδεῖν usurpavit cf. et Herod. I. 191. 207. II. 32. 38. 42. 121, 3. 135. 162. III. 12. 148 (ἴδοιτο cf. Anecd. Bekk. I, p. 100, 17 ἴδοιτο Ἡρόδοτος ἀντὶ τοῦ ἴδοι). IV. 3. 119. 179. 196. V. 35. VI. 61. VII. 54 alibi. Quod autem Matth. gr. gr. I, p. 565 pro hoc usu Thucyd. 4, 64 (προιδομένους αὐτῶν, sic enim pro vitioso vulgatoque προειδομένους rescribendum est cf. Schaef. app. Demosth. II, p. 644 sq.) et Demosth. de Coron. p. 326, 12 προιδέσθαι attulit, id nego eum recte fecisse, quum ipsa notione ibi huic verbo subjecta factum esse pateat, ut medii verbi forma poneretur. — Similiter dixit noster φάμενος, φάμενοι etc. I. 24. 37. 51. 119. 176. II. 18. 22. 28. 148. 174. III. 69. 99. IV. 33. 68. 179. V. 18. 41. VI. 58. 80 et alibi.

Herodoteo loco non nisi ἐνειρμένων, a codd. M. P. K. F. praebitum (vulgat. ἐνερμ. exhibent A. B. V. ἀγερμ. S.) genuinum esse. ἐνερμένων enim si verum esset, ab ἐνέρω, immutato ε, ut in verbo ἔργω, repetendum esset, qualem primariam formam subfuisse epicis formis ἔερτο, ἐερμένον (ut ἔελμαι, ἐελμένος) necesse esse videtur ut statuamus; unde et Thucydideum illud ἔνερσις commode explicari potest. — Aoristi formae εἷλον, εἱλόμην, uno loco excepto, omnibus in libris constanter per ει scriptae cernuntur; is unus locus est V. 91 (fine) ubi ἀπελόμεθα male vulgatum est e codd. A. B. F. pro quo quidem jam dudum verum ἀπειλόμεθα e codd. M. S. P. V. recipiendum erat.

Jam ad ea verba transeamus, quae ab ο vocali inducta in ω augentur; ex quibus statim verbum ὀρτάζειν eximendum est, quod, ut substantivum ὀρτή, nunquam hunc Ionicum sonum mutavit; quare Herodotus in imperfecto tempore ὄρταζον IX. 7 dixit, ubi non audiendus est cod. S. ὤρταζον perperam exhibens, nam cod. K. aliique recte ὄρταζον habent. Hic autem solus est locus, in quo hoc verbum in indicativo alicujus praeteriti temporis apud Herodotum invenitur. — Contra alia verba constanter augmentum ω recte accipiunt; sic ὡμολόγησαν VI. 92. IX. 88. συνωμολόγεον II. 55. ὠνείδισε III. 126. VIII. 106. ὡμίλησε III. 131. V. 92, 6. VII. 26. ὡμιληκώς VII. 214 (ubi perperam ὁμιληκώς cod. S., cui quidem, ut par erat, nullus obsecutus est). — ὤχλεον V. 41. — ὤκελλον VIII. 84. ἐπώκειλαν VII. 182. — ἐξωστρακισμένος VIII. 79. — Ut illis igitur in verbis nulla augmenti omittendi idonea suberat causa, sic neque in his, quae nunc recensebo, quamquam in iis non ubique sibi constiterunt libri. ὥπλιζε quidem est II. 163 omnibus in libris recte scriptum, ὥπλισε I. 127. 128; sed ὁπλισμένοι VII. 79 (sic vulg. cum P. ὡπλισμένοι S. Wessel. al.) et 95 vulgo sic perperam scriptum exstat, quod haud dubie utroque in loco omnibus in Herodoteum ὡπλισμένοι mutandum erat; ut etiam scriptura codicis R. II. 152 pro vulgato ὁπλισθέντας exhibentis ὁπλισμένους est damnanda. — Pro ἐξόγκωτο VI. 125, a Bekk. aliis cum cod. S. edito, alii jam recte, ut puto, ἐξώγκωτο, ut VI. 126 ἐξωγκωμένοι scripserant. Iidem etiam VII. 6 προσωρέγοντο restituerunt, pro quo alii προσορέγοντο dederant, solo F. freti. Et ὀχέετο, quod vulgo sic scriptum legitur I. 31, epica est forma, eique scripturam codd. c. e. ὠχέετο praeferendam esse censeo. — Porro vulgato cum codd. R. a. ὄσφραντο I. 80 haud dubie substituenda est scriptura edd. vett. et codd. M. K. F. S. b. d. e. ὤσφραντο praebentium. — Ac quum ὤπτησαν I. 179 sic scriptum omnibus in libris habeatur, et I. 119 ὤπτησε quidam editores jam recte restituerint pro vitioso ὄπτησε, his omnes in posterum obsequi debent. — Etiam quod IV. 154 Wessel. al. reposuerant ἐξώρκωσε pro ἐξόρκ. a cod. S. praebito, solum Herodoteum esse duco. — Praeterea ὤμοσαν sine ulla librorum discrepantia exstat I. 165. IX. 109 bis. et κατωμνύμην VI. 69; quare VI. 65 ἀπώμοσε

tantum, a Gsf. aliis e plerisque codd. Mss. receptum, probandum est, rejiciendumque codicis S. ἀπόμοσι. — Atque ὤρυξε et ὤρυξαν sic recte scripta omnibus in libris reperiuntur II. 158. III. 35. 39. IV. 20. VIII. 116. ὠρύξατο I. 186. ὠρύχθη II. 158. ὤρυσσον I. 174 bis. 185. 186 bis. II. 108. VII. 21 bis. 22. 23. 114; ita, ut jam dudum II. 150 et VII. 23 ὤρυσσον omnes editores restituere deberent, quamquam posteriore in loco cod. V. ὄρυσσον praebuisse dicitur, ubi quidem cod. S. recte ὤρυσσον habet. — Et verbum ὄλλυμι ubique ab Herodoto augmento temporali ornatum esse, et ratio evincit et codicum Mss. fides plerumque demonstrat; sic ἀπώλλυντο II. 120. (ἀπώλλοντο Ald.) ἀπώλοντο II. 158. VII. 147. IX. 70. ἐξαπώλετο II. 171. ἀπώλεσας I. 214. III. 36 bis. VIII. 118. 129. IX. 111. Unus restat locus IX. 28, ubi nonnulli editores immerito codicibus S. V. προσαπόλεσαν praebentibus obsecuti sunt, quum et edd. vett. aliique codd. Mss. jam recte προσαπώλεσαν exhibuissent. — Epica forma est I. 168 ἀπόνητο a Bekk. aliisque e cod. F. exhibita, pro qua Herodotum ἀπώνητο, quod jam olim edd. vett. Gsf. alii reposuerunt, scripsisse, persuasissimum mihi est; ut omnes in exaranda forma ὤνησας IX. 76 jam pridem consenserunt. — κατωρχέοντο constans scriptura est III. 151. VI. 129 veteres quidem editiones ὠρχήσατο bis et ὠρχέετο et ἀπωρχήσαο praebent, quam veram, ut puto, scripturam cur recentiores reliquerint, nullam video idoneam causam; praesertim quum κατωρχέοντο omnes recte servassent. At ὀρχήσατο priore in loco praebuit K., sed S. ὠρχήσατο; et in posteriore ὀρχήσατο S. K. e ὀρχέετο S. V. et ἀπορχήσαο S. F. Sed, nisi etiam illo in loco contra omnium librorum fidem κατορχέοντο rescribi malis, haec istorum codicum scriptura damnanda est. — Aldus aliique II. 172 κατώνοντο augmento temporali scriptum exhibent, alii autem recentiores cum codd. S. V. κατόνοντο, quod fortasse nonnullis rectius esse videatur, quum Ionibus tantum hoc verbum ὄνομαι proprium fuisse dicatur, neque ex Homeri usu, qui quidem nunquam augmentum hujus verbi omisit, Herodotea oratio recte judicari possit. Etiam hic solus est locus, in quo indicativus praeteriti alicujus temporis apud nostrum invenitur, quo magis hac de controversia dirimenda nobis desperandum esse videatur. Sed tali in causa, qualis haec est, ii mihi quidem tutius ire videntur, qui augmentum recipiunt, quum nimiam interdum grammaticos ac librarios quosdam operam in eo collocasse notum sit, ut quaque ratione magis Ionicam redderent Herodoteam orationem. Sic cod. S. et alii ὀφείλετε III. 71 praebuerunt pro solo vero ὠφείλετε, quod est in codd. V. F. a. et plerisque in editionibus *). In scribenda forma ὦφλε VIII. 26 omnes consentiunt, nisi quod quidam ὤφλεε sibi finxerunt; sed utrum vulgatum ὄφλον I. 111 et III. 65 an ὦφελον a codicibus S. V. et S. c. praebitum, praeferendum sit, dubitari

*) Vide et ὤφειλε VI. 59.

potest, quum poetae etiam haud raro ὤφελον, ὤφελε admiserint (cf. Aristoph. Thesmoph. 200. Nub. 41. Thom. Mag. p. 127, 4 s. v. εἴθ' ὤφελεν.) et Attica illius formae exempla vel, si aliorum copiam respicias, rara vel non omni corruptelae suspicione libera sint (cf. Schneid. ad Plat. Civ. IV, p. 432 C.). Sed quum grammaticorum fere omnium testimonia in eo consensisse videam, ὄφελον, ὄφελες etc., εὐκτικῶς posita, non epicis solum poetis, sed etiam Ionicis scriptoribus familiaria fuisse (cf. Suid. s. v. ὄφελες. Eust. ad Il. γ' p. 380 = 288. Thom. Mag. p. 255, 3 s. v. ὄφελον) a posterioribus inde rursus in usum recepta, et plurimorum librorum auctoritate istud ὄφελον in Herodoteis locis nixum esse, et Thomae Mag. testimonio, qui ex I. 111 hunc ad usum confirmandum haec attulit: Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· τὰ μήτε ἰδεῖν ὄφελον. vulgatum illud ὄφελον utroque in loco apud nostrum retinendum esse judico. — ὥρμησε denique omnibus in libris est IV. 159. VII. 179. ὥρμητο V. 50. VII. 22. ὡρμηται VII. 189. ὡρμημένος IV. 143. VII. 57. VIII. 12. ὡρμήθη VI. 41. 86, 4 (item Stob. Serm. 27 p. 196). VII. 218. Sic etiam ὥρμεον VII. 21. μετωρμίζοντο VII. 182. Quae omnia exempla quum tam firme omnium librorum auctoritate munita sint, patet quam immerito in his aliis varietur vel ab omnibus a genuino aberratum sit: VI. 107 ὥρμιζε vulg. ὅρμιζε S. IX. 114 ὥρμεον Wessel. al. ὅρμεον vulg. cum S. V. VII. 188 ὥρμεον Gsf. al. ὅρμεον Bekk. al. Ibid. ὡρμέοντο S. (ὡρμέοντο F. ο superscripto, quod si rectius hic scriba putaverit, falsus est) ὁρμέοντο vulgo; sed Eustath. ad Il. ξ' p. 965 = 949: αἱ μὲν — ὥρμεον, αἱδ' ἐπ' ἐκείναις ἐπ' ἀγκυρέων — αἱ πρῶται τῶν νηῶν (sic) ὥρμεον πρὸς γῆν — πρόκροσσαι ὡρμοῦντο ἐς πόντον καὶ ἐπὶ ὀκτὼ νέας. — IX. 60 ὥρμησε alii, alii ὅρμησε. VIII. 106 ὥρμα alii, alii cum S. V. ὅρμα. VII. 37 ὡρμᾶτο Gsf. al. ὁρμ. Bekk. al. cum S. — 88 ὡρμῶντο S. ὁρμέωντο vulgo. VIII. 68, 1 ὡρμήθης alii, alii ὁρμ. — 94 ὥρμησαι Matth. Apetz. alii. ὅρμησαι Bekk. et vulg. III. 56 ὥρμηται alii, alii cum vulgata ὅρμηται; item IV. 16. VII. 1 ὥρμητο bis, Gsf. al. ὅρμητο Bekk. al. — 4 ὡρμᾶτο S. F. c. b. (ὁρμᾶτο a.) ὅρμητο Wessel. ex uno Ms. IX. 91 ὥρμητο alii, alii cum S. V. vulgo ὅρμητο. II. 119 ὡρμημένον Gsf. al. Alii cum V. ὁρμημ. VII. 19 ὡρμημένῳ Gsf. al., item VII. 37. Vulgo cum S. ὁρμημένῳ. VIII. 140, 1 ὡρμημένου Gsf. al. ὁρμημ. vulgo cum S. IX. 59 ὡρμημένους Matth. Apetz. alii, vulgo ὁρμημένους. Praeterea ὡρμέατο vulgatum est VII. 215, ubi merito non auditus est cod. S. ὁρμέατο praebens. IX. 61 alii ὡρμέατο, alii ὁρμέατο: VIII. 25 ὡρμέατο edd. vett. et cod. F. ὁρμέατο Bekk. al. cum codd. S. V. K. — 109 ὡρμέατο F. al. ὁρμέατο Bekk. al. cum S. V. Quibus omnibus in locis, quum nulla variandi idonea causa appareat, formas augmento instructas omnino praeferendas esse censeo; quod omnes quantum sciam, editores III. 4 recte fecerunt, ὡρμη-

μένῳ exhibentes; quamquam in cod. S. ὁρμημένῳ habetur. Nec magis ὁρμῶμεν VII. 209. neque ὁρμέατο I. 83. 158. V. 121 (ὡς στρατεύεσθαι ὁρμέαται (ὁρμέατο d.)). VIII. 35. IX. 102 toleranda esse mihi videntur pro ὁρμῶμεν (sive ὡρμέομεν cf. infra sub IV.), ὡρμέατο et ὡρμέαται, quamvis constanter omnes libri illam vitiosam retineant scripturam, et Eust. ad Il. β' p. 177 = 234 haec retulerit: Ἡρόδοτος δὲ καὶ στρατεύεσθαι ὁρμέαται φησὶ καὶ ἀγωνίδαται.

Ea autem verba, quae a diphthongis αι, αυ, ει, ευ, οι inducuntur, nunquam apud Herodotum augmentum accepisse, meo mihi jure contendere videor. Et verba a diphthongis ει et ευ inducta, nunc quidem recte ubique sine augmento scripta exstant, et quae pauca huic legi contraria e codd. Mss. enotata sunt, vel raritate sua suspecta, statim correcta sunt, sic VI. 112 κατείκαζον vulg. κατήκαζον S. IV. 76 εὔξατο vulgat. ηὔξατο S. V. I. 48 προσεύχετο vulg. προσηύχετο b. d. VII. 233 εὐτύχησαν nunc vulgat. cum S. V. P. F. ηὐτύχησαν edd. vett. III. 69 εὗδε Bekk. alii, ηὗδε Gsf. al (ἦν δὲ F.) Sed εἴκαζε VII. 162. εἴκαζον IV. 133. εἴκασα II. 104. εἰκασμένος II. 182. III. 28. εἶκον VIII. 3. εἶξα IX. 68. 106, et alia. εὗδον I. 211. III. 69. εὔχετο I. 31. 60. εὐτύχεε I. 126. VI. 129. εὐνομήθησαν I. 65. εὐθηνήθησαν I. 66*). Et omnia huc pertinentia verbi εὑρίσκειν tempora ubique sine augmento scripta invenies. Etiam apud Thucydidem verbum εἰκάζειν, et verba ab ευ occipientia augmento carere, docet Poppo Thucyd. I, p. 226 sq. (coll. praef. ad Xenoph. Cyrop. p. 38. Schneid. ad Plat. Civ. V, p. 473 C.) quamquam Atticistae εἴκασα, ut ἑλληνικῶς, rejecerunt cf. Piers. Moer. p. 182. Eust. ad Il. α' p. 50 = 38.

Ex iis verbis, quae a diphthongo αι inducuntur, verbum ἀναισιμόω constanter diphthongum suam immutatam servavit; neque aliter e codd. Mss. enotatum est; quod enim I. 179 ἀνεσιμώθη pro vulgato ἀναισιμώθη in cod. S. repertum est, id puto morabitur neminem. Ceterum ἀναισίμουν est I. 185. ἀναισιμοῦτο III. 90. ἀναισίμωνται II. 134. προαναισίμωτο V. 34. προαναισιμωμένῳ II. 11. ἀναισιμώθη II. 125. — Similis librorum constantia est in verbo αἱρέειν et in simplici et in compositis; sic αἵρεε I. 162. V. 117. VI. 31 33. ἐξαίρεε I. 159. διαίρεε I. 189. ἀναίρεον VI. 69. αἱρέετο I. 70. 96. IV. 139. V. 93. 94. VIII. 113. ἐξαιρέετο III. 150. προσεξαιρέετο III. 150. διαιρέοντο IX. 81. ἀναιρέο VII. 16, 1. αἱρέθη III. 55. 159. ἐξαιρέθη IX. 81. ἐξαιρέθησαν I. 176. Quare unum istud in vulgarem consuetudinem transmutatum exemplum ἐξῃρέθησαν VII. 106, quamvis omnibus in libris sic scriptum, nemo tamen jam dubitabit, quin in Herodoteum ἐξαιρέθησαν mutandum sit; ut etiam VI. 70 in his vulgatis verbis ἅπτοντο καὶ ἀπαιρέονται (sic cod. S.) codices F. b. ἀπαιρέοντο praebuerunt. — Atque αἴνεε recte vulgatur VIII. 69. αἴνεον III.

---

*) III. 131 εὐδοκίμησαν. VII. 227 εὐδοκίμεε. VIII. 87 εὐδοκίμησε. — εὐτύχησαν VII. 233. εὐωχήθησαν I. 31.

73. 76. καταίνεσον IX. 33. ἀπαίνει III. 34. VII. 116. παραίνεε VIII. 19. 143. IX. 17. 18. αἴνεσε V. 113. παραίνεσε I. 80 bis. κατααινέσαμεν IX. 7, 1. Et recte nunc e cod. S. pro παρῄνεε olim male vulgato IX. 122 restitutum est παραίνεε. — αἴτεε praeterea omnibus in libris sic recte sine augmento scriptum exstat III. 1 ter. IV. 164. VI. 75 (αἰτέει F.). 132. 133. VIII. 112. ἀπαίτεε IV. 162. VI. 86. VIII. 122 (item Plut. de Malig. c. 40). αἴτεον IV. 161. V. 18. 92, 3. VI. 113. ἀπαίτεον V. 84. VI. 86, 2. παραιτέετο III. 119. V. 33 (quo ex loco Schol. Aristoph. Vesp. 1249. et Suid. s. v. παρῃτεῖτο attulerunt, Herodoteum in suum loquendi morem vertentes: ὁ δὲ ἐλθὼν παρῃτεῖτο τὸν Πέρσην, τυγχάνων δὲ οὐδενὸν ὧν ἐδεῖτο (Herod. τῶν ἐδέετο) αὐτὸς ἔλυσεν (Herod. ἔλυσε). Aliis in locis variant libri Mss., ita tamen, ut recte nostri editores in omittendo augmento perstiterint; sic VI. 86, 3 παραιτέετο vulgat. cum Stob. Serm. 27 p. 196, παρῃτέετο F. IV. 43 παραιτήσατο vulg. cum V. παρῃτήσ. S. — 146 παραιτήσαντο vulg. παρῃτήσ. S. — Sed ἥσθετο VII. 220 cur omnibus ab editoribus contra constantem Herodoti consuetudinem retentum sit, idoneam causam video nullam, et in αἴσθετο vel omnibus invitis codicibus Mss. mutandum esse censeo. Nec magis προηδέατο I. 61 ferendum esse videtur, quod est plerisque in editionibus et in cod. R., aut πρoῃδέατο codd. M. P. F. aut προεῃδέατο edd. vett., sed προαιδέατο Herodotum scripsisse, tota haec analogia evincit. cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Ion. p. 406 sq.

In verbis autem a diphthongo αυ inductis major est librorum fluctuatio; ἔναυε quidem VII. 231 omnes libri exhibent, et αὔξηται I. 58. αὔξετο VI. 132. Sed pro vulgato editoque αὔξετο III. 39 legitur in cod. S. ηὔξετο; V. 92, 5 in cod. F. ηὐξάνετο pro vulgato cum codd. S. V. αὐξάνετο. VI. 63. αὔξετο Bekk. al. cum cod. K. (αὔξετο F.). ηὔξετο Gsf. al. cum S. Quibus in locis ut nemini dubium esse potest, quae genuinae sint formae, sic neminem jam futurum esse spero, qui vulgata ηὔξηντο V. 78. ηὖξον VIII. 30. IX. 31 (ηὖξον S.) diutius toleranda esse putet pro genuinis αὔξηντο et αὖξον. — II. 57 recte vulgatur cum cod. F. αὖδα, pro quo si Gsf. al. ηὖδα scripserunt, vituperandi sunt. — ἐξαυάνθη IV. 151 omnium librorum auctoritate munitum est (cf. Suid. αὐάνθη, ἐξηυάνθη) quam scribendi rationem cur omiserint in ἐξηύηνα IV. 173 (ἐξηῦνεν S.) quum idoneam causam videam nullam, ἐξαύηνε reponi velim, praesertim quum Attici quoque constanter hac in voce augmentum omiserint cf. Interppr. ad Xenoph. Anab. II. 3. 16. Aristoph. Ran. 1089 ἐπαφαυάνθη. — αὐτομόλεον est I. 127 omnibus in libris, et III. 160 αὐτομόλησε in codd. S. V. et plerisque editionibus; quod Wessel. al. non debebant in ηὐτομόλησε depravare. — Superest forma ηὐδάξατο V. 51 vulgata; sed utrum omnes codd. Mss. in hac forma consentiant, an alii aliud praebeant, nescio; id quidem certo scio, Herodotum αὐδάξατο scripsisse, eique hoc restituendum esse (vide et Lob. ad Buttm. II. p. 121).

In omittendo augmento temporali verborum a diphthongo οι inductorum magis sibi constiterunt libri, et pauca quaedam, quae non ferenda esse videbimus, leniorem habent corrigendi rationem, quum plura jam recte scripta exempla exstent. Sic οἴκτειρε III. 52. ἀποικτίζετο I. 114. κατοικτίζετο III. 156. οἰνωμένους V. 18. — οἰκοφθορήθησαν I. 196. οἰκοφθορημένοι V. 29. VIII. 144. οἰκοφθόρησθε VIII. 142. — οἰκοδόμηται I. 181. II. 149 bis*). οἰκοδομημένον II. 127. περιοικοδομημένον VII. 60. οἰκοδομήσατο III. 10. οἰκοδόμησε I. 22 (sic Bekk. al. recte, ᾠκοδόμησε male Gaf.). II. 127. 153. — οἰκοδόμεε II. 125. et VIII. 71 οἰκοδόμεον vulgat. cum S. P. V. F.; alii ᾠκοδόμεον, quod recte nunc editores neglexerunt; eodemque modo I. 186 in vulgatis ἀνοικοδόμησε et οἰκοδόμεε persistendum est, neque audiendi sunt codd. S. b. d. ἀνῳκοδόμησε aut cod. d. mox ᾠκοδόμεε praebentes. — κατοίκηνται I. 142 bis. III. 97. IV. 23. 51. 53. 116. 168. V. 49. VII. 22. 122. οἰκῆσθαι I. 202. οἰκημένος I. 27 bis. 28 bis. 96. 134. 151. 191. 194. 201. II. 33. 92. 102. III. 17. 91. 96. 122. IV. 8. 22. 28. 32. 71. 93. 101. 105. 185. 196. V. 2. 13. 16. 73. VI. 137. VII. 9. 9, 1. 21. 22 bis. 69. 102. 110. 115 bis. 121. 128. 153. 165. 188. VIII. 47 bis. 115. 140, 2. IX. 17. 31. 76 οἴκησαν II. 154. IV. 105. 108. 116. VII. 164. VIII. 138. οἴκεε I. 56 bis. 57. 110 bis. 145. 146. 166. II. 61. 120. 140. III. 31. 68. IV. 114. 156. 159. 169. V. 40. 57. 58. VI. 21. 81. 86. 94. VIII. 73. Etiam I. 91, ubi olim male συνῴκεε vulgatum erat, nostri editores cum codd. M. K. S. F. a. b. c. d. recte συνοίκεε praetulerunt, etiam I. 193 recte cum cod. K. οἴκητο, ut V. 92, 3 κατοίκητο sine scripturae varietate exstat; sed quum semel illud οἴκητο depravatum ac duae inter se mixtae fuissent scripturae, magna exstabat librorum fluctuatio: οἰκῴκητο S. V. d. οἱ ᾤκητο M. a. c. οἱ ᾤκητο F. οἰῴκητο B. οἰκέατο edd. vett., quod aeque damnandum cf. infra sub II. — οἴκισται IV. 12 omnibus in libris exstat, et ἐνοικίσθη I. 68. II. 154. κατοίκισε II. 154. III. 91. 149. V. 42. 76. VI. 20. 33. 119 bis. οἴετο IX. 89 edd., ubi quidem codd. P. K. ᾤετο et cod. F. ᾠίετο praebuisse dicuntur, jure merito neglecti. — διοίχηνται IV. 136 vulgatum est (διοίχονται K.) eodemque modo omnibus in libris legitur οἰχώκεε et παροιχώκεε I. 189 (item Suid. s. v. συμψήσας . . . ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων) IV. 127. 165. V. 20. VI. 69. VII. 164. VIII. 72 et 126; neque assequor, quomodo Lobeckius ad Sophocl. Aj. 896. apud Herodotum VIII. 126 ᾠχώκει vulgatum esse dicere potuerit, quum et veteribus et nostris in editionibus οἰχώκεε recte scriptum exstet, neque ullam e codd. Mss. varietatem adnotatam invenerim. Eademque scriptura, ut Ionica, etiam Dorothei grammatici testimonio defendi potest, qui in Schol. Ven. ad Il. K.

*) Adde οἰκοδομέαται (vel potius οἰκοδόμηται cf. infra sub II.) IV. 185.

252 παροίχωκεν vulgari παρῴχηκεν praetulisse dicitur*). — Atque οἰχωκότας IX. 98 aeque constans est scriptura; sed VIII. 108 editiones quidem pleraeque recte οἰχωκυῖας retinent, quamquam codd. S. V. ad ᾠχωκυῖας aberrarunt. Imperfectum οἴχοντο sine varietate habes I. 48. 68. 168. II. 119. IV. 145. 155. 160 bis. V. 43. 47. 75. VI. 33. 96. 97. 138. VII. 197. 218. 222. IX. 118. 122. Etiam II. 118 οἴχετο recte vulgatum est, quamquam codd. S. a. ᾤχετο exhibent. III. 48 οἴχοντο vulgat. cum K. M. P. F. Paris. ᾤχοντο S. V. — 131 οἴχετο vulg. ᾤχετο F. VII. 164 οἴχετο vulgat. cum Thom. Mag. p. 125, 2. ᾤχετο S. V. VIII. 116 οἴχετο vulgat. ᾤχετο P. K. ᾤιχετο F. — Ut his igitur in locis editores formas non ornatas augmento recte praetulerunt, sic et I. 157 pro vulgato ᾤχετο, vel invitis omnibus codd. Mss., οἴχετο reponere debebant; ut II. 14, ubi edd. vett. et cod. d. falso παρῳχημένου χρόνου dederunt, recentiores e codd. S. M. R. K. V. F. a. c. verum παροιχομένου receperunt. Sic dixit noster III. 30 ἀποιχομένου — Σμέρδιος, ὄψιν εἶδε Καμβύσης. III. 86 ὡς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐγίνοντο, ἵνα τῆς παροιχομένης νυκτὸς κατεδέδετο ἡ θήλεα ἵππος; vide et VI. 107. IX. 58. 60. VIII. 120. et Schol. ad Il. V, 511 οἰχομένην: παρελθοῦσαν.

Graecum sermonem quibusdam in verbis id sibi proprium sumsisse, ut augmentum syllabicum etiam vocalibus atque augmento temporali praefigeret, satis est notum; hic autem videndum est, utrum etiam Herodoti fuerit illa consuetudo, an prorsus, an quadam ex parte ei abjudicanda sit. De formis ἔωθε, ἐώθεα, οἶκα, ὄρταζον jam supra vidimus quid statuendum sit; de ἔοργε et ceteris huc pertinentibus nunc viderimus. Atque ἔοργε est III. 127 omnibus in libris; et I. 127 ἐόργεε recte vulgatum, ubi quidem cod. S. ἐώργεεν exhibuit. — Contra ὠνέοντο I. 69. IX. 80. ὠνέετο III. 139. ἐξωνέοντο I. 196, ubique sine scripturae varietate. — Et ἀπωθέετο IV. 113. διωθέετο VI. 86 (item Stob. Serm. 27 p. 195). ὦσε III. 78. VII. 167 (sic et Hom. ὦσα, ὠσάμην Od. 11, 599. ὦθει Il. 21, 241. alibi). ὤσαντο IX. 25. ἀπωσάμενοι V. 69. cf. Phavor. ἐωσάμην — χωρὶς τοῦ ε λέγειν ἀναττικόν. — Eodemque modo constanter scribitur ἥλω I. 78. III. 15. VII. 195 bis. VIII. 92. 93. 138. IX. 37. ἥλωσαν I. 83. V. 65. VII. 137. 175. ἡλώκεσαν VIII. 61. ἡλωκέναι I. 70. ἡλώκοι I. 83. ἡλωκότι I. 78. Etiam I. 84, ubi cod. S. male ἑαλώκεσαν praebuit, recte ἡλώκεσαν vulgatum est; quae eadem forma jam pridem necesse erat ut restitueretur tribus istis in locis, ubi adhuc omnes editores genuinam Herodoteam orationem turpe deformari passi sunt: I. 191 ἑαλωκότων et eod. cap. ἑαλωκότας. 209 ἑάλωκε; quae vitiosa scriptura nemo jam dubitabit, quin vel sine ulla librorum Mss. ope in ἡλωκότων, ἡλωκότας, ἥλωκε sit mutanda; praesertim quum ἥλω, ἥλωκα etc. ne Atticis quidem inusitata fuerint cf. Plat.

*) cf. Spitzn. ad Il. X, 252.

Hipp. maj. p. 286 A. ἦλω. Xenoph. Anab. IV, 4, 21. IV, 2, 13 ἤλωκα. Cyrop. IV, 4, 7 (Poppo). Piers. ad Moer. p. 178. Buttmann. gr. gr. II, p. 107. Fisch. III, p. 27 sq. — In scribendo autem imperfecto tempore verbi ὁρᾶν crebrior est librorum fluctuatio, quae quidem et ipsa plerumque, quid solum sit verum apud nostrum, critica arte adhibita, nobis demonstret. Sed more solito ea priore in loco ponam exempla, quae sine adnotata e codd. Mss. varietate recte scripta exstant: ὥρα III. 72. V. 13. VII. 45. 160. 208. IX. 55. κατώρα VII. 208. IX. 59. ἐπώρα I. 48 (cod. e. ἐπηρώτα). ὥρεον IV. 3. 195. V. 29. VI. 79 (vulgo ὥρων). VII. 209. VIII. 38. 55. 78. IX. 98. περιώρεον III. 118. IV. 203. ἀπώρεον VIII. 37. — Variatur autem I. 11 (init.) τοὺς μάλιστα ὥρα, sic Gsf. Bekk. alii cum M. F. e. ἑώρα Ald. P. S. b. d. ὅρα a. c. ὅρεε Schaef. pessime! Eodem capite ἀλλ' ὥρα Reiz. Gsf. alii cum codd. M. F. ἑώρα Ald. S. b. d. e. ὅρα a. c. Bekk. I. 87 ὥρα vulgat. ὅρα Bekk. cum d. II. 131 ὡρέομεν vulgat. ὁρῶμεν S. II. 106 ὥρεον vulg. (ὥρον P. ὥρων K. F. a.) ὅρεον Bekk. cum S., quod non probare debebat Koenius ad Greg. Cor. p. 407 (Schaef.) (ὥρεων Ald.). II. 150 ὥρεον Gsf. al. ὅρων S. ὅρεον Bekk. — 148 τὰ μέν νυν κατέωρα — ὡρέομεν edd. pleraeque, ὁρῶμεν P. K. ὁρέωμεν S. F. ὁρέομεν Bekk. Gsf. Reiz. e correct. Wesselingii, citantis II. 106. et V. 40 (ubi praes. ὁρέομεν) et Heteroclitum Clem. Alex. Strom. III, p. 520 (cf. Koen. ad Gregor. Cor. Ion. § 23). Eodem capite τὰ δὲ ἄνω — αὐτοὶ ὡρέομεν edd. pleraeque, ὡρέωμεν F. ὁρῶμεν S. V. ὁρέομεν Bekk. IV. 76 ὥρα edd. pleraeque. ὅρα Bekk. cum F. — 134 ὥρεον edd. ὥρεων F. ἑώρων S. V. VII. 8, 2 ὁρᾶτε vulgat. ὁρᾶτε d. — 212 ἐνώρων nunc vulg. cum S. M. P. K. F. c. ἑώρων Ald. a. b. VIII. 140, 12 ἐνώρων edd. ἐνόρων S. IX. 18 ὥρων edd. ἑώρων F. — 66 ὥρα vulg. (ὁρᾷ F. b.). — 68 ὥρων nunc vulgat. cum S. V. ἑώρων edd. vett. Quibus omnibus in locis quum tempus imperfectum tantum locum habere constet, nec quisquam id sine augmento apud Herodotum scribi posse facile sibi persuadeat (cf. Interppr. ad Greg. Cor. p. 191 (407) ὅρα imperf. magis Aeolicum) ubique formas ὥρεον, ὡρέομεν, ὥρα, ὡρᾶτε ex illorum analogia, priore in loco positorum, praeferendas esse manifestum esse videtur, praesertim quum jam unus aut alter liber, interdum etiam plures, genuinam servaverint scripturam, atque alii, qui aliam habent formam, aut vulgarem, nobis jam damnatam, praebuerint, aut eam, quae et ipsa, quamquam vitiosa, declaret, ὥρεόν, ὥρα etc. hic olim lectum, sed non intellectum esse. Sed restant tamen pauci quidam loci, ubi omnes libri in vitiosam quandam scripturam perperam concordasse videntur: I. 123 ἐνεώρα et III. 53. I. 120 ἑωρέωμεν plurimae editiones, ἑωρῶμεν (!) Bekk. cum F. ὁρέομεν Schaef. V. 91 ἑώρεον edd. ἑωρέων F. — Sed, quis, quaeso, quin haec statim in Herodotea ἐνώρα, ὡρέομεν, ὥρεον mutanda sint, nunc dubitabit, quum nihil ineptius cogitari possit, quam ipso

ab Herodoto statuere mox Ionicam, mox Atticam, mox aliam quandam positam esse formam. — Similis est ratio imperfecti temporis verbi ἁνδάνω, quod apud nostrum ἥνδανε scribendum esse jam Buttmannus (gr. gr. II, p. 113 sq.) recte demonstravit; neque scribitur aliter VII. 172 ἥνδανε et VIII. 29 omnibus in libris. Sed IX. 5 ἑάνδανε nostris in editionibus sic falso scriptum exstat, ubi quidem in cod. b: ἅνδανε habetur, quod nos ad solum verum ἥνδανε duci posse patet. Eandemque formam ἥνδανε etiam IX. 19 vulgatae ἑάνδανε substituendam esse censeo. — Sed aoristi secundi forma ἕαδε I. 151. IV. 145. 153. 201. VI. 106, ubique sine ulla discrepantia scripta, aliter dici non potuit, nisi si in poeticam vel inauditam quandam formam noster aberrare voluerit (cf. Interppr. Suid. s. v. ἑαδότα). Similiter Herodotus dixit κατεηγότα VII. 224. — Sed ἄνοιξε IV. 143 constans est scriptura, et ἄνοιξαν IX. 118. Unde merito atque optimo jure Bekk. I. 68 ἄνοιξα scripsisse mihi videtur pro vulgato ἀνῷξα, quum jam supra demonstraverimus, verba a diphthongo οι inducta numquam apud Herodotum augmentum temporale accepisse, neque etiam Atticorum e more ἀνέῳξα scribi potuerit; quare etiam I. 187 vulgatum ἀνέωγες imperf.*) vereor, ut genuinum sit, et Herodotum ipsum ἄνοιγες scripsisse conjicio. Comparandum est Xenophontis ἤνοιγον Hell. I, 1, 2. VI, 21. ἤνοιξα et ἤνοιξεν Hell. I, 5, 13. cf. Lob. Phryn. p. 157 sq.

Reduplicationem perfecti temporis, quam vulgo dicunt Atticam, Ionibus aliisque frequentiorem fuisse, jam Buttmannus (gr. gr. I, p. 327 sq.) aliique recte monuerunt, qui iidem et de posteriorum scriptorum more antiquioribus inusitato, ex quo illi hanc geminationem interdum omitterent, satis exposuerunt; cf. et Lob. Phryn. p. 31 sqq. Thom. Mag. p. 199, 8 κατώρυκται κοινόν, κατορώρυκται Ἀττικόν. Quare vulgatam formam ὤρυκτο I. 185 recte Bekk. in Herodoteam ὀρώρυκτο mutavit, quae et ipsa exstat I. 186 ὀρώρυκτο nunc vulgat. cum K. S. F. ὠρώρυκτο M. (cf. Gregor. Cor. d. d. Ion. § 23). ὀρωρυγμένον IV. 195. III. 60 ὀρώρυκται vulg. cum R. F. b. d. ὤρυκται M. P. S. V. H. 158 ὀρώρυκται Bekk. al. ὤρυκται Gsf. al. Etiam illa a Matth. gr. gr. I, p. 383 ex Plat. et Lys. scriptis allata exempla sine hac reduplicatione vulgo scripta mutanda esse videntur cf. Lob. l. l. Et confirmant simul haec Herodotea reduplicationis exempla id, quod jam supra de ponendo aut omittendo augmento temporali contendimus. Ut enim noster ὀρώρυκται dixit, non ὀρόρυκται, sic ἀραιρημένος VII. 118. 172. 173. IX. 93. ἀναραιρηκότα V. 102**). ἐξαραίρηται VII. 162 vulgat. (ἐξαίρηται F. b. male) et ἐξαραιρημένον vulg. (ἐξῃρημένον f.). I. 185 ἀραιρημένα ἄστεα vulgat. (ἀναιρημένα S.

*) Alia enim res fortasse esset, si perfectum hoc esset; quod, quamquam non invenitur apud nostrum, tamen vulgari mori convenienter ἀνέῳγα et ipse ille formasse putandus est.

**) sic nunc vulg. cum F. a. ἀναῤῥαιρηκότα Ald. Wessel. al. ἀναιρηκότα S. ἐνεαιρηκότα V.

De litteris saepius permutatis ρ et ν cf. supra p. 59. —). II. 168 ἐξαραιρημένα sine varietate. Ibid. γέρεα ἐξαραιρημένα vulg. (ἐξαιρημένα S.). διαραίρηται I. 192. II. 164 (διήρηται S. V.). ἐξαραιρημένα I. 148. VII. 162. καταραιρημένου II. 172. — VII. 159 ἀπαραιρῆσθαι Schaef. Bekk. al. cum cod. a. ἀπαραιρῆσθαι M. P. K. ἀπαραιρεῖσθαι Ald. A. B. ἀπαιρῆσθαι F. ὑπαιρεῖσθαι S. V. III. 126 ἀπαραιρημένους nunc recte vulg. (παραιρουμένους S. V.). IX. 103 ἀπαραιρημένοι. III. 65 ὑπαραιρημένου nunc vulgat. cum cod. P. ὑπεραιρημ. F. M. et olim vulg. παραιρημένου S. V. a. b. VII. 8, 3 ὑπεξαραιρημένων sine varietate. IX. 102 τὸ τεῖχος ἀραίρητο. I. 191 ἀραίρητο nunc vulg. cum P. F. a. c. Olim ἀναίρητο. — ἀραιρήκεε III. 39. VI. 36 Ὀλύμπια ἀναραιρηκώς Bekk. al. recte, vulgo male ἀνηρηκώς (cf. Philem. p. 246 ἀναιρεῖ· Ἡρόδοτος· Ὀλύμπια ἀνῃρηκώς). ἀναιρηκώς Gsf. al. cum S. V. VII. 83 ἄλλος ἀνὴρ ἀραίρητο nunc recte vulgat. cum S. M. P. K. ἀναίρητο edd. vett. cum F. a. b. c. — IV. 66 ἀραιρημένοι edd. pleraeque (ἀναιρημένοι K. F. a. c.). ibid. ἀραιρηκότες Schaef. Bekk. cum cod. P. Vulgo ἀναιρηκότες vel ἀνῃρηκότες. Sed quum notio capiendi et in potestatem redigendi, etiam occidendi apud nostrum verbo simplici αἱρέειν subsit (cf. Schweigh. lex. s. v. αἱρέειν, coll. II. 13 λιμῷ αἱρεθήσονται vulg. ubi cod. S. ἀναιρεθήσ. VIII. 32 τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσι) et ἀναιρέειν aliis significationibus a nostro usurpatum cernatur (cf. Schweigh lex. s. v. ἀναιρέειν. cf. et VI. 108 ubi Bekk. suo jure πόνους ἀναραιρέατο reposuisse videtur pro vulgato ἀναιρέοντο (sic F. a. b. edd. vett.) vel ἀναιρέατο (Gsf. al. cum S. V. P.), illa ἀραιρημένοι et ἀραιρηκότες sola genuina esse videntur, quamquam Suid. αἱρεῖ· ἀναιρεῖ, φονεύει et Thom. Mag. p. 22 sq. ἀνεῖλεν ἀντὶ τοῦ ἐφόνευσε. καὶ λογογράφοι καὶ ποιηταί (sed Euripid. Med. 386 φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν) ἀντὶ τοῦ ἔλαβε ποιηταὶ μόνοι, καὶ Θουκυδίδης ἅπαξ. Ἀνειλόμην δὲ ἀντὶ τοῦ ἀνέλαβον λογογράφοι, ὡς τὸ, ἀνελόμενος τὰ χρήματα· πάλιν ἀνεῖλεν ἀντὶ τοῦ ἐξέβαλεν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐμαντεύσατο. — Praeterea ἐλήλακα VIII. 126. ἐληλαμένος, ἐλήλαται cf. exempla in Schweigh. lex. Herod. s. v. ἐλᾶν (et ἐλαύνειν). — ἀρηρομένον IV. 97 nunc recte vulgat. Olim cum F. a. c. ἀρηρεμένον. ἀρηρημένον S. K. — σῖτος ἀληλεσμένος VII. 23. — ἐρηρεισμένους IV. 152 vulgat. (ἐρηρεσμένους F. S. falso; vide enim Lob. Phryn. l. l.). Sed in Aristoph. Eccles. 150 recte recentiores editores pro olim vulgato διερεισμένη reposuerunt διερεισαμένη, quum et in Schol. aoristus Medii positus sit: διαταξαμένη, ἀσφαλισαμένη. — De ἐνήνειγμαι cf. supra p. 149. Constanter enim hoc hanc reduplicationem recepit.

Etiam in tempore plusquamperfecto eandem retinuit geminationem Herodotus immutatam, neque addidit initio augmentum temporale. Et de ἐληλύθεε (ει) quidem constat hanc solam fuisse Graecam formam cf. Philem. lex. technol. p. 229; quamquam de aliis diversa tradiderunt grammatici: Herodian. (Herm.) p. 315 τὸν

μέντοι ὑπερσυντελικὸν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων διὰ τοῦ α, ἀληλέκειν, καὶ ἀληλίφειν, ἐπὶ δὲ τούτου διὰ τοῦ η ἠκηκόειν (ubi quidem cod. hic et mox ἀκηκόειν) μόνως οὖν ῥητέον ἀκήκοα, ἠκηκόειν. — Lucian. mox ἠκηκόεσαν mox ἀκηκόεσαν posuisse, vide Maitt. (Sturz.) p. 71 et 73 ὀμωμόκεσαν Dio Cass. p. 807. ὀμώμοστο Heliod. 2, 30. — Sed Philem. l. l. ἀλήλιφα, ἠληλίφειν, ἀγήοχα, ἠγηόχειν. Ἀττικοὶ εἰσιν ὑπερσυντελικοί· ὅτε ὁ Ἀττικὸς παρακείμενος ἄρχεται ἀπὸ φωνήεντος, τότε αὐξάνει τὴν ἄρχουσαν ὁ ὑπερσυντελικός. — Verum apud Herodotum ὀρώρυκτο solum genuinum est, ut ἀραιρήκεε, ἀραίρητο; ὀπώπεε I. 68. V. 92, 6. VII. 208. 125. III. 37. ἀπολωλέκεε III. 74. ἀπολώλεε III. 119. ἀπελήλατο VII. 205. ἐξεληλάκεσαν V. 90 (ἐξηλάκεσαν S. V.)*). cf. Eust. ad Od. ε p. 1523 = 207 ὠδώδει Ἀττικῶς, καὶ Ἰωνικῶς ὀδώδει συστολῇ τῆς ἀρχούσης. τοιοῦτον δὲ καὶ μετ' ὀλίγα τὸ ὀρώρει. ὑπερσυντελικὸς κοινὸς ὠρώρειν, καὶ Ἰωνικῶς ὀρώρειν. cf. et Etymol. Mag. p. 330, 7. Matth. gr. gr. I, p. 384. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Ion. § 23. — Etiam προακηκόεε VIII. 79 recte nunc est vulgatum, quamquam Ald. Gsf. al. προακήκοε praetulerant; VII. 208 ἀκηκόεε vulgat. ἠκηκόεε S. V. P. F. II. 52 ἀκηκόεσάν κω. θεοὺς δὲ κ. τ. λ. sed codd. S. V. male ἀκηκόασιν ἂν κόθεν, οὓς δὲ κ. τ. λ. — Etiam in Suidae lexico maluit recte Bernhardy ἀκηκόει pro vulgato ἀκήκοε.

Compositorum autem verborum quod ad augmentum attinet, Atticum vulgaremque sermonem quaedam e praepositione et simplici verbo composita, ut ἀφίημι, κάθημαι etc., quorum simplicia paulatim exoleverant, initio ante praepositionem auxisse, satis est notum; quamquam ut apud Atticos ipsos non statim constans erat ea scriptura, sic etiam aliis dialectis atque poetis nunquam non erant usitata illa simplicia, unde vel per se patet, nihil fuisse, quod hos cogeret, ut ante praepositionem haec verba augerent. Neque etiam unquam in Homeri carminibus tale augmentum locum habere, jam Buttm. (Lexilog. I, 63, 12 sqq.) demonstravit, nec tragicos illud in verbis καθεζόμην, καθήμην, καθεῦδον admisisse, Porsonus in Praef. ad Hecub. p. XVII. docuit**); neque etiam Herodotum, una forma excepta, id fecisse, statim videbimus. Haec una forma est μεμετιμένος, tribus in locis obvia VII. 229. VI. 1 (μεμετιμένος codd. F. a. c. μεμετημένος S. V. b. d. μετειμένος f.) et V. 108 (μεμετιμένος recte vulgat. μεμετημένος S. V. b. d. μεμετειμένος F.) ubi reduplicatio praepositioni praeposita pro omissa diphthongo ει est posita, quae ideo in ι transiit, quod illa forma ad thema ἵω referenda esse videtur. Si autem diphthongus ει suum locum obtinet, reduplicatio vel omnino augmentum ante praepositionem omittatur necesse est; sic dixit noster μετείσθω IV. 98.

*) cf. et Herod. VIII. 126 παρεξεληλάκεε. IX. 44 προελήλατο.

**) cf. et Herm. Praef. ad Hecub. p. 57 sqq. Herodian. (Herm.) p. 313: καθεζόμην οὐκ ἐκαθεζόμην, καὶ καθέζοντο, οὐκ ἐκαθέζοντο.

ἀνεῖται II. 65. ἀνειμένους II. 166. VII. 103. — Erravit igitur Buttm. (gr. gr. I, § 108 Not. 4) contendens, ἐμετίετο apud Herod. I. 12, a cod. M. pro vulgato μετίετο exhibitum, melius esse; immo vero vulgata μετίετο hic, ut I. 114 ἐπείτε μετείθη (sic edd. pleraeque cum M. K. F. a. ἐπεὶ ἐμετείθη b. d. ἐπείτε ἐμετείθη Ald. al.) vel mordicus sunt retinenda, et illa vitiosa librariis imputanda, ex analogia quadam non satis perspecta formata. Ut enim in simplici ἵετο IX. 78. ἵεσαν I. 57. IV. 135 augmentum aut omnino non admittitur, aut certe non apparet, sic etiam in compositis nulla erat causa, cur ab Herodoto illud ante praepositionem poneretur; et profecto dixit προσίετο et μετίετο I. 48. μετίεσαν IX. 33. συνίεσαν IV. 113. ἀπίει IV. 157. ἀπείθησαν VI. 111. VII. 122. — Porro ut ἵζετο, ἵζοντο V. 18. 71. III. 11. 140. IV. 46 alibi, sic etiam προΐζετο VIII. 67. παρίζοντο IX. 94. κάτισε I. 88 vulgat. (κάτεισε F. κατεῖσε M. K. a. c.). IV. 79 λάθρῃ κάτισε Bekk. al. recte cum S. M. P. K. F. a. c. κάτεισε V. κατεῖσε Gsf. al. Olim ἐκάτισε male vulgat. — Ut ἱρὸν ἧσται noster IX. 57 dixit, sic et κατῆστο I. 46. et III. 83; etiam κατέατο IX. 90 (sic recte vulg. cum P. K. F. a. b. c. καθέατο S.; sed Wessel. al. male ἐκατέατο). VIII. 111 περιεκατέατο Wessel. al. male pro vulgato cum S. περικατέατο. Unde et male adhuc vulgata ἐκατέατο III. 144. VIII. 73. περιεκατέατο VI. 23, nulla varietate enotata, procul dubio librariis debentur, atque in Herodotea κατέατο et περικατέατο mutanda sunt.

Aliis verbis compositis, quorum prior pars praepositionem continet, sed prior et posterior ita cohaerent, ut illa ab ipso composito nomine deriventur, tamen interponitur apud Herodotum, ut vulgo, augmentum syllabicum, si verbum ipsum a consonante incipit; si autem a vocali, prorsus omittitur apud Herodotum quidem constanter augmentum. Sic hinc ἐπεχείρησε, ἐπεθύμησε, ἀπεδήμησε, ἐξεδήμησε (IV. 76), ἐπετηδεύθη I. 98. παρενόμησε VII. 238 (sic recte pleraeque editt. cum codd. S. V. P. F., ubi Wessel. al. minime ad παρηνόμησε aberrare debebant (cf. Matth. gr. gr. I, p. 388 et quos laudavit) κατακεχρυσωμένος (a nomine κατάχρυσος) I. 98. II. 63. Sed illinc καταργυρωμένους I. 98, sine discrepantia; quamquam Soph. Antig. 1064 (1077) κατηργυρωμένος posuit suo more. III. 44 ὑπόπτευε Bekk. alii; ὑπώπτευε Gsf. — 68 ὑπόπτευσε Bekk. alii cum codd. S. V. P. ὑπώπτευσε F. edd. vett. et Gsf. — 70 ὑπόπτευον S. V. Bekk. al. Alii ὑπώπτευον. VI. 129 ὑπόπτευε vulgat. cum S. Alii ὑπώπτ. Quibus omnibus in locis, codd. Mss. quibusdam praeeuntibus, scripturam sine augmento praeferendam esse censeo. IV. 68 ἐπιόρκησε edd. et codd. Mss. praeter F. qui ad Atticum ἐπιώρκ. aberravit; sic enim Demosth. in Onet. p. 878, 14. Xenoph. Anab. III. 1, 22 ἐπιωρκήκασι dixerunt *), minime in Herodoteam orationem recipiendum. — I. 18 συνεπε-

*) cf. et Schol. ad Il. III, 276.

λάφρυνον; quod ex συν et inusitato ἐπελαφρύνω compositum esse putandum est; quum id quod Ald. et codd. C. P. e. exhibuerunt, συναπελάφρυνον si genuinum esset, in συναπηλάφρυνον mutandum esse videretur, quoniam et simplex ἐλαφρύνω et compositum ἀπελαφρύνω in usu fuit, nec vero ἐπελαφρύνω. — Huc pertinet et forma ἐξεμπολημένων I. 1, quae, quamquam verba ἐμπολᾶν et ἀπεμπολᾶν mox initio mox intus aucta inveniuntur apud Atticos aliosque (cf. Buttm. gr. gr. I, p. 336. Euripid. Troad. 973 ἀπημπόλα. Soph. Aj. 978 ἠμπόληκας. ἀπημπόληκας, alios alibi) tamen eadem ex causa opinor augmento non ornata est, ex qua ἐγγυήσατο, διεγγυήθη et alia augeri non solita sunt (cf. Lob. Phryn. p. 155). Etiam apud Hom. Od. 15, 456 ἐμπολόωντο scriptum exstat.

Praeterea verbum e particula εὖ et verbo a vocali incipiente compositum εὐαδοῦσθαι, ab εὔοδος, Bekk. in aorist. εὐοδώθη VI. 73 rectius mihi scripsisse videtur, quam alii, qui vulgatum εὐωδώθη retinuerunt. Similiter etiam apud Atticos εὐεργέτηται, εὐεργετήκει, εὐεργέτησαν scripta inveniuntur cf. Xenoph. Memor. II, 2, 3. Agesil. II, 29. Bornem. ad Xenoph. Apol. Socrat. p. 69. Plat. Crit. p. 43 A. Isocrat. Paneg. p. 52 B. (Sed Herod. VIII. 105 ἐδυστύχεε. IX. 72 ἐδυστάνεε.)

Simile discrimen est apud nostrum in verbis compositis, quorum prior pars non est praepositio; sic dixit quidem ἀπεμνησικάκεον III. 49 et alia multa hujuscemodi; sed ἐθελοκάκεον I. 127. V. 78. VIII. 85, ab ἐθελόκακος, cujus altera forma θελόκακος non invenitur (cf. supra p. 116 sqq.). ὁδοιπόρεον IV. 110 Bekk. al. Alii ὡδοιπ. male; nam compositum ipsum ab alio composito nomine derivandum, a vocali incipit. IV. 116 ὁδοιπόρεον Bekk. al. Alii cum S. ὡδοιπόρεον. VIII. 129 διοδοιπορήκεσαν edd. pleraeque cum codd. F. V. S., pro quo quidem Wessel. al. immerito διωδοιπορήκ. receperunt. Sophocles quidem (Aj. 1230) dicere potuit ὡδοιπόρεις, et Xenoph. Anab. II, 3, 1 ὡδοπεποιημένη (Popp.), Arrian. Anab. I, 26, 1 ὡδοπεποιήκεσαν, sed haec non Herodotea sunt. — Huc etiam quis οἰκοδομέω, ab οἰκοδόμος, οἰκοφθορέω, αὐτομολέω, jam supra posita, referat, unde et ipsum illud ηὐτομόλησε, a Wessel. male receptum pro vulgato αὐτομόλησε III. 160 et a codd. S. V. praebito, rejiciendum est.

Iis ex verbis, quae apud Atticos simul et initio et intus augeri solita sunt, apud Herodotum nullum utrumque augmentum accepisse videtur; invenitur quidem ἠνέσχετο tribus in locis V. 48. VII. 159. VIII. 26. omnibus nostris in libris sic scriptum; sed iis totidem opponi possunt, ubi ἀνέσχοντο eodem modo sine ulla librorum fluctuatione uno augmento scriptum exstat V. 89. VI. 112. VII. 139; et quum omnino non multum probabilitatis aucta praepositio apud nostrum habeat, ac tragicos mox duplex mox simplex augmentum hoc in verbo admisisse constet (cf. Pors. Praef. Hecub.

p. XVII sq. Blomfield. ad Aesch. Coeph. 735 *)) quamquam Moeris Atticista p. 176 (Piers.) ἀνέσχετο Ἑλληνικῶς dixit; videndum est, ne ubique nostro forma ἀνέσχετο restituenda, alteraque ἠνέσχετο e peculiari quodam Atticorum usu repetenda sit. Sed priusquam sine ulla haesitatione illa mutare possimus, repetita accurataque codicum Mss. inspectione opus esse videtur; prorsus enim nihil ad illos locos enotatum reperi. Luciani etiam exemplum afferam, qui in libro de Astrol. c. 24 aeque ἀνέσχετο posuit. — Huc referendum est verbum διαιτᾶν et διαιτᾶσθαι, quam medii formam vulgo negligunt nostri grammatici; sed nihilominus utrimque auctam esse quidam Thucydidis loci satis docent: VII. 77 δεδιῄτημαι. I. 132 ἐξεδεδιῄτητο. Sed Herodotus neque initio neque intus hoc verbum auxit, quum omnino numquam verba a diphthongo αι inducta apud illum augmentum accepisse jam supra viderimus. Sic dixit διαιτᾶτο III. 15. IV. 95. διαιτώμην III. 65. — IV. 165. διαιτᾶτο vulgat. (cod. S. male δῃτᾶτο). IV. 121 διαιτᾶτο edd. cum codd. S. V. F. Paris. ἐδιαιτᾶτο codd. M. P., recte non auditi. II. 112 διαιτήθη edd. pleraeque cum P. F. a. ἐδιαιτήθη Gron. Wessel. cum S. Sed διαιτέοντο etiam Lucianus de dea Syr. c. 26 dixit **).

II. De flexura et formatione quadam Herodotei verbi in terminationibus obvia.

Herodotum eas verborum barytonorum terminationes, quae vulgo contractae efferebantur, vel dissolvisse, vel suo more contraxisse, cuique facile vel obiter tantum eum inspicienti patebit. Sed quaerendum est, quae sint istae terminationes, quas ille dissolverit et quas non dissolverit. Et ex activo quidem verbo pro vulgari plusquamperfecti temporis flexura numeri singularis ειν (η), εις (ης), ει (ειν) usurpat constanter εα, εας, εε, cui secundae personae in εας, quibusdam in verbis infra considerandis similis pluralis terminatio in εατε respondet; unde id, quod in Etymol. Mag. s. v. ἐπεποιήκειν contenditur, Iones secundas personas temporis plusquamperfecti non in εας sed in εες dissolvisse, longe a vero abesse evincitur; neque etiam epicorum usu confirmari potest, ex quo quidem Hom. Od. 24, 90 ἐτεθήπεας (cf. Eust. ad h. l.) dixit. Sed illud e vitiosa alicujus grammatici ratione ac fallaci analogia profectum esse mihi videtur, qui quum vidisset ει Ionice in εε dissolvi, sic etiam hoc εις in εες dissolvendum esse male putavit cf. Etymol. l. l.: Ἴωνες ἐτετύφεα et ἐτετύφεε. Ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ

---

*) Vide et Aristoph. Pac. 347 ἀνεσχόμην (alii quidem ἠνεσχόμην) et Aesch. Choeph. 745.

**) De Atticis formis δῃτᾶτο (Dio Cass. 76, 2), ἐδιαιτήθη, ἐδιαίτων, ἐδιαιτώντο vide Piers. ad Moer. s. v. Antiatt. Bekk. I, p. 91.

προδόντα· τὴν διάλυσιν εἰς δύο εε — ἐπειδὴ γνησία ἐστὶν ἡ διάλυσις τῆς ει διφθόγγου εἰς δύο εε, οὐ μέντοι εἰς ε καὶ ᾱ· τὰ γὰρ δύο εε συναιρούμενα τὴν ει δίφθογγον ἀποτελοῦσιν, οἷον Πηλέες Πηλεῖς. — Et solutam primae personae terminationem habes IV. 127 ἐώθεα (sic recte vulgatur cum codd. M. P. K. F. pro quo S. ceteri male ἔωθα) quod solum hujus rei est exemplum apud nostrum obvium; alia autem similia primae et secundae personae postea videbimus in hujus libri cap. V. sub finem. Tertiae personae plurima exstant exempla: ἐγεγόνεε I. 11. 74. 91. 119. 186. II. 2. III. 52. 69. 132. VI. 40. 65. VII. 144. 156. 183. 205. VIII. 12. 27. 87. 136. 139 bis. IX. 11. 41. Quibus omnibus in locis nulla scripturae varietas e codd. Mss. adnotatur; eodemque modo exstat οἰχώκεε I. 189. (item Suid. s. v. συμψήσας). IV. 127. 165. V. 20. VI. 69. VII. 164. VIII. 72. 126. — ἐώθεε IV. 134. VI. 107. — ὀπώπεε I. 68. V. 92, 6. VII. 208. — ἐληλύθεε V. 98. VIII. 114. — ἑστήκεε I. 81. 92. 178. III. 90. IV. 132. V. 37. 51. VII. 59. 225. VIII. 81. IX. 37. 70. — ἐκεκτώκεε II. 129. VIII. 38. IX. 62. — ἐπεποιήκεε I. 85. III. 152. V. 69. — ἐξευρήκεε I. 48. — ἐπεπόμφεε I. 85. — παρημελήκεε I. 85. — ἐόργεε I. 127. — τετελευτήκεε I. 165. — ἐτετεύχεε III. 14. — ἐπελελοίπεε III. 25. — ἀραιρήκεε III. 39. — παρηβήκεε III. 53. — ἐπεπόνθεε III. 74. 156. — ἀπολωλέκεε III. 74. ἀπολώλεε III. 119. — παρεξεληλάκεε VIII. 126. — ἀπεκτόνεε V. 67. — ἐλελήθεε VI. 79. VIII. 90. IX. 22. — ἀκηκόεε VII. 208. VIII. 79. — ἐδεδώκεε VIII. 67. — καταρρωδήκεε VIII. 103. — ἐνδεδύκεε IX. 22.

Quibus ex exemplis quum nonnulla ita notione imperfecti vel aoristi usurpata deprehendantur, ut eorum perfecta praesentis alicujus temporis vicem gerant (cf. Matth. gr. gr. § 505 p. 1140. Lob. ad Buttm. II, p. 20) haud mirum esse videtur, si librarii non tam in vulgarem contractam formam, quam, omissa altera ε vel in ν mutata, in breviorem perfecti temporis aberrasse inveniantur. Sic I. 11 pro vero vulgatoque ἐώθεε habet cod. S. ἔωθε, cod. c. ἐώθει. I. 184 ἐώθεε vulg., sed S. b. d. ἔωθεν. — I. 79 et VI. 40 habet cod. F. pro ἐληλύθεε nunc vulgato ἐλήλυθε et ἐλήλυθεν; ac Werfero (Act. Philol. Monac. I, p. 240) assentior VIII. 50 vulgatum atque a codd. Mss. praebitum ἐλήλυθε in plusq. ἐληλύθεε mutanti, quod nunc in textum receptum cernitur. Idem Werferus etiam VII. 154 vulgatae πέφευγε maluit πεφεύγεε substitui; cf. et Var. Lectt. ad I. 82. 84. III. 42. 61. VI. 17. VII. 40. VIII. 79 et VII. 152 ubi ἑστήκεε nunc recte vulgatur cum Plut. de Malig. c. 28., sed ἕστηκε S. V. Eust. ad H. p. 680, 16. — I. 122 retinent recte edd. pleraeque cum cod. S. b. d. ἐνθεῦτεν μὲν ἡ φάτις αὕτη κεχωρήκεε (inde haec fama exierat) sed cod. F. κεχώρηκεν, codd. S. a. c. κεχώρηκε, minime recipiendum. Nam quae VII. 189 leguntur ὡς φάτις ὥρμηται, quamquam ibi cod. S. male ὡρμέατο exhibuit, ea cum nostro loco non sunt comparanda, quum idem valeant atque ea quae ejusdem capitis initio leguntur λέγεται

δὲ λόγος, neque in iis ulla imperfecti aut aoristi temporis notio insit. cf. imprimis locum III. 52 εἰ συμφορῇ ἐγεγόνεε, ἐμοὶ γέγονε. — Etiam III. 37 in his vulgatis verbis: ὃς δὲ τούτους μὴ ὀπώπεε (ἀπώπεεν S.) ἐγώ οἱ σημανέω, inde a Schaefero falso pro ὀπώπεε invectum esse judico ὄπωπε; si enim hunc locum contuleris cum tali, qualis est IV. 81 ὃς δὲ μὴ εἶδέ κω τοῦτον, ὧδε δηλώσω, patebit εἶδε atque ὀπώπεε invicem sibi respondere, et alterum altero defendi posse. — Contra aliis in locis, ubi eodem modo inter perfectum et plusquamperfectum fluctuant, perfectum retinendum esse censeo, sic I. 207 ubi Croesus ipse loquens inducitur: τὰ δέ μοι παθήματα — μαθήματα γέγονε, legitur pro vero γέγονε (γέγονεν S. b. d.) in cod. F. ἐγεγόνεε, vulgo γεγόνεε male. Sunt enim illa verba comparanda cum loco modo supra laudato III. 52 εἰ συμφορῇ ἐγεγόνεε, ἐμοὶ γέγονε. Et si exempli gratia VIII. 139 Alexander ipse loquens induceretur, dixisset pro posito nunc ac ponendo ἐγεγόνεε, ἐγὼ γέγονα ὧδε ἀπὸ τούτου τοῦ Περδίκκεω. cf. praeterea Var. Lectt. ad I. 132. II. 29. 146. IX. 45. II. 25. 68. III. 33. VIII. 121. Haec autem varietas non majoris est momenti, quam quae huic similis in tertiis pluralis numeri personis perfecti et plusquamperfecti temporis haud rara invenitur; sic VII. 8, 2 ubi πεποιήκασι recte vulgatum est, praebuit cod. F. πεποιήκεσαν. V. 67 ἐώθεσαν recte nunc vulg. cum M. P. V. a. b. c. (ἔθεσαν S.) ἐώθασι Ald. alii. Alia vide infra p. 336.

In passiva autem et media verbi forma Herodotus eas omnes indicativi et imperativi secundas singularis numeri personas, quas vulgo contracte efferebant, ita dissolvit, ut σ eliso duas vocales vel vocalem et diphthongum pro se quasque singulas posuerit, aut vocales ε ο suo more in ευ contraxerit. Semel tantum contra vulgarem consuetudinem etiam formam quandam imperativi perfecti passivi dissolvit V. 105 μέμνεο pro μέμνησο, η in ε mutato, de qua Ionica et epica forma vide Lobeck. ad Buttm. II, p 244, et cf. ἐξεπίστεαι VII. 104 et 135; quum imperat. ἐπίστασο VII. 209 et ἐξεπίστασο VII. 39 σ retinuerint; quod enim Gaisf. cum codd. S. V. a. illo in loco (VII. 209) edidit ἐπίσταο, id nego Herodoteum esse, quum ille potius ἐπίστεο dixisset, si σ elidere potuisset. Sed ἐτράπεσο codicis S. VII. 39 pro vulgato nunc cum codd. P. F. ἐτράπευ (olim ἐπράττετο male) et βουλεύεσαι codicum S. V. VII. 12 pro vulgato βουλεύεαι (βουλεύεται F.) falsae librariorum rationi atque analogiae debentur, quum etiam posteriores non nisi contracte ἀκροᾶσαι, ἠκροᾶσο alia dixerint cf. Lob. Phryn. p. 360. — Verum βούλεαι sine discrepantia exstat I. 11. 90. 108. 124. 206. 210. III. 53. 119. V. 111. VI. 69. VII. 10, 8. 159. — φαίνεαι I. 27. 32. VII. 14. — διακελεύεαι I. 42. VIII. 80. — παρασκευάζεαι I. 70. — οἴχεαι II. 115. — συγγινώσκεαι IV. 126. — γλίχεαι VII. 161. — προσφέρεαι VII. 209. — γίνεαι V. 31. VII. 52. — ἔρχεαι VI. 69. — βουλεύεαι VII. 12. (12.) 235. — ἐπαγγέλλεαι VII. 29. — περιέχεαι VII. 39. — σφάλλεαι VII. 52. — πυνθάνεαι VII. 157.

— Similiter in secundis futuri temporis personis: θεήσεαι I. 8. ἀπαιρήσεαι I. 71. ἀπεχθήσεαι I. 89. τεύξεαι I. 90. οψεαι I. 155. IX. 16. ἔσεαι II. 78. VII. 14. 236. VIII. 62. — παραμείψεαι V. 52. λάμψεαι I. 199. VII. 39. ἁλώσεαι I. 112. ἀπίξεαι II. 29 bis. ποιήσεαι II. 29. πλεύσεαι II. 29. IX. 91. προσκτήσεαι V. 31. ἐπιθήσεαι Ibid. — ζημιώσεαι VII. 39. καυχήσεαι Ibid. — καταπροΐξεαι VII. 17. καταστρέψεαι IX. 2. Etiam τετιμωρήσεαι IX. 78, quod Suevernus pro codd. Mss. scriptura τετιμώρησαι proposuerat, et Bekk. in ordinem recepit, eo probabilius ab ipso Herodoto profectum esse videtur, quo saepius hoc futurum tertium suo loco a librariis corruptum mutilatumque deprehenditur, ac quo concinnius, isto hic reposito, verbis paulo praegressis ἀποδοὺς — ἕξεις, verba haec ἀνασκολοπίσας τετιμωρήσεαι respondent. — Et secundas singulares personas aoristi I. medii sic solutas habes: I. 45 ἐξεργάσαο et V. 106. VII. 49. — I. 117 κατεχρήσαο vulgat. cum Thom. Mag. p. 82, sed cod. K. male ad vulgarem formam κατεχρήσω aberravit. — διεπρήξαο III. 62. προσεκτήσαο III. 120. VII. 29. ἐδέξαο V. 18. ἐφθέγξαο V. 106. VII. 103. ἀπωρχήσαο VI. 129. ἐβουλεύσαο VII. 12. ὑπεθήκαο VII. 15. ἀπεφήναο VII. 52. Quare III. 32 recte vulgaris forma codicum S. V. ἐμιμήσω vulgatae Herodoteaeque ἐμιμήσαο posthabita est; neque quidquam dubii relictum esse potest, quin male vulgatum ἐποιήσω VIII. 102, nulla varietate enotata, statim in Herodoteum ἐποιήσαο mutandum sit. — Praeterea imperf. ἐνετέλλεο I. 117. ἐπηγγέλλεο VII. 39. — Aor. II. medii: εἴρεο I. 32. ἠγάγεο IX. 111. ἐγένεο I. 35. VII. 14. IX. 16. ἐπίκεο VII. 9, et contracte ἀπίκευ I. 124 (sic nunc vulgat. cum codd. M. K. R. F. a. c. ἀπικνεῦ Ald. S. b. d. ἀπίκνεο alii). (ἐτράπευ VII. 39.) εἷλευ III. 52. 119. ἔθευ III. 155. VII. 209. — Imperat. Aor. II. medii πύθευ III. 68, sic paroxytonon; quam accentus positionem, ab Herodiano, teste Scholiasta Aristoph. Plut. 103 (cf. et Suid. s. v. πιθοῦ, περισπᾶται, ἔστι γὰρ δεύτερος ἀόριστος, τούτους Ἀττικοὶ περισπῶσι, καὶ ἡ χρῆσις ἠκολούθησε τῇ διαλέκτῳ, ἡ γὰρ ἀναλογία βαρύνει. — Ἀναβαλοῦ περισπῶσι οἱ Ἀττικοί. —) analogiae convenientiorem dictam, Buttm. (gr. gr. I, p. 448) apud alios quam apud Atticos frequentiorem fuisse conjecit; quamquam etiam in Euripid. Orest. 1231 (1229) ἵκου vulgatum est, in Soph. Oedip. Col. 745, ut apud Suid., ἵκευ, quem ad locum et ad vs. 471 vide Herm. — Sed non illud solum πύθευ Buttmanni sententiam confirmare videtur, sed etiam ἕξεο, quod V. 39 Schaef. recte pro codicum Mss. (M. P. K. F. S. V. Paris.) scriptura ἰκνέο restituit, et comparandum est cum nomine substantivo ἕξεις V. 40 obvio. Etiam pro vulgato ἀπικνέο V. 24 praebuerunt codd. P. F. b. ἀπίκεο; et quum VIII. 68, 3 pro vulgato cum codd. M. P. K. F. b. d. Stob. 62, 51 βάλλεο, codices S. V. a. c. βαλεῦ exhibeant, conjicio et hic et VII. 51 (βαλεῦ vulg. ἂν βασιλεῦ S. F. pr. ὦν βασιλεῦ Ald.) pro vulgatis βαλεῦ scribendum esse utroque in loco βάλευ. Confer et Apoll. Rhod. II,

67 ἀλλὰ βάλευ περὶ χειρί. Theocrit. X, 22 κατάβαλλε — καὶ ἀμβάλευ. IX, 42 ἀλλ' ἄφιχευ τύ. — μὴ φάνευ Stob. Floril. CVI, 576, 39. Pind. Nem. III, 3 (Boeckh.) ἵκεο (Schol. παραγενοῦ) et nota sunt Homerica ἕλευ, ἔνθεο, σύνθεο, ἔγρεο etc.

Porro imperativos temporis praesentis habes: προσδέκεο III. 62. VI. 69. VII. 235. ἕπεο V. 18. ἀναπαύεο V. 19. ἀπαλλάσσεο V. 50. ἐπιλέγεο VII. 50. πείθεο VIII. 62. 100. φείδεο VIII. 68, 1. κομίζεο VIII. 110. ἐπιφαίνεο VIII. 143; et contracte τέρπευ II. 78 (item Greg. Cor. d. d. Ion. § 60). ἀνέχευ I. 206. V. 19. βούλευ VII. 10, 4 et ibid. πείθευ, ex auctoritate codd. M. P. K. F. nunc vulgatum, pro quo quidem πείθεο praebuerunt Ald. A. B. S. V., nec profecto, quum utrumque et πείθευ et πείθεο sit Herodoteum, facile est dijudicatu, utrum eorum hoc ipso in loco ab Herodoto positum sit. Sed vulgare πορεύου, quod codd. S. b. d. pro πορεύεο recte vulgato habent, non est Herodoteum. Conjunctivi autem secundas personas constanter Herodotus vulgari e consuetudine contracte scripsit, quum aliter formatae poeticae exstitissent. βούλῃ I. 124. III. 134. VII. 35. γένῃ I. 134. δέῃ I. 90. δύνῃ VIII. 57. παραβάλῃ I. 108, ibid. παραχρήσῃ. (de περιποιήσῃ I. 110 vide supra p. 32. —) ἐξεργάσῃ V. 19. ἕλῃ VI. 109. πύθῃ VII. 102. πείθῃ VIII. 60, 1. Nec ferendum esse censeo vulgatum ἴδηαι IV. 9. nec ferendum V. 23 συνέχηαι (συνέχεαι F. S.) pro quibus vel contra omnium codd. Mss. auctoritatem ἴδῃ et συνέχῃ reponi velim. Ac codicis S. scriptura θεήσηαι I. 8 pro vulgato θεήσεαι jam recte neglecta est, et Schaeferi ἢν προθυμέηαι I. 206 pro vulgato εἰ προθυμέεαι (προθυμέαι al.) ac codicis S. εὑρέῃς pro vulgato εὕρῃς. Aeque damnandum est poeticum ἐλαύνῃσι I. 188, a Gsf. al. e codd. M. K. F. male receptum, pro quo jam alii recte ἐλαύνῃ cum codd. S. V. P. a. b. d. reposuerunt. Neque aliud ullum hujus vitiosae formae exemplum invenitur; quamquam in Luciani scripto d. d. Syr. c. 25 ἐθέλῃσι vulgatum est.

Sed conjunctivi aoristi primi et secundi passivi, verborum in μι exeuntium rationem secuti, primam personam et singularis et pluralis numeri et tertiam pluralis in έω, έωμεν, έωσι dissolvere solebat Herodotus; nec tamen idem fecit iis in personis, ubi contractio in ῆ obtinet. Dixit igitur ἀπαιρεθέω III. 65. ἐσσωθέωμεν IV. 97. φανέωσι I. 41. V. 31. ὁρμηθέωσι I. 47. εὑρεθέωσι II. 67 (sic recte vulgat. εὑρεθῶσι S.). — VI. 77 αἱρεθέωσι vulgat. (αἱρεθῶσι S., recte neglectus). — ἑσσωθέωσι V. 118. ἀνδραποδισθέωσι VII. 149. νικηθέωσι VIII. 49. — συλλεχθέωσι II. 62 (sic recte vulgat. cum codd. M. P. K. F. Paris. συλλεχθῶσι S., quod idem cod. S. VI. 58 male exhibuit pro vulgato συλλεχθέωσι). — συμμιχθέωσι VII. 129 vulgat. (συμμιχθῶσι S.). — VIII. 7 ὡς ἂν μὴ ὀφθέωσι vulgat. cum S. V. a. c. (ὀφθείησαν M. P. K. b.) — Sed vulgata ἀποδεχθῶ I. 124. ἐπιμνησθῶ II. 3, quae omnes nostrae editiones, nulla varietate enotata, sic scripta exhibuerunt, nunquam

mihi persuadebitur, ipso ab Herodoto profecta esse, quippe quem equidem sciam ipsum et ἀποδεχθέω et ἐπιμνησθέω scripsisse. Contra μνησθῇς VII. 159 genuinum verumque est, et μνησθῆτε I. 36. συλλεχθῆτε IX. 45. — φανῇ II. 91. 153. III. 27. 137. σαπῇ II. 41. ἀποῤῥαγῇ II. 29. σφαλῇ VII. 168. καρῇ IV. 127. ἐπειχθῇς VIII. 68, 2, 3. φοβηθῇς V. 111. κατονοσθῇς II. 136. νικηθῇς I. 71. ἐπαερθῇς (ἐπαρθῇς) I. 212. νικηθῇ IX. 26. ἐπευρεθῇ IX. 109. παρευρεθῇ III. 31. προσενειχθῇ V. 111. ἀπενειχθῇ VIII 22. ἀνενειχθῇ VIII. 65. ἐξενειχθῇ II. 90. κατακυλισθῇ V. 16. κατακοιμηθῇ IV. 7. ἑψηθῇ IV. 61. ἀπισωθῇ IV. 196. προσδιαλεχθῇ III. 52. ἐκπολεμωθῇ III. 66. διαβληθῇ VIII. 22. καταβρωθῇ III. 16. ἀναγνωσθῇ VII. 236. ἀναγκασθῇ I. 29. δηλωθῇ I. 159. ἀποκληϊσθῇ I. 165. μιχθῇ I. 198. 199 bis. II. 181. IV. 172. ὀρθωθῇ I. 208. ἐξελκυσθῇ II. 70. ἀποπειρηθῇ II. 73. νομισθῇ II. 86; denique δεηθῇ III. 96. 133; ac nescio quo jure Bekk. IV. 154 δεηθέῃ scripserit pro vero δεηθῇ, quod hoc in loco et edd. vett. et Reiz. Matth. Apetz. alii recte servarunt. Nec vero tales formae, quales sunt σχῶμεν III. 85. σχῶσι IV. 30. (σχῇς V. 106) quamquam circumflectuntur, ab Herodoto dissolvi poterant, quippe quae nulla ex contractione profectae; quare in compositis retrahitur accentus κατάσχῃ I. 89. III. 143. ἀπόσχῃ VIII. 22. Sed, ut ἀναβῇ, ἐκβῇ perispomena scribuntur, sic et ἐπιβέωμεν VII. 50, 2 dicendum fuisse infra videbimus. — Neque etiam infinit. σχεῖν, particip. fem. gen. σχοῦσα, quum, quamquam etiam in compositis παρασχεῖν, παρασχοῦσα, ultima et penultima est circumflexa, tamen Doricae formae παρασχέν, παρασχοῖσα similia satis doceant nullam illis subesse contractionem, in prosa oratione recte dissolvi aut diduci possunt. Atque ut jam supra vidimus poeticas formas ὁμοΐϊος, φλοΐϊος, ἐείκοσι, alias prorsus ejiciendas esse e genuina Herodotea oratione, sic et has diductas ἰδέειν, μαθέειν, quas constat ε illud pleonastice ac poetice, ut γεμέωσι, recepisse (cf. Schol. Hesiod. Scut. 231. Etymol. Mag. 465, 49. 224, 50) poetis solis atque iis Ionicis scriptoribus relinquendas esse judico, qui epica et Ionica promiscue usurpabant, et saepissime sine idonea causa ε suum Ionicum inserebant (Aretaeus VI, 25 παθέειν). Sed Herodotum ipsum nego unquam tales posuisse; quum enim saepissime omnibus in libris sine discrepantia hi aoristi secundi infinitivi accentu circumflexo, ε isto pleonastico non inserto, scripti inventi sint, et ibi, ubi aliter legitur, plerumque et altera forma ex codd. Mss. adnotetur, statim cuique, siquidem id vel ex ipsa Herodotea loquendi ratione nondum concluserit, suspicio oboriatur necesse est, et iis in locis, ubi variatur, et iis, ubi omnes poeticam formam exhibuisse dicuntur, hanc nimio grammaticorum librariorumque studio, nostri orationem magis Ionicam reddendi, deberi, ideoque, ut non Herodoteam, cum altera circumflexa commutandam esse. — Et εἰπεῖν quidem ubique sine librorum dissensu sic scriptum habes: I. 27. 61. 86. 91. 110. 140.

141. 153. 159. 160. 199. II. 15. 21. 30. 37. 53. 91. 103. 104. 119. 130. 134. 146. III. 3 ter. 6. 26. 32 bis. 34 ter. 35 bis. 66. 73. 82. 111. 119. 120. 137. 140. 153. IV. 9 bis. 139. 197. V. 105 bis. VI. 68. 69. 124 bis. VII. 12. 56. 130. — ἐπειπεῖν I. 123. κατειπεῖν I. 20. προειπεῖν I. 156. VI. 137. VII. 149. VIII. 19. — Tum ἐλθεῖν I. 1. 27. 86. II. 32 bis. 64. 91. 118. 121, 1, 6. 126. 133 bis. 179. III. 4. 21. 42. 68. 145. IV. 113. 127. 133. 146. 147. V. 18 VI. 68. 86. 134. VII. 8, 3. 148. 158. VIII. 5. 94. 135. IX. 44 bis. — ἐπελθεῖν II. 32. 141. VII. 148. VIII. 133. ἐσελθεῖν I. 24. 86. 191. II. 64. 118. III. 14. IV. 146. διεξελθεῖν I. 24. III. 35. IV. 172. V. 29. παρελθεῖν III. 72. VIII. 135. ἐξελθεῖν VII. 107. παρεξελθεῖν I. 197. VI. 117. ἐπεξελθεῖν VI. 101. VII. 166. προελθεῖν I. 207. ἐπανελθεῖν II. 109. ἀπελθεῖν IV. 95. διελθεῖν V. 10. — Deinde ἀγαγεῖν I. 5 (sic vulg. cum F. a. c. ἄγειν S. V. b. d. e. Ald.). 156. II. 162. III. 9. 23. V. 14. 50. VI. 52. 94. — παραγαγεῖν I. 91. ἀπαγαγεῖν I. 164. VI. 118. ἐξαγαγεῖν V. 50. VII. 128. συναγαγεῖν II. 111. ἀναγαγεῖν III. 41. VI. 104. — Porro ἐκλιπεῖν I. 150. IV. 33. 105. 158. VI. 13. 100. 101. VII. 130. 219. 220. IX. 57. — ἀπολιπεῖν II. 30. IX. 53. 57 bis. — καταλιπεῖν VIII. 102. — τυχεῖν I. 31. 191. II. 121, 2. III. 121 bis. V. 44. VII. 38. 151. VIII. 65. 102. συντυχεῖν IV. 14 (item Orig. ctr. Cels. III, 126.). ἐξαμαρτεῖν I. 108. — περιιδεῖν I. 115. II. 64. — ἁδεῖν III. 45. ἀπαδεῖν II. 129. — τεκεῖν III. 151. 153. VI. 52 bis. 68. 131. — λαθεῖν V. 86. — ἀναβλαστεῖν V. 92, 4. — πταρεῖν VI. 107. — Aliis in verbis non ubique sibi constant libri; ἑλεῖν quidem constat his in locis: I. 73. II. 110. III. 4. 152 bis. 154. VI. 134. VII. 170. VIII. 52. κατελεῖν I. 4. ἀνελεῖν VI. 52. VII. 148. — διελεῖν I. 123. συνελεῖν V. 44. ἐξελεῖν I. 103. VI. 9. 23. VII. 106. IX. 117. Sed VI. 82, ubi cod. S. recte ἑλεῖν (τὸ Ἄργος) exhibet, ἑλέειν vulgatum est; sed falso. Ibid. mox εὐπετέως ἑλεῖν edd. vett. Gsf. alii; ἑλέειν male Bekk. al. IX. 3 ἑλεῖν edd. vett. cum S. al. ἑλέειν recentiores male cum V. I. 36 συνεξελεῖν vulg. (ξυνελεῖν S.) συνεξελέειν F. VIII. 111 ἐξελεῖν olim vulgat., nunc male cum S. V. ἐξελέειν; item cap. 121. — Sed equidem haud dubito, quum nulla idonea causa appareat, ex qua bis in locis Herodotum ε inseruisse jure contendas, ac sit verosimile, codices quosdam Parisienses aut alios cum veteribus editionibus hac in re consensisse, immerito a recentioribus, nimis aliorum quorundam studiosis, neglectos, quin ubique scriptura ἑλεῖν, ἐξελεῖν, συνεξελεῖν sit praeferenda. — φυγεῖν omnibus in libris sic scriptum exstat VI. 103. Sed VIII. 76 φυγεῖν cod. F., φυγέειν vulg. cum S. V. I. 1 ἀποφυγεῖν codd. S. V. C. b. d. ἀποφυγέειν vulgat., procul dubio, ut illud φυγέειν, rejiciendum. — μαθεῖν omnes recte retinent I. 9. II. 107. 133. IV. 114. VI. 82. 84. VIII. 65. 88. — ἐκμαθεῖν III. 137. VII. 32. Verum I. 10 μαθεῖν S. M. F. a. b. c. d. μαθέειν vulgo. — 43 ἐκμαθεῖν M. F. a. b. c. d. ἐκμαθέειν vulg. VII. 234 ἐκμαθέειν vulg. ἐκμαθεῖν S., qui idem cod. S. VIII. 133 ἐκ-

μαθεῖν praebuit pro vulgato ἐκμαθέειν. Sed praeferenda sunt ἐκμαθεῖν et μαθεῖν. — λαβεῖν sine scripturae discrepantia habes I. 27 bis. 119. 141. 183. 187. III. 148. IV. 5. 11. 45. VI. 9. 23. 52. 104. 137. VII. 11. 19. VIII. 90. καταλαβεῖν I. 46. 87. IV. 8. 46. V. 71. VI. 120. VII. 10, 3. 230. παραλαβεῖν II. 19 bis. VII. 205. 211. συλλαβεῖν I. 32 (item Stob. Serm. 103 p. 564). VI. 50. ἀναλαβεῖν II. 4. V. 62. ὑπολαβεῖν IV. 179. VIII. 118. — Sed II. 37 nunc quidem recte λαβεῖν vulgatum est, βαλέειν autem edd. vett. cum S. βαλεῖν a. c. II. 55 ὑπολαβεῖν vulgat. cum codd. Mss. ὑπολαβέειν Borheck. I. 114 διαλαβεῖν Gsf. al. cum codd. S. M. F. Paris. διαλαβέειν Ald. al. III. 73 ἀναλαβέειν male plurimae editiones cum S. V. sed edd. vett. αναλαβεῖν, quod retinendum erat, ut λαβεῖν, διαλαβεῖν, ὑπολαβεῖν praeferenda sunt. — ἰδεῖν vulgatum est sine enotata varietate I. 111. II. 32. 121, 4. III. 65. IV. 31. VI. 137 bis. VIII. 65. περιιδεῖν III. 65. κατιδεῖν II. 132. ὑπεριδεῖν VI. 106. — Sed I. 32 ἰδεῖν M. S. Stob. Serm. 103 p. 564. ἰδέειν male vulg. nunc cum R. V. c. I. 24 περιιδέειν vulg. cum e, ubi quidem verum περιιδεῖν codd. S. F. a. b. c. d., quod haud dubie, ut illud ἰδεῖν, reponendum erat. παθεῖν omnes retinuerunt VII. 50, 1. Sed I. 32 παθέειν male vulgat. e codd. R. V. c., pro quo verum παθεῖν codd. M. S. et Stob. Serm. 103 p. 564 exhibuerunt. III. 156 nunc male cum cod. S. et VIII. 43 cum codd. S. V. παθέειν legitur, ubi quidem jam olim genuinum παθεῖν edebatur. — Infinitivus σχεῖν sic recte scriptus omnibus in libris habetur VI. 23. 86, 3. 137. VIII. 40 bis. παρασχεῖν II. 180. III. 4. V. 30. VIII. 100. 101. μετασχεῖν I. 143. ἐπισχεῖν I. 108. V. 51. 89. VII. 10, 6. 19. VIII. 5. 100. Quare vulgatum ἐπισχέειν I. 32, quamquam in codd. R. V. e. habitum, omittendum, et ἐπισχεῖν, quod codd. M. S. (liber Ven. ἐπιχεῖν) et Stob. 103 p. 564 exhibuerunt, reponendum est. — εὑρεῖν libris consentientibus scribitur IV. 9. 97 bis. IX. 37. 90. ἀνευρεῖν I. 67. II. 2. 54. 140. ἐπεξευρεῖν II. 160 bis. ἐξευρεῖν I. 48. II. 140. 156. VI. 52. 107. Etiam IV. 140 ἐξευρεῖν cum codd. S. F. a. scribendum est pro vulgato ἐξευρέειν. — Atque in ἀποθανεῖν libri consentiunt III. 32. 118. IV. 14 (item Origen. ctr. Cels. III, p. 125). V. 111. VI. 38. 103. VII. 4. 117. 155. 170. 230. IX. 71 bis. 75. — Sed III. 73 nunc quidem e codd. S. V. ἀποθανέειν vulgatum est, pro quo id, quod jam olim legebatur, ἀποθανεῖν retinendum erat. ἀναδραμεῖν est VII. 212 sine scripturae discrepantia; et I. 87 συνδραμεῖν in codd. S. P. K. F. a. b. c. d., haud dubie praeferendum vulgatae συνδραμέειν. — περιβαλεῖν omnes habent I. 129. 141. ἐκβαλεῖν V. 67. ἐμβαλεῖν IX. 13. ἐσβαλεῖν VI. 84 bis. συμβαλεῖν IX. 13. — Sed IV. 53 συμβαλέειν vulgatum est, ubi quidem cod. S. συμβαλεῖν, cod. F. ἐμβαλεῖν. VI. 89 συμβαλέειν. vulg. συμβαλεῖν F. — 109 init. τῶν μὲν οὐκ ἐόντων συμβαλέειν Bekk. al. ξυμβαλεῖν F. συμβάλλειν Gsf. al. Ibid. ὀλίγους γὰρ εἶναι συμβαλέειν Bekk. al. ξυμβαλεῖν F. συμβάλλειν P. V. a. Et sub finem ejusdem

capitis vulgo cum codd. F. b. τῶν μὲν κελευόντων, τῶν δὲ οὐ συμβάλλειν (sive οὔ συμβαλέειν Bekk.), alii cum codd. S. V. τῶν μὲν κελευόντων συμβαλέειν, τῶν δὲ οὐ συμβαλέειν, sed jam supra p. 86 exposuimus haec sic rescribenda esse τῶν μὲν κελευόντων συμβαλεῖν, τῶν δὲ οὔ. Neque etiam in superioribus locis ullum est impedimentum, quin συμβαλεῖν praeferamus. — VIII. 22 μεταβαλεῖν edd. vett. et cod. F. μεταβαλέειν nunc male vulgat. cum S. V. VII. 170 ἐκβαλεῖν F. S. ἐκβαλέειν male vulgatum. — περιταμεῖν libris consentientibus scribitur II. 162. ἀποταμεῖν VII. 35. VIII. 90. 118. διαταμεῖν VII. 38. Sed II. 139 διαταμέειν vulgo cum codd. M. P. K., ubi quidem διαταμεύειν F. διαταμεῖν S. et Greg. Cor. Ion. 67 διατάμνειν; ex quibus scripturae discrepantiis διαταμεῖν, ut solum Herodoteum, eligendum erat. Quamquam Hippocrates, si fides est nostris exemplaribus, διατεμέειν (διατεμνέειν) dixit de Morb. II, p. 471, 10. — συμπεσεῖν, nulla varietate enotata, VII. 137. 151. Sed II. 49 praebet cod. S. συμπεσεῖ γε, edd. συμπεσέειν γε, quod haud dubie in συμπεσεῖν γε mutandum est; ut VI. 18 συμπεσεῖν retinendum cum codd. K. a. pro συμπεσέειν nunc vulgat. cum codd. S. V. F.; et IV. 5 et 203 habet cod. S. verum πεσεῖν, et cap. 160 πεσεῖν F. pro vulgatis rejiciendisque πεσέειν. — πιεῖν IV. 172 omnes; sed VI. 84, quo ex loco Athen. X, p. 436 et Eust. ad Il. p. 746, 10 = 644, 43 verum πιεῖν attulerunt, nunc male cum codd. K. F. πιέειν legitur (πίνειν cod. S.). Ac VI. 134 e cod. F. ὑπερθορεῖν recipiendum erat pro vulgato ὑπερθορέειν. — Sed restant nonnulla quaedam exempla, ubi omnes nostrae editiones, nulla varietate enotata, in poeticam formam in έειν diductam concordant: ἑλέειν I. 36. — ἀποφυγέειν I. 91. IV. 46. διαφυγέειν I. 10. 204. VIII. 87. 88. — μαθέειν VII. 209. ἰδέειν V. 24. — παθέειν II. 141. VI. 12. VII. 17. — ἐξευρέειν II. 4 bis. — ἀποθανέειν I. 85. VII. 229. — βαλέειν II. 111. III. 12. 35 bis. διαβαλέειν V. 97. ἐμβαλέειν IV. 125. συμβαλέειν II. 10. III. 32. 160. IV. 42. 99. ἀποβαλέειν III. 41. VIII. 65. — ἀποταμέειν II. 121, 2. — φαγέειν II. 141. — πεσέειν II. 141. III. 53. 81. V. 86. συμπεσέειν III. 120. ἐπιπεσέειν V. 86. μεταπεσέειν VI. 61. — Fortasse accuratior, quam nunc habemus, omnium codd. Mss. collatio, unum et alterum ex hoc numero eximet; sed, vel omnibus codicibus illis in locis consentientibus, ista exempla illis superioribus convenienter scribenda atque in ἑλεῖν, μαθεῖν, ἰδεῖν etc. etc. mutanda esse arbitror. Cur enim Herodotum, nullis metri legibus adstrictum, nullaque poetica licentia evagatum, mox ἑλεῖν mox ἑλέειν scripsisse statuas? Nullam credo hujus rei idoneam afferre poteris causam.

Terminationes tertiae personae pluralis numeri perfecti et plusquamperfecti passivi non solum Iones, sed etiam Atticos saepissime in αται, ατο ita formasse, ut tenues in aspiratas, ε in η mutarent, in vulgus est notum. cf. Piers. ad Moer. p. 154 ἐτετάχατο ἀττικῶς, τεταγμένοι ἦσαν Ἑλληνικῶς. (Xenoph. Anab. IV, 8, 5 ἀντιτετάχαται.)

Uno autem in verbo costanter ab Herodoto tenuis est servata, id est ἀπίκατο I. 2. IV. 140. 200. VI. 9. 118. VII. 153. 157. 168. 175. 209. VIII. 6. 36. 46. 67. 113. Ceterum dixit ἀναμεμίχαται I. 146 bis. — ἐτετάχατο I. 191. VI. 113. VII. 87 ter. IX. 33. 57. διετετάχατο I. 80. προσετετάχατο I. 192. II. 175. VII. 65. 70. παρατετάχατο VIII. 9, 5. — ἀποδεδέχαται II. 43. 65. 77. — ἐσεσάχατο VII. 62. 70. 73. 86 bis. — εἱλίχατο VII. 90. κατειλίχατο VII. 76. — κατεστράφατο I. 27. 141. ἀπεστράφατο I. 166. τετρίφατο II. 93. τετάφαται VI. 103 (sic e cod. c. restituendum fuisse pro τεθάφαται male vulgato patet). — κεχωρίδαται I. 140. 151. II. 91. — ἐσκευάδαται IV. 58. ἐσκευάδατο VII. 62. 67. 86. παρεσκευάδατο III. 150. V. 34. 65. VII. 218. 219. IX. 97 bis. — ἀγωνίδαται IX. 26. — Sed ἐσταλάδατο, quod VII. 89 vulgatum et a codd. S. V. praebitum, etiam ab Eust. ad Il. p. 234, 14 = 177 28 ex illo loco repetitum est, pro quo quidem ἐστελάδατο edd. vett. et cod. F. praebent, et cod. d. interpretamentum ἐσκευάδατο, id ἐσταλάδατο jure merito Goettlingius ad Hes. Scut. 288 monstrum nominavit, sed immerito, opinor, miratus est, cur illi nondum ἐσκευάδατο substitutum esset, quum et ἐσκευάδατο et id quod Valckenarius reponi voluit ἐστολίδατο nihil nisi interpretamenta sint solius verae formae ἐστάλατο, a Bekk. recte repositae. Nam Schweighaeuseri opinioni, qua conjecit ἐσταλάδατο ex his duabus scripturis ἐστάλατο et ἐσκευάδατο ortum esse, facile accedo; nisi cui illud ad similitudinem Homericarum formarum ἐληλάδατο, ἐρράδαται, ἀκηχέδαται male fictum esse videatur. Lobeckium (ad Aj. p. 403) hanc emendationem illi loco adhibere non ausum esse, non mirum videtur, quum ille vir clarissimus saepius omnia a codd. Mss. oblata, quamvis ipso in loco manifesto vitiata, grammaticis solis rationibus ductus munire solitus sit. Etiam in Hesychii verbis ἐσταλάδαντο ἐστολισμένοι ἦσαν, haud dubie ἐστάλατο emendandum est; nam Hesychium ipsum vitiosis libris in errorem inductum esse, nemo facile contendat. — Similiter noster dixit VIII. 90 διεφθάρατο (sic enim retinendum, quamquam διεφθαρέατο Gsf. al. διεφθειρέατο codd. a. c. praebuerunt). — ἐδεδέατο I. 66. III. 143. V. 77. — κατακεχύαται II. 75 sic recte vulgatum est; κατακεχύδαται male Schaef. cum codd. S. V. κατακεχύνδαται d. — ἐνιδρύαται II. 156. ἱδρύατο II. 182, quod non debebat Matth. (gr. gr. I, p. 466 (§ 204) in numerum imperfectorum referre; est enim plusquamperfectum. — Praeterea ἐκεκοσμέατο III. 91; nam et vocalem η et diphthongum ει primae personae noster constanter hac in formatione in ε corripuit, neque unquam poetarum e more -ηαται aut -ειαται dixit; quare IX. 31 merito codicum S. V. scriptura ἐκεκοσμήατο pro vulgato ἐκεκοσμέατο neglecta est. cf. Suid. s. v. εἵατο. Ἰωνικὸν ἕατο, ποιητικῶς εἵατο. Etymol. Mag. p. 294. Eustath. ad Il. β' p. 177 = 234. Greg. Cor. d. d. Ion. § 74. — εἰ μέντοι ἀπὸ περισπωμένων φύσει μακρᾷ παραληγόμενον, ταύτην συστέλλουσι πρὸ τοῦ αται εἰς τὴν ὀφειλομένην συστολήν. πεποιη-

ται, πεποιέαται, βεβόηται, βεβοέαται. — Herod. I. 136 ἡγέαται. — οἰκέαται I. 142. πεπονέαται II. 63. ἐμεμνέατο II. 104. συννενέαται II. 135. IV. 62. ἐκτέαται IV. 23. 174. VI. 52. VII. 176. μεμετρέαται IV. 86. ὡρμέαται V. 121. ἠρτέαται I. 125. εἰρέαται IV. 181. VII. 81. 82. 96. ὑμνέαται V. 67. ἀναραιρέατο VI. 108. ἐτετιμέατο VI. 124. ἐνενεπορπέατο VII. 77. πεπειρέατο VII. 125. κεκλέαται II. 164. Etiam ἀποκεκλέατο IX. 50, quamvis ab ἀποκεκλῄμην deducendum. Sed vulgatum περιεβεβλήατο VI. 25, quamvis omnes retineant nostrae editiones, nulla varietate enotata, nullo modo in genuina Herodotea oratione tolerari posse judico, sed in verum περιεβεβλέατο mutandum esse*). — Porro ἐκέατο pro ἔκειντο habes I. 167. VIII. 25. προεκέατο III. 83. προσεκέατο IX. 57. προσκέαται I. 133. διακέαται I. 105. ἐπικέαται VI. 58. ἐπεκέατο VI. 49. 78. VIII. 84. IX. 22. ἀνακέαται I. 14 (cod. S. ἀνακέανται). VIII. 27 (ἀνακέεται S. V.). — κατεκέατο VII. 229 (κατεκέετο F. male). — Atque κατέαται pro κάτηνται est I. 199. II. 86. IV. 196. ἀποκατέαται IV. 66. κατέατο IX. 90. III. 144. VIII. 73. περικατέατο VIII. 111. VI. 23. — Etiam ᾱ et ō ante has terminationes αται, ατο posita in ε mutantur, ut ἀναπεπτέαται IX. 9; praeterea ἐπιστέαται III. 2. 103. IV. 174, verba enim in μι exeuntia, quorum quidem praesentia passivi non una in re propius accedunt ad universam speciem perfecti passivi vulgaris verbi, sola etiam in indicativis praesentis temporis hanc permutationem receperunt, quae alias in optativis solis praesentis temporis, quippe qui in ντο exeant, invenitur. Sed imperfecti et aoristi secundi medii tertiae personae plurales indicativi etiam verborum barytonorum et in έω exeuntium, hanc formationem apud Herodotum recipere possunt. Verumtamen aoristi primi medii indicativi nullum reperitur exemplum, neque apud Herodotum neque apud alium quemquam, sed optativi plurima. ἐπιστέαται igitur illis in locis invenitur; ἐπανιστέατο III. 61. ὑπανιστέαται II. 80. ἀπιστέαται II. 113. ἐξανιστέαται V. 61. δυνέαται II. 142. IV. 30. προτιθέαται I. 133 bis. IV. 26. Sed ἐκδιδόαται II. 47 recte vulg. cum cod. F. qua in forma littera ō, ut e stirpe verbi profecta et propria hujus verborum generis, non potuit in ε mutari. Quod autem idem cod. F. ibidem statim subjunxit ἀγέαται pro ἄγονται prorsus rejiciendum est, ut II. 67 ἀπαγέαται ab eodem cod. F. praebitum pro vulgato cum cod. S. ἀπάγονται, et I. 209 κηδέαται a codd. F. P. Wessel. Bekk. male exhibitum pro κήδονται, quod Gsf. al. recte servarunt. (De Homericis formis εἰρύαται (quod Lobeckius ab ἐρῦμαι derivari vult) et εἰλύαται vide Buttm. gr. gr. II, p. 7 sqq. et p. 182.) — Praeterea imperfecta: ἐδυνέατο IV. 110. 114. 185. VII. 211. IX. 70. 103. ἀπιστέατο II. 162. ἐπανιστέατο IV. 80. κατιστέατο VIII. 12. ἠπιστέατο II. 53. 173. III. 66. 67. V. 73. VI. 44. VIII. 5. 25. 88. 97. 132. ἐξηπιστέατο II. 43. παρετιθέατο I. 119. ἐναπεδει-

*) cf. Schol. ad Hom. Il. IX, 3.

κνύατο IX. 58. — ἐβουλέατο I. 4. III. 143. ἐπαπενιζέατο II. 172. ἐγινέατο I. 67. ὑπεδεκέατο IV. 167. ἀπεγραφέατο V. 29. ἐσινέατο VII. 147. Huc etiam pertinet ἐμηχανέατο V. 63 pro ἐμηχανε(α)έατο, altero ε eliso, quum Herodoteo ex usu verba in αω terminata, contractione in ω repudiata, αω, αο in εω, εο transmutasse infra viderimus. Etiam pro ὅκως πειρῴατο, a Schweigh. Bekk. al. recepto, vel vulgato vitiosoque ἐπειρώατο, praebuit cod. c. ἐπειρέατο. — Imperfect. ὡρμέατο I. 83 οἱ δὲ — ἐπείτε ἐπύθοντο — ὡρμέατο βοηθέειν. I. 158 ταῦτα ὡς ἤκουσαν ὡρμέατο ἐκδιδόναι, ὁρμεομένου δὲ ταύτῃ τοῦ πλήθεος, Ἀριστόδικος — ἔσχε μὴ ποιῆσαι. VII. 215 Ξέρξης δὲ — ἔπεμπε Ὑδάρνεα καὶ τῶν ἐστρατήγεε Ὑδάρνης. ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἁφὰς — τὴν δὲ ἀτραπὸν ταύτην ἐξεῦρον κ. τ. λ. VIII. 25 οἱ μὲν ἀπέπλωον — οἱ δὲ ἐς ὁδὸν ὡρμέατο. — 35 ἄλλοι δὲ — ὡρμέατο ἐπὶ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι. — 109 οὗτοι γὰρ — περιημέκτεον, ὡρμέατό τε — πλώειν. IX. 61 ταῦτα ὡς ἐπύθοντο, ὡρμέατο βοηθέειν. — 102 ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος ἀραίρητο, οὐ πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο — πρὸς φυγὴν ὡρμέατο. — Quibus omnibus in locis manifestum est imperfectum tantum locum habere; sed fortasse aliquis dicat, sensu quidem ac notione imperfecta ista esse, specie vero ac forma plusquamperfecta, atque ipso meo gladio, quemadmodum dicitur, me jugulare posse sibi videatur, quum quae supra p. 320 de plusquamperfectis activi diximus, iisdem etiam hic abutatur. Verum tali ab opinione discedendum esse, non solum tales loci demonstrant, quales sunt VII. 37 ὁ στρατὸς ὡρμᾶτο ἐλῶν ἐς Ἄβυδον. VII. 88 ὡς γὰρ ὡρμέωντο (ὡρμέοντο) ἐνέπεσε κ. τ. λ. *), sed etiam ipsa praesentia et aoristi, ad hoc imperfectum pertinentia VII. 189 τοῖσι βαρβάροισι ὁρμέουσι ὁ Βορέης ἐπέπεσε. ὁρμᾶται de fluvio profluente II. 33. IV. 51. 52. 55. ὁρμᾶσθαι I. 24. Particip. I. 158. ὁρμεομένου πλήθεος et I. 41. 17. 36. 167. II. 73. 151. III. 98. IV. 57. V. 31. 47. 89. 94. 125. 126. VI. 17. 26. 44. 84. 90. 95. 137. VII. 22. 30. 34. 42 (ubi cod. S. male, ut V. 89 pro vulgatis ὁρμεώμενοι et ὁρμεωμένοισι praebuit ὁρμημένοι et ὁρμημένοισιν). 179. 235. VIII. 112. 133. 138. — ὁρμῆσαι I. 1. 76. IV. 159. IX. 93. ὁρμηθῆναι I. 47. 62 bis. 146. II. 102. III. 26. IV. 42. 92. V. 76. VI. 29. 41. 64. IX. 114. cujus futurum ὁρμήσεσθαι vide V. 34. — Habent quidem etiam haec tempora, his in significationibus usurpata, suum perfectum ὡρμῆσθαι, profectum et in itinere esse, veluti VII. 37 ὡρμημένῳ δέ οἱ ὁ ἥλιος — ἀφανὴς ἦν. VII. 57. VIII. 12. 140, 1. IX. 59. V. 121. Quibus locis statim subjungi possunt hi III. 56 ὡς λόγος ὥρμηται. IV. 16. VII. 189. Tum hi, ubi ὡρμῆσθαι significat paratum esse, propositum habere, molitum esse cum

*) Etiam imperfectum activi, quamquam notione transitiva, ὥρμα VIII. 106 (τὸ στράτευμα ὥρμα ὁ βασιλεύς) afferri potest. Quum enim et activa verbi forma notione intransitiva inveniatur, patet ὅρμα, (ὥρμεον) ὡρμᾶται, ὡρμέατο, recte inter se comparari posse.

quodam acriore potissimum animi impetu: VII. 1 καὶ μᾶλλον ὥρμητο στρατεύεσθαι bis. cf. et VII. 4. 22. 19 ὡρμημένῳ - στρατηλατέειν. IV. 143 ὡρμημέναν Δαρείου ῥοιὰς τρώγειν. V. 50 ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, τὸν ὥρμητο λέγειν. II. 119 ἀποπλέειν γὰρ ὡρμημένον, ἴσχον κ. τ. λ. III. 4 ὡρμημένῳ στρατεύεσθαι.

Ex verbis in έω exeuntibus exemplum est προαιδέατο I. 61. nam imperfectum id est, non plusquamperfectum, quod προαιδέδατο formatum fuisse necesse esset; sed nullum verbum, quod in futuro activi brevem retinet vocalem atque in perfecto passivi σ recipit, ut αἰδέομαι, ἥδεσμαι, apud Herodotum in perfecto aut plusquamperfecto passivi hanc terminationem in αται, ατο accipere potest; quare ἀναπεπτέαται IX. 9 ab ἀναπέπταμαι deducendum erat, quamquam in oraculo I. 62 ἐκπεπέτασται invenitur; et Hesychii glossa ἀπεσπάδατο, ἀπέστησαν non Herodotea est. — Huc accedit, quod praesens προαιδεῦμαι III. 140. ipsa sua notione, qua significat, debitorem esse ob ante acceptam referendamque gratiam, propius accedit ad perfecti temporis significatum; unde per se patet, imperfectum προαιδεόμην, προαιδέατο ad similitudinem plusquamperfecti positum esse: αἵτινές (πόλιες) σφι προαιδέατό κουτι, quae urbes iis referendam quandam gratiam debebant. — Aoristi II. medii exempla haec sunt: ἐγενέατο II. 166. περιεγενέατο I. 214. — ἀπικέατο I. 15. 152. 169. IV. 203. V. 98 bis. 99 bis. VI. 16. VII. 118. 131. IX. 17. 55. — ἐπυθέατο VII. 172. — Optativi praesentis temporis: δυναίατο VII. 103. VIII. 130. IX. 74. συνανισταίατο V. 37. — βουλοίατο I. 3. III. 38. V. 96. VIII. 30. 109. — γινοίατο I. 196. IV. 42. VIII. 115. — συμφεροίατο I. 196. ἀποφεροίατο VII. 152. — ἀγοίατο III. 48. καταγοίατο IV. 43. — πυνθανοίατο VIII. 76. — ῥυοίατο IV. 135. νεμοίατο IV. 99 bis. φαινοίατο VI. 53. ἀφανιζοίατο VII. 6. νομιζοίατο VII. 151. VIII. 128. σινοίατο IX. 51. — λυπεοίατο I. 99. δεοίατο V. 73. ἀνιῴατο IV. 130. πειρῴατο (I. 68.) VI. 138. Etiam male vulgatum μηχανοίατο VI. 46 in Herodoteum μηχανῴατο mutandum esse, postea videbimus. — Optat. aor. I. medii: γευσαίατο II. 47. δεξαίατο III. 38. ἐνδεξαίατο III. 28. ἀνακτησαίατο III. 75. ibid. τισαίατο. — Optat. aor. II. medii: γενοίατο I. 67. II. 2 bis. 165. V. 96. 118. VI. 52. VII. 103. — ἑλοίατο III. 38. ἀπελοίατο I. 70. ἀνελοίατο IX. 22. — ἀπικοίατο II. 160. V. 92, 3, 4. VI. 49. VII. 233. IX. 27. — ἀποταμοίατο IV. 99. — ὑπερβαλοίατο VI. 13. ἀπολοίατο VIII. 90. ἰδοίατο IX. 51. Quibus omnibus in formis optativorum ne mirum esse videatur diphthongum servatam esse integram, animadvertendum est, omnibus iis optativis formandis ι litteram necessariam esse, quae cum vocali proxime praecedente in unam diphthongum conjuncta etiam hac in formatione retinenda fuerit.

Quum autem non omnia haec tempora, quae hanc formationem recipere potuerunt, semper receperint, ne omnia quidem praesentia verborum in μι, quorum quidem tertiae plurales in εαται, οαται maxime prosae orationis Ionicae propriae fuisse videntur, suspicari

licet non ex illis solum, modo allatis, locis esse quosdam, in quos alii librarii alteram formam invexerint, sed etiam ex iis, ubi vulgaris forma vulgata est. Quod utrumque etiam est factum. Nam I. 15 pro vulgato cum codd. M. R. F. a. c. ἀπικέατο attulit Suid. s. v. Γύγης ἀπίκοντο, quod est in codd. S. V. b. d. e. I. 2 ἀπίκατο vulg. cum M. V. F. pr. m. (ἀπίκαντο F. m. sec.) ἀπίκοντο S. a. b. c. d. e. cf. et Var. Lectt. ad I. 67. 152. 214. VII. 172. Sed neque in his locis quidquam nos cogit, ut a vulgatis discedamus, neque in aliis, ubi Schaeferus plerumque sine librorum auctoritate formam in ατο exeuntem recepit: I. 1 ἀπίκοντο vulgat. ἀπίκατο Schaef. 61 Ἀργεῖοι ἀπίκοντο vulg. ἀπίκατο solus Schaef. 62 ἀπίκοντο ὀπίσω vulg. ἀπικέατο Schaef. Ibid. ἐπύθοντο vulg. ἐπυθέατο Schaef., item I. 83. — Neque ullam fuisse causam, cur his in formis augmentum temporale omitteretur, sed ἠρτέαται scribendum esse, ἠπιστέατο, ὡρμέατο, ὡρμέαται (quamquam Eust. ad Il. β' p. 177 = 234 dixit: Ἡρόδοτος δὲ καὶ στρατεύεσθαι ὁρμέαται καὶ ἀγωνίδαται, ubi patet non de augmento illum egisse) jam supra vidimus.

Sed jam satis antiquis temporibus hanc pluralis numeri terminationem etiam pro singulari abusive, ut ita dicam, usurpari coeptam esse, docent scholia Hom., ubi grammatici Euphorion (ad Il. ψ' 179) et Zenodotus (ad Il. π' vs. 243) vituperantur, quorum ille φλεγεθοίατο, ut singulari numero, usus sit, hic pro ἐπίστηται ἐπιστέαται scribere maluerit; docent singula a grammaticis veteribus e poetis ejusdem Alexandrinae aetatis exempla allata, cf. Anecd. Cram. I, 373. Etymol. Mag. 653, 30, ubi ex Callim. παρείατο κούρῃ, qui idem Callimachus Frag. XXXII δειδέχαται pro singulari usurpavit (cf. Lob. ad Buttm. II, p. 8 et p. 487.). Simulque tamen conjicio ante haec Alexandrinorum tempora non genuinam esse, ubi nostris in codicibus inveniatur, hanc singularis numeri formam, neque apud Hippocratem (cf. Foes. Oec. Hipp. s. vv. εἰρύεσθαι et ἐξαρύω, Lob. ad Buttm. ll. ll. Matth. gr. gr. I, p. 465, ubi huic εἰρέαται pro εἴρηται ab Hippocrate positum esse videtur) neque apud Herodotum diutius ferendam esse. Et ex recentioribus Herodoti editoribus quidam nonnulla hujusmodi vitia jam expulerunt, sed restant alia. I. 151 μία οἰκέεται πόλις nunc recte vulgat. οἰκέαται Ald. al. cum cod. c. — 183 τράπεζα μεγάλη παρακέεται nunc recte vulg. παρακέαται Ald. al. cum cod. c. — 193 παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἴκητο sic nunc recte vulg. οἰκέατο edd. vett. II. 83 μαντικὴ αὐτοῖσι — διακέεται nunc vulg. διακέαται Ald. III. 130 ἑκάστη - ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα vulg. ἐδωρέατο S. IV. 62 χεὶρ — κέεται vulg. cum codd. K. A. B. F. (κεῖται S. V.) κέαται M. P. — 144 ὁ Μεγάβαζος — κατεστρέφετο vulg. κατεστρέφατο cod. S. — 166 ὡς οἱ (Δαρείῳ) ἐπανίσταιτο (Ἀρυάνδης) scripsit Bekk. recte; alii male cum cod. P. ἐπανιστέαιτο, alii aeque damnandum cum codd. M. S. K. F. f. ἐπανιστέατο. Ibid. ἐμιμέετο (Ἀρυάνδης) vulg. ἐμιμέατο S. — V. 3 εἰ ἄρχοιτο (τὸ ἔθνος) vulg. cum codd. M. P. K. F. Paris. ἀρχοίατο S. V. — 100 τὴν ἀκρόπολιν ἐρρύετο αὐτὸς Ἀρταφέρνης vulgat.,

alii codd. ἱρύατο (quem ad loc. vide Wessel.) — 104 οὗτος ὡνὴρ-παρηγορέετο M. Gron. al. Alii παρηγορέατο. — *) III. 14 Καμβύσης — διεπειρᾶτο vulgat. διεπειρεᾶτο S. (διεπειρέετο male Koen. ad Greg. Cor. d. d. Ion. § 15.) VI. 53 εἴρηταί μοι plurimae editiones recte cum codd. S. F. Paris. pro quo alii cum codd. M. P. K. εἰρέαται male praetulerunt. — 55 ἄλλοισι γὰρ περὶ αὐτῶν εἴρηται vulgat. εἰρέαται P. VII. 189 ὡς φάτις ὥρμηται vulgat. ὡρμέαται V. ὡρμέατο S. VIII. 35 πάντα ἠπίστατο Ξέρξης vulg. cum F. a. c. al. ἐπιστέατο S. V. (cf. et c. 136) — 90 ἦτε δὴ Ἀττικὴ (νῆυς) κατεδύετο vulg. κατεδυέατο cod. S. — 112 Θεμιστοκλέης — ἐκτέετο vulg. (ἐκτᾶτο repone) sed codd. M. P. K. F. male ἐκτέατο. IX. 37 οὗτος ἐχρέετο Ald. alii cum B. (ἐχρᾶτο S. V.) ἐχρέατο M. P. K. F.

His omnibus in locis formas in εαται, εατο, αται desinentes non ipso ab Herodoto profectas esse judico, quare ab eorum partibus est standum, qui alteram Herodoteamque quoque in loco receperunt. Hunc ad errorem librariorum et eos locos arbitror referendos esse, ubi illos, plurali quidem verbi numero opus esse agnoscentes, sed veras formas in εαται, εατο exeuntes pro singularibus falso habentes, ν littera inter α et τ inserta, ἀνακέανται, ἀπίκαντο formasse supra vidimus; et eos locos, ubi illi -εαται, εατο cum -εεται, εετο, ετο etc. commutari posse putarunt: I. 27 ὡς οἱ Ἕλληνες κατεστράφατο vulg. κατεστρέφετο e. — 152 ὡς δὲ ἀπικέατο — οἱ ἄγγελοι vulg. ἀπίκετο F. cf. et Var. Lectt. ad VII. 229. VIII. 27. (36 et I. 83.) et Herm. ad Soph. Trach. 517. Euripid. Bacch. 1344. — Apud posteriores autem scriptores, qui quidem ipsi saepius has tertias personas singularis numeri in εαται, εατο terminatas usurpabant, incertum est, quibus in locis eae sint genuinae et in quos a librariis illatae sint. Sed in Suid. lex., ubi vulgo κεκινέαται κεκίνηται legebantur, Bernh. verissime κεκίνηνται emendavit, et ubi vulgo ἕαται ἧνται, ὡς μέμνέαται, idem vir doctissimus ex Schol. Vict. Il. γ' 134 μέμνηνται correxit. Etymol. Mag. p. 662, 20 πεποτήαται, ἀπὸ τοῦ πέτω γίνεται πεπότημαι, πεπότηται, πεποτέαται. Ἰακῶς, καὶ κατὰ Ἴωνας καὶ ἐκτάσει πεποτήαται. Quibus in verbis πεποτέαται non mutandum esse censeo; neque enim πεποτέαται idem valere ac πεπότηται contenditur, sed ex more grammaticorum, ex quo illam tertiam Ionicam personam pluralem ex tertia singulari deducere consueverunt (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 483. — πέφρασται, πεφράδαται. — Theodos. in Anecd. Bekk. II, p. 1021. **)) etiam ibi inter πεπότημαι et πεποτέαται tertia singularis πεπότηται inserta fuisse mihi videtur. Ceterum nunquam omnibus hanc singularis formam in εαται, εατο valde probatam esse, magisque ex peculiari quodam singulorum scriptorum arbitrio profectam, vel inde apparet, quod saepius grammatici, ubi ejus mentionem injecerunt (quo et

---

*) Cf. et V. 67 (fin.) ταῦτα — πεποίητο vulg. (ἐπεποίητο F. Paris.) ἐπεποίατο S. V.

**) Vide et Schol. ad Il. XI, 26.

Hesychii glossa referenda esse videtur: κέαται, κεῖται) statim de ejus insolentia quaedam addunt, vide praeter Schol. Hom. jam supra laud. et Etymolog. Mag. s. v. παρείατο.

Sed ad alia transeamus. III. 88 alii ediderunt δυνάμιός τε πάντα οἱ ἐπιμπλέατο cum codd. S. V. a. d., alii cum codd. M. P. K. F. ἐπιπλέατο; codd. c. b. ἐμπιπλέατο, omnes autem male pluralem formam in εατο desinentem, quamquam nomen plurale neutrius generis praecessit; ac Schweigh. lex. Herod. s. v. πιπλάναι, hunc pluralem numerum defendens, nomen plurale, ait, neutrius generis passim etiam alibi cum verbo pluralis numeri construit idem Noster, sic πάντα ἐς τούτους ἀνακέαται (Ald. Gsf. al. cum b. c. d.) III. 31. ταῦτα τὰ πλοῖα οὐ δύνανται πλέειν II. 96 (sic δύνανται M. P. K. F.) Sed jam dudum alii, quibusdam codicibus praeeuntibus, et illic ἀνακέεται (sic Steph. Bekk. alii cum F. a. M. ἀνάκειται S.) et hic δύναται (sic vulgat. cum S. a. b.) recte reposuerunt, ut II. 96 (ταῦτα τὰ πλοῖα) ἐκ γῆς δὲ παρέλκεται recte vulg. recteque non audiendus est cod. F. paulo post κομίζονται praebens pro vulgato κομίζεται, (ταῦτα τὰ πλοῖα κατὰ ῥόον δὲ κομίζεται ὧδε.) ut in principio hujus capitis omnes, nulla varietate enotata, haec legunt: τὰ πλοῖα—ἐστι—ποιεύμενα. Nam id, quod Schweigh. docuit, minime ad Herodoteam rationem valet; quare et III. 88 ἐπίμπλατο vel omnibus codd. Mss. invitis reponendum erat. Similiter I. 100 haec vulgata verba τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐκεκοσμέατό οἱ, procul dubio sic rescribenda sunt τάδε δὲ ἄλλα ἐκεκόσμητό οἱ. Et II. 138 in his vulgatis verbis τὰ δὲ προπύλαια ὕψος μὲν δέκα ὀργυιέων ἐστὶ, τύποισι δὲ—ἐσκευάδαται κ. τ. λ. pro hoc ἐσκευάδαται, quamquam ab Eust. (ad Od. η′ p. 1569 = 271 ἐσκευάδαται παρὰ Ἡροδότῳ, οἷον, τὰ προπύλαια ἐσκευάδαται) ex hoc loco repetitum est, tamen ἐσκεύασται reponendum esse, quum aliis tum his exemplis evincitur II. 91 τὰ δὲ πρόπυλα—λιθινά ἐστι. 136 ἔχει—τὰ πάντα προπύλαια τύπους ἐγγεγλυμμένους. — Praeterea IV. 64 τὰ δὲ ἐς πόλεμον ἔχοντα ὧδέ σφι διακέεται praebuerunt recte codd. S. V. A. B., sed codd. M. P. K. F. διακέαται, quod haud dubie rejiciendum erat; et IV. 185 vulgatum οἰκοδομέαται (τὰ δὲ οἰκία—οἰκοδομέαται) in Herodoteum οἰκοδόμηται mutandum est, et κεκοσμέαται VI. 41 (κεκοσμήαται V.) (ἐκ τῆς οἱ τέκνα ἐγένετο, τὰ ἐς Πέρσας κεκοσμέαται) in κεκόσμηται; ac παρεσκευάδατο IX. 100 (ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο τοῖσι Ἕλλησι) in παρεσκεύαστο. Etiam VII. 119 in verbis nunc quidem cum codd. M. P. K. F. sic vulgatis χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ποτήριά τε καὶ κρητῆρας ἐποιεῦντο, καὶ τἆλλα ὅσα ἐπὶ τράπεζαν τιθέαται πάντα, malim cum edd. vett. et codd. S. V. a. τίθεται reponi. IX. 68 πάντα τὰ πρήγματα—ἤρτητο ἐκ Περσέων, sic ἤρτητο recte Wessel. al. pro quo Bekk. Schaef. cum codd. S. V. male ἤρτηντο substituerunt. IV. 121 ταῦτα προεκομίζετο nunc vulg. cum M. P. K. F. V. προεκομίζοντο olim male cum c. III. 90 τεσσεράκοντα (τάλαντα) ἀναισιμοῦτο Gaisf. Bekk. al. cum S. V. M. P. K. F. ἀναισιμοῦντο Ald. Schaef. al. cum a. b., sed

eod. cap. paulo post τὰ δὲ τριήκοντα ἐφοίτα omnes sine variet. — 106 τὰ—πολλῷ μέζω—ἐστι sic recte S. V. P. K. F. Paris. εἰσι male Ald. Schaef. M. II. 50 τὰ οὐνόματά ἐστι vulgat. εἰσίν S. VII. 90 τοσάδε ἔθνεά ἐστι vulg. εἰσίν F. — Quibus omnibus in locis pluralem numerum solis librariis, suum dicendi morem nostro obtrudentibus, deberi judico, ut Procopium, Stobaeum, Gregorium Cor., Herodotea quaedam laudentes aliter atque apud nostrum vulgata sunt, suo e more pluralem numerum intulisse: Herod. IV. 45 οὐνόματα—κέεται vulg. sed Procop. bell. Goth. IV. 6 ex hoc loco κέαται attulit. VII. 49, 1 τὰ δύο—γίνεται, τὰ δὲ δύο—ἐστί vulgat. sed Stob. Serm. 52, p. 364 (Gesn.) exhibuit γίνονται, verum recte ἐστί. Greg. Cor. d. d. Ion. § 26. (p. 412). Τό τε πλεονάζει παρ' αὐτοῖς καὶ παρέλκει. Ἡρόδοτος, ἐπεί τε ἐγένοντο ταῦτα, ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ ἐγένοντο; quod ἐγένοντο nego Herodoteum fuisse. — De singulari forma σεσήμανται II. 125 vide infra ad perfecta passivi verborum liquidorum in νω exeuntium. — Multa hujuscemodi vitia quum aliorum tum Platonis in libris Mss. commissa esse, docet imprimis Heindorfii commentarius ad Plat. Cratyl. p. 424. E. Sed quum idem Heindorfius haec omnia non toleranda esse censeat et Porsonus ad Hecub. vs. 1149 (Addenda) (cf. et Bernh. Synt. graec. p. 418) judicet, veteres Atticos nunquam, nisi ubi de animantibus agatur, plurale verbum neutri plurali subjecisse, alii, quos viros doctos Stallb. ad Plat. Civ. I, p. 353 B. laudavit, non prorsus quidem id negant, sed non satis accurate id dictum esse rati contendunt, et inter eos etiam God. Herm. ad Soph. Electr. 430, ibi Atticos id facere quum in mente habeant nomen, quod non sit generis neutrius; quamquam ipse Hermannus statim subjecit, dubitari posse de veritate istius regulae. Nihil autem hanc ad Herodotum valere, meo mihi jure contendere videor; si enim exempli gratia illo in loco VI. 41. pro τέκνα in mente habuisset παῖδες, hoc ipsum nomen posuisset, non illud; sed τέκνα in mente illum habuisse id ipsum docet, quod revera posuit. Verum poetis et Atticis aliisque hanc licentiam quisque facile concedet. cf. Matth. gr. gr. p. 761. Popp. ad Xenoph. Anab. I, 2, 23. ad Cyrop. II, 2, 2. ad Thucyd. Vol. I, p. 98 sq. Similiter πρὸς τὸ σημαινόμενον est Hom. Od. 12, 74 νεφέλη, τὸ μέν. cf. Interppr. ad Greg. Cor. d. d. Att. § 39. — Sed quod Herodotus II. 142 in vulgatis verbis καίτοι τριήκοντα μὲν ἀνδρῶν γενεαὶ δυνέαται μύρια ἔτεα. γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀνδρῶν ἑκατὸν ἔτεά ἐστι (quo ex loco Eust. ad Il. α' p. 97 = 73 e sua loquendi consuetudine εἰσί exhibuit: ἰστέον δέ, ὅτι τὴν ῥηθεῖσαν τριακονταετῆ γενεὰν Ἡρόδοτος βραχύ τι παρεκτείνων φησίν, ὡς γενεαὶ τρεῖς ἀνδρῶν ἑκατὸν ἔτεά εἰσι.) mox pluralem numerum δυνέαται, mox singularem ἐστι posuit, id ex ipsa verbi εἶναι natura et ex ipsa ejus positione hoc in loco explicandum est, nec magis mirum esse videtur, quam quod idem noster dixit I. 26. Ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαιῆς πόλιος—καὶ τοῦ νηοῦ ἑπτὰ στάδιοι. VII. 34 ἔστι δὲ ἑπτὰ στάδιοι ἐξ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον. (sic nunc vulg.

cum M. P. K. F. Alii ἔστι δὲ ἑπτὰ στάδια, sed codd. S. V. εἰσὶ δὲ ἑπτὰ στάδιοι. cf. Herm. ad Soph. Trach. 517. Eurip. Bacch. 1344.) cf. et IX. 101. — VI. 112 ἦσαν δὲ στάδιοι οὐκ ἐλάσσονες τὸ μεταίχμιον αὐτῶν ἢ ὀκτώ. I. 93 ἡ περίοδος — εἰσὶ στάδιοι ἕξ. I. 163 ἡ περίοδος — ὀλίγοι στάδιοί εἰσι. cf. et II. 15. 41. 124. 149. III. 60. IV. 85. 175. VI. 9. Matth. gr. gr. II, p. 786. Heind. ad Plat. Euthyd. p. 302. c.

Plusquamperfecti activi tertiae personae pluralis terminatio in εσαν pro εισαν nostro communis est cum veteribus Atticis, quibus ut nostro, quum interdum sint negligentia scribarum depravati, tamen ubique probatior forma restituenda est. cf. Etymol. Mag. p. 386, 42. ἐτετύφεσαν κατὰ Ἴωνας καὶ Ἀττικούς, οὐχὶ κατὰ κανόνα ἐτετύφεισαν γάρ. Vide praeterea grammatt. apud Maitt. (Sturz.) p. 82 sq. Lob. Phryn. p. 149 sq. — I. 64 ἐκπεπτώκεσαν. ἐγεγόνεσαν III. 56. V. 57. 62. VI. 33. VIII. 129. IX. 39. 41. Etiam I. 67 ἐγεγόνεσαν vulgatum est, ubi codd. b. d. e. male ad ἐγεγόνεισαν aberrarunt. VIII. 93 περιεγεγόνεσαν. — I. 73 ἐώθεσαν. id. 157. 171. (ἐώθεσαν nunc vulg. cum codd. P. F. c. Alii ἐώθεισαν. Alii ἐώθησαν.) II. 151. (ἐώθησαν S. V.) III. 31. 47. (ἐώθεσαν codd. P. V. F. ἐώθασι S.) V. 67. (ἐώθασι Ald.) IX. 57. — ἠλώκεσαν I. 84. VIII. 61. ἐδεδώκεσαν III. 19. VI. 108. — ἐξεληλύθεσαν S. K. Wessel. al. IX. 10. sed ἐξεληλύθησαν F. al. — ἐπεποιθέσαν IX. 88. — ἐξεληλάκεσαν V. 90. ἀναβεβήκεσαν VII. 6. ἐνδεδύκεσαν VII. 64. ὀπώπεσαν VII. 125. ᾔδεσαν VII. 175. διοδοιπορήκεσαν VIII. 129.

Aeolicas, quas dicunt, formas optativi aoristi primi activi secundae et tertiae personae singularis et tertiae pluralis in ειας, ειε, ειαν desinentes etiam Herodoto maxime familiares fuisse, haec docebunt exempla. (cf. grammatt. ap. Maitt. (Sturz.) p. 86.) διαρπάξειας III. 12. νοστήσειας VII. 38. ἀποστείλειας VII. 235. κατυπνώσειας VII. 15. ποιήσειας VII. 50, 1. — φιλήσειε II. 41. διαφθείρειε I. 17, item Suid. s. v. Γύγης. (cod. d. διαφθείροιεν) ἰθύσειε I. 204. III. 39. καταλύσειε II. 121, 5. ἀποφλαυρίσειε I. 86. δακρύσειε III. 32. ἀλγήσειε III. 43. ψαύσειε III. 30. 64. 65. ἀποκτείνειε III. 75. 127. στήσειε III. 80. ἐπιτελέσειε III. 127. (τίς ἂν μοι τοῦτο ὑμέων ὑποστὰς ἐπιτελέσειε σοφίῃ, sic libri Herod., sed Eust. ad Il. β′ p. 222 = 168 ὅς (Ἡρόδοτος) που (III. 127; non, ut ad h. loc. editores Eustathii adnotarunt, I. 196.) φησί· τίς ἂν μοι ὑποστὰς τελέσειεν. — αὐτομολήσειε III. 154. ἀποκρατήσειε IV. 75. ἐγκλῄσειε IV. 78. διατρίψειε IV. 78. ἀποπέμψειε V. 92, 6. πέμψειε VIII. 5. λυπήσειε V. 98. ἐπιστείλειε VI. 3. ὁπλίσειε VI. 12. ἐνείκειε VI. 61. φήσειε VI. 69. σημήνειε VI. 78. ἐπιφοιτήσειε VII. 16, 3. λιμήνειε VII. 25. τελευτήσειε VII. 47. δόξειε VII. 107. οἰμώξειε 159. (item Eust. ad Il. η′ p. 670 = 540.) συμβουλεύσειε 237. πωλήσειε VIII. 20. γράψειε 28. ποιήσειε 138 et I. 162. πελάσειε IX. 74. — ποιήσειαν I. 27. V. 92, 4. ἀκούσειαν IV. 129. ἐντρίψειαν VII. 211. ὁρμήσειαν VIII. 6. ἅψειαν VIII. 52. — Contra διαφυλάξαιεν VI. 101. ἀποδέξαιεν VIII. 35. et VII. 152

συνενείκαιεν vulgat. cum S. V. A. B. συνενείκααν M. K. συνένεικαι P. qui e corr. συνένεικαν. συνενεῖκαι F. συνενείκαιαν b. (συνενέγκαιεν Stob. 98, 74.) — Quae tria exempla, quamquam tam multis aliis opposita sunt, neque etiam formae in αις, αι exeuntes apud nostrum inveniuntur, tamen non mutanda esse videntur.

Perfecti autem activi optativi forma, quae dicitur Attica *), in οίην desinens, ab Herodoto non usurpata est, sed dixit περιεληλύθοι III. 140. πεποιήκοι III. 75. ἡλώκοι vulgat. (ἡλώκει e.) I. 83. βεβρώκοι I. 119 nunc vulg. cum M. K. F. S. a. b. d. βεβρώκει Ald. c. — I. 86 ἀποβεβήκοι vulg. cum cod. K. Alii ἀποβέβηκέ οἱ, vel ἀποβεβήκεε οἱ, vel ἀποβεβήκεε sine οἱ ut cod. S. — VI. 49 πεποιήκοιεν. Sed in optativis praesentis temporis verborum in αω (εω) exeuntium hanc maxime Ionibus usitatam fuisse, et Herodotea exempla (cf. infra sub IV.) et grammaticorum testimonia confirmant cf. Phavor. Eclog. p. 75. (Dind.) Sed aliorum verborum ποιοίη tantum VI. 35 inveni. — Breviores Atticae (cf. Thom. Mag. p. 54. βλαβεῖμεν, εἶτε, εἶεν οὐχὶ βλαβείημεν, είητε, είησαν. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἐν πᾶσι πληθυντικοῖς τῶν εὐκτικῶν βαρυτόνων τε καὶ περισπωμένων καὶ τῶν εἰς μι παραληγομένων (sic enim scribendum pro vulgat. παραληγομένοις) τὸ (sic repone pro vulgat. τῷ, ut Phavorin. p. 156.) η ἀποβάλλουσιν αὐτὸ, οἷον τυφθεῖμεν, ποιοῖμεν, βαῖμεν, πλὴν φυλάττεσθαι δεῖ τὸ κακόφωνον, ἔνθα ἂν τύχῃ, ὡς ἐπὶ τοῦ βαῖτε καὶ σταῖτε καὶ τῶν ὁμοίων. (cf. Interppr. ad Soph. Oed. Rex. 1039. De σωθείησαν Xenophontis et σφαλείησαν Thucydidis cf. Popp. Praef. Cyrop. p. 38. Thucyd. Vol. I, p. 228.) hae igitur breviores Atticae formae in optativis in ην exeuntibus aeque ac pleniores nostro frequentatae fuisse videntur I. 63 ἁλισθεῖεν (item Suid. s. v.) I. 70 ἀπαιρεθείησαν. III. 61 εἰδείησαν. εἶεν I. 63. 170. III. 23. IV. 41 alibi. εἴησαν I. 2. II. 6. II. 102. (ὡς εἴησαν ἀνάλκιδες nunc vulg. cum M. P. K. F. ἦσαν S. V. a. d. al.) III. 118. IV. 46. VIII. 14. IX. 5 alibi **). VII. 161 εἴημεν ἐκτημένοι (item Thom. Mag. p. 299, 1.) et VII. 150. — νικῷεν IX. 69. 100. ὀφθείησαν VIII. 24. περιξίοιεν IV. 120. VII. 103. δοῖεν VIII. 76. εἰδεῖεν IX. 42. — Sed brevior Attica forma imperativorum tertiae pluralis fere ubique a nostro usurpata est: λεγόντων I. 89. ἐχόντων III. 155. πασχόντων VII. 10, 8. μαχέσθων IX. 48. κτεινέσθων VII. 10, 8. χράσθων III. 81. ἑλέσθων VIII. 140, 1. sed ἔστωσαν I. 147. cf. Thom. Mag. p. 395 χρήσθων ἀντὶ τοῦ χρήσθωσαν Ἀττικοὶ λέγουσιν· ὡσαύτως καὶ — ἐχέσθων, (ποιείτων) — ποιούντων καὶ λεγόντων, λαμβάνοντες ἔξωθεν τὸ ἔστωσαν. — ἔστων pro ἔστωσαν Plat. p. 860. cf. Maitt (Sturz.) p. 58. et p. 84. Etymol. Mag. 16, 56.

---

*) cf. Fisch. ad Vell. 2, p. 438. Buttm. gr. gr. I, p. 354.

**) cf. Antiatt. Bekk. I, p. 95, 10 εἴησαν ἀντὶ τοῦ εἶεν. et Ruhnk. ad Xenoph. Mem. I, 4, 19. Matth. gr. gr. I, p. 502.

III. De temporibus formandis.

Futurum verbi ἁρπάζω in Homeri aliorumque epicorum carminibus (cf. Callim. frag. 114. Oppian. Halieut. III. 489.) mox ἁρπάσω mox ἁρπάξω fuisse, in Atticorum autem etiam poetarum scriptis ἁρπάσομαι (ἁρπάσω) constanter scribendum esse, (cf. Herm. ad Soph. Antig. 311. Piers. ad Moer. p. 182.) et apud posteriores Homericis carminibus similem exstitisse inconstantiam, satis est notum. Atque Herodotum eadem, qua veteres Attici hoc in genere usi sunt, constantia formas ἁρπάσομαι, ἥρπασα, ἡρπάσθην usurpasse, statim viderimus. Invenitur enim, nulla librorum fluctuatione conspicua, ἀναρπασόμενοι VIII. 28 et IX. 59. ἁρπάσαι I. 2 bis. et Priscian. XVIII. c. 27. (Krehl) — (item Plut. de Malig. c. 11.) διαρπάσαι IX. 42. ἁρπάσας VI. 65. ὑπαρπάσας V. 50. IX. 91. ἁρπάσαντος I. 3. ἁρπάσαντα II. 113. ἐξαρπάσαντα VIII. 135. ἁρπάσαντες VI. 138. διαρπάσαντες IX. 70. διαρπάσαντας I. 89. ἥρπασε II. 156. διήρπασαν IV. 110. ἁρπασθῆναι I. 1. ἁρπασθείη VII. 191. ἁρπασθεισέων I. 4 bis. — Quibus tam multis exemplis genuino Herodoteo usu extra omnem posito dubitationem, patet vulgatum ἁρπαχθείς II. 90 rejiciendum esse, praesertim quum codd. S. b. d. jam verum ἁρπασθείς praebuerint, immerito adhuc neglectum; et VII. 169 e codd. S. V. ἁρπασθεῖσαν pro vulgato ἁρπαχθεῖσαν (ἀπαχθεῖσαν F. b.) recipiendum fuisse, et VIII. 115 Herodoteum ἁρπασθῆναι substituendum vulgatae ἁρπαχθῆναι, nulla varietate apposita. Minime igitur cum Lobeckio ad Phryn. p. 241. omnis est spes abjicienda, Herodoti libros ad eandem hac in re constantiam revocandi, quam in veterum Atticorum scriptis inveniri notum est; minimeque cum eodem praestantissimo viro Herodoti libri hac in re comparandi erant cum vulgaris dialecti monimentis. — Aliorum verborum, quamquam eorum praesentia in ζω terminantur, futura in ξω exeunt, sic σφάζω, σφάξαι apud Herodotum; nondum enim ille usurpabat formam σφάττω, postea in usum receptam, sed dixit ἐπικατασφάζει I. 45. σφάζουσι II. 39. IV. 62. σφάζοντες VII. 113. σφάζεται V. 5. ἔσφαζον III. 11. verum σφάξας et σφάξαι I. 119. 45. II. 39. 48. V. 25. ἔσφαξαν VII. 180. κατέσφαξε VII. 127. ἀποσφαγέντων IV. 62, et σφαχθεῖσα V. 5. Sed σφαγιάζομαι ἐσφαγιαζόμην (VI. 76. IX. 72. 61.) σφαγιασάμενος VI. 76. σφαγιασθέντι VII. 180. — Verbi autem σπαδίζω participium aoristi I. est σπαδίξας V. 25. Et forma αὐδάξασθαι (II. 55. 57. V. 51.) ad αὐδάζομαι referenda est, et hoc αὐδάζομαι eorum verborum numero adscribendum, quae notione sonandi ac clamandi in futuris ξ recipiunt.

Contra verbum ἀφάσσω, ἀφάσσουσα (III. 69.) ἤφασε et ἄφασον III. 69. (ubi vide Var. Lectt.) analogiam verborum πλάσσω, πάσσω, πτίσσω etc. sequitur. Et sic etiam Hippocrates dixit ἀφάσσω, ἀφάσω ἤφασα; et ἀφάω ἀφήσω (cf. Foes. Oec. Hipp. s. vv. ἀφασσόμενα, ἐπαφάσῃ et ἐσαφᾶσαι) sed ἀφασσωμένα pro ἀφασσόμενα et ἀφασσήσῃ pro ἀφάσσῃ sive ἀφάσῃ sive ἀφήσῃ apud eundem

Hippocratem (cf. Foes. l. l.) et Galeni ἀφησσαμένη ψηλαφήσασα, pro ἀφησαμένη (sive ἀφασσαμένη) sunt vitia e librariorum errore profecta, neque inde Matthiaeo (gr. gr. I, p. 542) forma ἀφασσάομαι erat procudenda. — Quum apud Herodotum IX. 22 omnes editiones ἐπόθεσαν praebeant, eadem tamen cum constantia III. 36 ἐπόθησε. V. 93 ἐπιποθήσειν retinentur; neque immerito, ut equidem puto. Quamquam enim in Homeri carminibus constanter ποθέσαι per ε scribitur, et veteres Attici ποθέσω (ποθέσομαι), ποθέσαι praetulisse dicuntur (cf. Heind. ad Plat. Phaedon. § 106 p. 180 sq.) tamen jam in Xenophontis scriptis saepissime ποθήσω, ποθῆσαι invenitur (cf. Matth. gr. gr. I, p. 400) et affirmat Eust. ad Od. p. 1450 = 102 et πόθῆσαι et ποθέσαι dictum fuisse, ποθέσαι autem proprie Atticum esse (τὸ δὲ ποθέσαι ἀντὶ τοῦ ποθῆσαι δοκεῖ μὲν ποιητικὸν, ἔστι δὲ ἀληθῶς Ἀττικόν. λέγεται τοίνυν ἑκατέρως καὶ ποθῆσαι καὶ ποθέσαι κ. τ. λ.). Ac futuri ἐπιποθήσειν apud nostrum V. 93 pro Attico ἐπιποθέσομαι ipsa forma activa monstrare videtur genuinum esse illud. — Sed verbi μάχεσθαι fut. et aorist. constanter apud nostrum μαχέσεσθαι, μαχέσασθαι per ε scribenda sunt, neque audiendus est Schweigh. in lex. Herod. s. v. μάχεσθαι contendens, ubique fortasse formam μαχήσεσθαι et μαχήσασθαι recipiendam fuisse. Nam μαχήσεσθαι Homerica est forma et posterioribus scriptoribus familiaris (Lob. ad Buttm. II, p. 239) pro qua Herodotus μαχέσεσθαι, Attici μαχεῖσθαι frequentabant. Recte igitur cum Bekkero IV. 127 μαχεσόμεθα bis scribitur pro μαχησόμεθα, quod retinent falso Gsf. al. VII. 102 μαχέσονται pro μαχήσονται Gsf. al. cum codd. S. V. K. F. a. — 103 μαχέσασθαι (sic cod. S. μαχέσεσθαι cod. c.) pro μαχήσασθαι Gsf. al. cum V. K. F. a. b. VII. 208 μαχεσόμενοι recte vulgatum est (μαχησόμενοι S. V. F.) et ibid. μαχέσονται (μαχήσονται S. V. F.). VIII. 26 μαχεσομένους Bekk. al. cum cod. K. μαχησ. Gsf. al. IX. 7, 2 ἐμμαχέσασθαι Bekk. al. cum S. V. μαχέσασθαι Ald. M. F. a. b. (μαχήσασθαι d.). Sed μαχέσεσθαι sine varietate scriptum habes IV. 125. IX. 48. Etiam VII. 103 pro vulgato nunc vereque ἐθελήσεις μάχεσθαι, quod praebuerunt codd. M. P. K. F. Paris., exhibent edd. vett. μαχέσεσθαι, Ald. cum S. μαχέσασθαι. — Et μαχέσασθαι sine varietate I. 18. 95. 103. II. 169. IV. 110. V. 27. 119. 120. 121. VI. 101. VII. 136. 234. IX. 46. 67 bis et 48 (ubi ἐμαχεσάμεθα F. a. c. alii, μαχεσόμεθα S. Wessel. al.). — Similiter verbi καλέω futurum καλέσω apud nostrum constanter est scribendum, sic III. 74 φάμενοι — συγκαλέσειν nunc recte vulg. cum cod. S., pro quo Ald. al. ad Homericum συγκαλέειν aberrarant, quod aeque atque Atticum συγκαλεῖν rejiciendum est. Nam ἀποκαλέων in vulgatis verbis (IV. 203) ἦλθε ἄγγελος, ἀποκαλέων αὐτούς, est part. praesentis ut III. 13 ἔπεμπε — προκαλεόμενος. VII. 15 πέμπει ἄγγελον — καλέοντα. II. 14 ἀντιπέμπει — λέγοντα. VII. 152 ἀπέπεμψε ταῦτα λέγοντα κήρυκα. — 207 πέμπειν — ἀγγέλους — κελεύοντας. IX. 4 πέμπειν Μουρυχίδην φέ-

ροντα, et alibi alia ejusmodi. cf. Lob. ad Buttm. II, p. 490. — Sed ὄλλυμι constanter apud nostrum in futuro ὀλέω habet, ut I. 34. VI. 91 bis. VII. 209. VIII. 60, 1. 139. IX. 18, ubique sine varietate, quum in libro II. 121, 2 ὅκως μὴ προσαπολέσει nunc cum codd. S. b. d. legatur, pro quo προσαπολέσει edd. vett. cum F. a. c. ἀπολέσῃ habent; sed quum fere constet, nihil nisi futurum hic verum esse (ut VIII. 15 ὅκως μὴ παρήσουσι nunc recte vulg. Alii olim male παρήσωσι, quod Maift. quidem (p. 170) pro vero agnoscere, atque etiam regularius, quam usitatius παρήκωσι dicere non dubitavit) et formam in εσω non Herodoteam fuisse judicem, προσαπολέει hic mihi reponendum esse videtur*). Vide et futur. med. ἀπολέεσθαι I. 38. III. 71. VI. 29. VII. 156. 218. VIII. 3. 12. 57. 69. IX. 42. — De aliis futuris in εω, εομαι formatis cf. infra in hujus libri capite IV. — Moeris Atticista p. 115 (Piers.) tradidit γηρᾶναι καὶ καταγηρᾶναι ἀττικῶς, γηρᾶσαι καὶ καταγηρᾶσαι ἑλληνικῶς (cf. et Thom. Mag. p. 78), quem ad Atticismum vulgo forma illa Herodotea κατεγήρα VI. 72 refertur, atque cum ἀπέδρα comparatur. Sed, quum Herodotus constanter ἀπέδρη ex dialecti suae ratione dixerit, tamen isto loco omnes libri in κατεγήρα consentire dicuntur; neque etiam κατεγήρασαν II. 146 ulla scripturae varietate suspectum est. At particip. aorist. I. γηράσασαν VII. 114 vulgatum nos moveret, ut ea omnia a γηράω deducenda esse putaremus, nisi tum nostrum κατεγήρησαν, γηρήσασαν, dixisse constaret; nam ᾱ illud longum esse docet Simonid. Frag. IX, 9 (Schneidew.) γηρασέμεν, docet forma γεγήρακα in Soph. Oed. Col. 731 (727), docet denique circumflexus formae γηρᾶσαι, καταγηρᾶσαι ab omnibus retentus. Neque etiam cum Herodoteo ἑάσας comparari potest, quod verbum constat solum ᾱ longum immutatum retinuisse. Atque isto loco VI. 72 aoristo tempore (οὐ μὲν οὐδὲ Λευτυχίδης κατεγήρα ἐν Σπάρτῃ, ἀλλὰ — ἐξέτισε) opus esse videtur; quare nullo modo a me impetrare possum, ut cum Lobeckio (ad Buttm. II, p. 13) illud κατεγήρα pro imperfecto habeam, quod mea e sententia κατεγήρασκε apud nostrum fuisset, quum praesentis formam γηράω, καταγηράω poetis ac posterioribus scriptoribus (ut Ael. Var. Hist. IV. 26 παρθένος καταγηρῶσα. Nat. Animal. VII. 17 alii ὑπογηράντων, alii ὑπογηρώντων) relinquendam esse judicem, et verba in σκω videamus vulgo in futuris demum atque hinc derivatis temporibus aliam secuta esse flexuram. Quae quum ita sint, Herodotus sua ex causa κατεγήρα, ᾱ non, ut in ἀπέδρη, in η mutato, dixisse putandus esse videtur, et pro γηράσασαν nunc vulgato ipse γηρᾶσαν posuisse.

---

*) Hanc meam correctionem eo magis nunc omnes spero probaturos esse, quo magis nunc omnibus video persuasum esse, olim cum codd. S. V. b. d. vulgatum ἀπολέσει I. 112 (fin.) ex Herodotea oratione damnandum et e codd. M. K. F. a. c. solum verum ἀπολέει recipiendum esse. cf. Lob. Phryn. p. 746 Not. ad Buttm. II, p. 254.

Ut epici poetae et Attici scriptores ex futuri forma οἴσω aoristum secundum usurpabant οἶσε, οἰσέμεν etc., sic ex hoc Herodotus et recentiores scriptores aoristum primum οἶσα in usum receperunt (cf. Lob. Parerg. p. 733), cujus infinitivus apud nostrum I. 157 hac quidem sub specie vulgo legitur ἀνῷσαι, vel (codd. F. a.) ἀνῶσαι; neutrum vero rectum. Quum enim ne in indicativo quidem ἀνοῖσα ex Herodotea consuetudine augmentum ῳ (ωι) poni posse jam supra viderimus, neque etiam simile vitium apud Quint. Calab. poetam ἀνῷξαι (XII, 331. cf. Lob. ad Buttm. II, p. 251) tolerandum esse videatur, neque etiam veteres Iones illa in forma litteram ο ita prae ceteris extulisse, ut ο in ω etiam in infinitivo augeretur, statuere liceat per multa futuri temporis exempla constanter omnibus in Herodoteis libris recte scripta (ἀνοίσειν VII. 149. ἀνοίσεις II. 5. οἴσονται II. 91. οἴσεσθαι VII. 100. VII. 168. 213. οἴσονται VI. 132. ἐξοίσει III. 71. ἐξοίσειν III. 74. ἐξοίσονται VIII. 49. ἐξοισομένων VIII. 76. συνοίσεσθαι IV. 15. V. 82. 114. VIII. 86. συνοισόμενος VI. 50. προσοισόμενοι VI. 101) non nimis audacter fecisse videor, si formas istas ἀνῷσαι (ἀνῶσαι) et ἀνωῖστοῦ VI. 66 ex negligentia et ignorantia librariorum profectas in Herodoteas ἀνοῖσαι et ἀνοίστου mutandas esse judico; cf. Suid. ἀνοῖσαι, κομίσαι, καὶ ἀνοιστέον, δεῖ κομίζειν. Et δυσεξοιστόν, δυσεκκόμιστον. Δύσοιστος, δυσφόρητος. Soph. Antig. 272 ἀνοιστέον σοι τοὔργον. Eur. Phoeniss. vs. 273 πανταχῆ διοιστέον. Sed illud ἀνωΐστου fortasse etiam cum ἀνώϊστος, ὁ ἀνυπονόητος καὶ ἀνωϊστὶ ἀνυπονοήτως (Suid.) confusum est. cf. et Schol. ad Hom. Il. φ' 39. Verumtamen Aretaeus II. 11 ἀνώϊστος ab ἀναφέρω dixit; quod si isto in loco revera sit genuinum, aut ad malam posteriorum Ionum consuetudinem pertinet, aut ad ea commenta, quae multa ille scriptor sibi indulsit; unde potius illud ἀνώϊστος in Herodoteam orationem male illatum esse statuas, quam ex hac in illius libros.

In perfectis et aoristis passivis formandis atque in substantivis et adjectivis ex illis deductis magnam de sigma vel demendo vel addendo librorum esse inconstantiam, vel aliunde vel ex copiosa Lobeckii ad Soph. Aj. 704 adnotatione satis est notum. Nec tamen satis est, varietates scripturae et scribarum errores collegisse, quae quo plura unum in locum congesta videmus, eo incertiores, nisi statim critica quaedam dijudicatio singulis adhibeatur, de quaque scriptura nos reddant. Et apud Herodotum quidem, quamquam saepe ac multum variatur, tamen, quum etiam hac in re magnam inter eum et veteres Atticos intercedat similitudinem, non diu haerebimus, quid quoque in loco servandum, quid rejiciendum sit. Atque ex iis verbis, quorum futura brevem retinent vocalem, quaedam sunt, quae sigma repudiant in perf. atque aorist. pass., sic ἀρόω, ἀρήρομαι Herod. IV. 97. et ἠρόθην Soph. Oed. Tyr. 1472 (1484) — ἐλαύνω, ἐλήλαμαι et ἠλάθην ut in Homeri carminibus (Il. 4, 135. 5, 400. 13, 595. 16, 518) et apud antiquiores Atticos constanter (cf. Piers. ad Moer. p. 13 et 21. Matth. gr. gr.

I, p. 571. Sylb. ad Paus. I, 11. Apoll. Rhod. IV, 1759 ἐξελαθέντες) sic etiam apud Herodotum ea sine sigma scribenda sunt: I. 35 ἐξεληλαμένος. — 180 ἐλήλαται. IX. 44 προελήλατο. VII. 205 ἀπελήλατο. — ἐληλαμένος IX. 9. VI. 137. I. 191. VII. 84. 139 bis. Aorist. ἐξελαθεὶς I. 168 Ald. Bekk. al. vulgo. ἐξελασθεὶς male Gsf. al. cum M. K. F. I. 173 ἐξελαθεὶς Ald. Bekk. al. ἐξελασθεὶς Gsf. M. F. III. 46 ἐξελαθέντες Ald. Bekk. al. cum cod. V. ἐξελασθ. male Gsf. M. P. K. F. S. — 51 ἐξελαθεὶς Bekk. et vulg. ἐξελασθ. Gsf. M. K. S. F. c. b. — 54 ἀπηλάθησαν Ald. Bekk. al. cum R. V. c. ἀπηλάσθ. Gsf. M. P. F. S. a. IV. 4 ἐξελαθέντες Bekk. al. ἐξελασθ. Gsf. M. S. F. a. — 145 ἐξελαθέντες bis Bekk. et vulg. ἐξελασθ. Gsf. S. F. a. c. V. 42 ἐξελαθεὶς Bekk. et vulg. ἐξελασθ. Gsf. S. V. c. — 97 ἐξελαθεὶς Bekk. et vulg. ἐξελασθ. Gsf. F. VII. 6 ἐξηλάθη Ald. Bekk. al. cum codd. S. a. b. c. ἐξηλάσθη Gsf. — 165 ἐξελαθεὶς Bekk. et vulg. ἐξελασθ. Gsf. b. — Quum igitur ubique his in aoristi formis scribendis editores codicesque inter se dissedisse viderimus, tamen nihil potest esse certius quam ubique formas sine σ scriptas esse praeferendas, et analogia rationeque ac quorundam codd. Mss. auctoritate communitas. Nec minus Hippocrates in scriptura sine σ sibi constitisse videtur (cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. ἐλαύνεσθαι et ἐλατήριος) apud quem si ἐληλασμένος aut hujusmodi aliud inveniatur eodem modo corruptum emendandumque est, quo apud nostrum modo vidimus. — Simile vitium suscepit forma perversa κρεμασμένης V. 114 a cod. V. exhibita pro vero κρεμαμένης. Sed aorist. ἀνακρεμασθῆναι VII. 26. 194. — In verbo κορέννυμι, κορέσω, non solum σ perfectum pass. apud epicos et Iones respuit, sed etiam longam recepit vocalem κεκόρημαι Herod. III. 80. Hom. Od. ί 371. Il. σ' 287. Od. θ' 98. ξ' 456. ψ' 360. Hesiod. Opp. 593 (κεκορημένον ἦτορ). Panyas. ap. Athen. p. 37 A., quum Attici κεκόρεσμαι dixerint. — Aliis in verbis hoc sigma recipitur vel omittitur prout forma ipsa extenditur vel per syncopen quandam contrahitur, exempli gratia ἀναπεπταμένῳ VIII. 60, 1. sed ἐκπεπέτασται in Oracul. I, 61 et Lucian. Somn. 29 ἀναπεπέτασται (παραπετάσμασι Herod. IX. 82). ἐπλήσθην vulgo. προσεκαλέσθη Hippocrat. III, p. 614. πελάζω, πεπέλασμαι, πέπλημαι Hom. Od. μ' 108. ἐπελάσθην (Soph. Trach. 17) et ἐπλάθην vide Interppr. ad Euripid. Hecub. 884. — ἐστορέσθην, ἐστρώθην, ἐστορήθην Hesych. ἔστρωτο VII. 193 Herod. (item Eust. ad Hom. Od. p. 1462 = 119) κατέστρωντο VIII. 53. IX. 76. ἐστρωμένος I. 181. IX. 82. — κεράννυμι, ἐπικρῆσαι Hom. Od. η' 164. κρήσας Hippocrat. II, p. 492. κέκρημαι et ἐκρήθην jam supra p. 125 commemoravimus. κεκέρασμαι Anacr. 29, 13. ἐκεράσθην Plat. Phileb. 47 C. Legg. X, p. 889 C. — Contra ἐβώσθην noster dixit VI. 131. VIII. 124 (ἐβοήθη F.) quod ad exemplum vitiose formatum est, quod VIII. 124 Ald. exhibuit ἐδοξώσθη pro vero ἐδοξώθη. Sed III. 39 βεβωμένα. — κέχρημαι medium, cujus aoristus est χρήσασθαι, con-

stanter sine sigma apud omnes scribendum esse contendo (ut Herod. I. 42 κεχρημένον) quamquam cum passiva forma κέχρησμαι nonnunquam confusum reperitur, veluti apud Paus. VII, 19, 3 ἐκέχρητο vulg. pro vero ἐκέχρηστο. Quin etiam ad μεμνησμένος (fortasse ex aorist. ἐμνήσθην) cod. M. apud nostrum VII. 18 aberravit pro vero μεμνημένος; et cod. b. III. 39 ad δεδεσμένοι pro vero vulgatoque δεδεμένοι; contra cod. V. ad ἐξέργατο I. 165 pro ἐξέργαστο. — Sed perfectum et aoristus passivi a verbo χράω, et aorist. pass. verbi χρήσασθαι semper σ recipiunt, ut adjectivum verbale χρηστός. Hanc ad normam omnia contraria exempla corrigenda esse nemo jam facile est qui neget. Et passivum ad mediam formam pertinens est VII. 144 αἱ δὲ (νέες) οὐκ ἐχρήσθησαν. IX. 120 καταχρησθῆναι (cf. Herm. ad Soph. Antig. vs. 23. 24 (ed. tert.). VII. 145 vulgo haec leguntur: ἦσαν δὲ πρός τινας καὶ ἄλλους ἐγκεχρημένοι (πόλεμοι), ὁ δὲ ὧν μέγιστος Ἀθηναίοισί τε καὶ Αἰγινήτῃσι, ubi illud ἐγκεχρημένοι, si ab ἐγχράω (ab Herodoto quidem non usurpato, qui ἐγχραύω dixit VI. 75 ἐνέχραυε ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον, quo ex loco Eust. falso ἐνέχραε attulit; neque etiam Suidae ἔχραον, μετὰ βλαβῆς ἐπῆλθον, huc pertinent.) deducendum esset, patet per σ ἐγκεχρησμένοι scribendum fuisse. Sed quum nonnullis omnino hoc verbum displiceret, alii aliud substituebant, ex quibus ineptissimum proposuit Schweigh., statuens ἐγκεχρημένοι per syncopen ex ἐγκεχειρημένοι, quod Wessel. et Valck. conjecerant, ab Herodoto dictum fuisse. Reiskius ἐγκεκρημένοι ab ἐγκεράννυμι maluit, Bekkerus ἐγηγερμένοι. Quibus omnibus conjecturis non accedo, neque etiam in vulgato ἐγκεχρημένοι acquiescendum esse duco, sed leni medela ἐγκεχριμένοι reponendum. Vocales enim η et ι saepissime inter se confusas esse jam supra docuimus p. 72 sqq. et verbo hoc in loco opus esse, quod significet, superficiem aliquo modo leviter attingere, illa verba subsecuta ὁ δὲ μέγιστος κ. τ. λ. satis docent; qui sensus significantissime mihi verbo ἐγχρίω, quod mox infra viderimus apud Herodotum σ in perf. pass. respuisse, expressus esse videtur cf. Eustath. ad Hom Od. β' 376 p. 1450 = 102 ἀπ' αὐτοῦ δὲ (χροῦς) καὶ τὸ χρίμπτω, καὶ τὸ χρίω. ἔτι δὲ καὶ τὸ ἐγχρίω τουτέστι σαίω. Strab. XV, p. 699 ἐγχρίσηται τοῦ ἰξοῦ, et Ruhnk. ad Tim. p. 104 sq. qui multa hujus verbi exempla collegit. — Passivum verbi χράω, oraculum edere, responsum dare, habes I. 49 ἐχρήσθη et II. 18. VII. 178. 143. 239. VI. 19. 76. IX. 94. τὸ χρησθὲν I. 63. χρησθέντα VII. 178. V. 92, 2. κεχρῆσθαι II. 139. — II. 147 ἐκέχρηστο Ald. Bekk. al. recte, sed Schaef. Gsf. alii falso cum codd. S. V. F. ἐκέχρητο. — 151 ἐκέχρηστο Bekk. al. ἐκέχρητο Schaef. Gsf. al. cum S. V. III. 64 τῷ — ἐκέχρηστο Gsf. Bekk. al. ἐκέχρητο S. V. VII. 141 κεχρησμένον Gsf. Bekk. al. κεχρημένον S. — 220 ἐκέχρηστο Ald. Bekk. ἐκέχρητο Gsf. al. cum M. P. K. F. S. V. b. d. — Quibus in locis etiamsi omnes codd. Mss. formas sine σ scriptas praebuissent, tamen illas non recipiendas

esse judicarem, sed cum Bekk. aliisque constanter σ reponendum esse; quod idem Bekkerus summo jure IV. 164 in vitiosam vulgatamque formam κεχρημένον (θάνατον) inseruit, τὸν κεχρησμένον θάνατον rescribens, quamquam nihil e codd. Mss. est adnotatum. — Lobeckius ad Aj. l. l. p. 321 contra communem consuetudinem ait πέπαυσμαι legi in codd. Herod. I. 84. Plat. Prot. p. 328 D. ἐπέπαυστο Max. Tyr. XIII, 4, 237. Quod contra communem consuetudinem ille dixit, id facile quisque ei concedet; sed apud Herodtum I. 84 pro πεπαυμένων recte vulgato non πεπαυσμένων sed πεπαυσαμένων e codd. S. V. adnotatum reperi; atque in Platonis loco recte non audiendi sunt, qui πεπαυσμένος pro vulgato πεπαυμένος praebuerunt; quare etiam apud Max. Tyr. ἐπέπαυτο solum verum esse videtur, quum in aoristo tantum et futuro passivo hujus verbi posterioribus variatio inter ἐπαύθη et ἐπαύσθη concedi possit. Sed Herod. et antiquiores ut dixerunt πέπαυμαι (cf. I. 83. 84. II. 135. IV. 83. VII. 9, 3. 191. IX. 52. 108) sic etiam in aorist. ἐπαύθην constanter (cf. Popp. ad Thucyd. I. 81. II. 77. VI. 59. (cf. et V. 91. 100). etiam in Hesiod. Theog. 533 (Goettl.) recte posthabita est scriptura unius codicis παύσθη praebentis pro παύθη.). Apud Herodotum quidem codd. Mss. et edd. inter se solito more dissidere haud negari potest; sed non possum non consentire Bekkero, cujus editio ubique recte ἐπαύθη praebet, etiam in eo, quod VI. 66 contra omnium librorum auctoritatem ἐπαύθη nostro restituit. I. 130 κατεπαύθη vulg. cum S. κατεπαύσθη male Gsf. et codd. P. F. a. c. V. 94 ἐπαύθη Bekk. et cod. b. ἐπαύσθη Gsf. VI. 71 καταπαυθέντος Bekk. et cod. b. καταπαυσθ. Gsf. — *)

Magna est librorum inconstantia non solum apud Herodotum sed apud alios etiam scriptores in scribendo aoristo εἰρέθην sive ἐρρέθην sive ἐρρήθην sive εἰρήθην, quamquam perfecta εἴρηκα et εἴρημα constanter hoc uno modo scripta inveniuntur; et Schneid. ad Plat. Civ. V, p. 450 merito mihi contendisse videtur, brevem illam vocalem ε indicativi aoristi nunquam ad reliquos modos transiisse; quod confirmant etiam exempla a Fisch. ad Vell. III a. p. 167 allata; quare neque infinitivum ῥηθῆναι, nec particip. ῥηθέν, ῥηθέντα, ῥηθέντων (cf. Herod. I. 109. 91. III. 9. VI. 86, 3. VII. 142. 149. VIII. 114) quidquam ad hanc quaestionem solvendam conferre patet. Sed quamquam concedo formam ἐρρήθη optimo cuique Attico scriptori frequentatam esse (cf. Schneid. l. l. et imprimis Rueckert. ad Plat. Symp. p. 193 E.) recentiores autem quum ἐρρήθη tum ἐρρέθη dixisse, tamen apud Herodotum, ut Ionicum scriptorem, εἰρέθη solum verum esse et grammaticis rationibus et librorum Mss. scriptura, quamquam nonnihil depravata, evincam.

*) Verumtamen ἀμπαυστήριοι I. 181, ab omnibus jure retentum, non mutandum esse censeo, neque Xenophontis ἀναπαυτήριον (Memor. VI, 3, 3 ἡμῖν νύκτα παρέχουσι (θεοὶ) κάλλιστον ἀναπαυτήριον).

IV. 77 εἰρέθη omnium editionum et plurimorum codd. Mss. auctoritate munitum est; ἐρρήθη enim duo tantum codd. a. c. praebuisse dicuntur. IV. 156 εἰρέθη Gsf. Bekk. al. cum codd. S. V. P. K. (ἠρέθη F.) ἐρρήθη edd. vett. et Wessel. VI. 15 εἰρέθη Bekk. al. cum codd. P. V. (ἠρέθη F.) ἐρρήθη Wessel. al. cum S. VII. 184 εἰρέθη Gsf. Bekk. al. (ἠρέθη F.) εἰρήθη Schaef. P. V. K. ἐρρῆθη Ald. al. VIII. 119 εἰρέθη Gsf. Bekk. al. cum cod. P. (ἠρέθη F.) ἐρρέθη S. V. ἐρρήθη edd. vett. — Atticam igitur formam ἐρρήθη, quae hic illic in codd. Mss. et libris impressis invenitur, vel sponte patet e genuina Herodotea oratione expellendam esse; et ἠρέθη, quod cod. F. constanter exhibuit, nihil aliud esse quam εἰρέθη aeque perspicitur; sed augmentum ει huic Ionico aoristo εἰρέθη constanter praeponendum esse, neque ferendum ἐρρέθη (quamquam, si fides est nostris Hippocrateis exemplaribus, is προεῤῥέθη usurpavit de morbis vulgaribus lib. IV, p. 1139 E.) vel aliorum locorum scriptura, vel depravata forma εἰρήθη docet. Quare εἰρέθη, quod habet justam longitudinis et brevitatis vicissitudinem, et talem Ionicam permutationem syllabae ερ in ει, qualis est in εἴνατος pro ἔννατος et ἀείνατος pro ἀέννατος, et quod non paucis in codd. Mss. exstat, solum apud nostrum cum Bekkero aliisque retinendum esse censeo.

Minor est librorum fluctuatio in scribendis formis κέκαυμαι et ἐκαύθην, quorum illud hanc unam ubique speciem habere Lob. l. l. p. 320 affirmat, hoc ex praecepto Moeridis ἀττικῶς, et ἐκαύσθη ἑλληνικῶς dictum est. Quo in praecepto quid sibi velit illud ἑλληνικῶς et ἀττικῶς manifestum est ex Piersoni et ad h. l. (p. 238) commentario, et praefatione ad hujus Atticistae editionem. His enim Atticis (quorum exempla et vide apud Matth. gr. gr. I. s. v. καίω, et apud Lob. l. l.) adhaerent et alii Iones et Herodotus, qui IV. 69 dixit περικεκαυμένοι, et κατεκαύθη I. 19. 86. IV. 69. VII. 167 nullo unquam libro contradicente. Similique modo et aorist. II. usurpabat κατεκάη I. 51. II. 180. 107. IV. 79; quamquam Thom. Mag. p. 199, 2 κατεκάη Ἑλληνικόν nominavit et κατεκαύθη Ἀττικόν, et Antiatt. Bekk. I, p. 112, 2: προσεκαύθη ἀντὶ τοῦ ἐκάη Ξενοφῶν Συμποσίῳ. — Sed V. 92, 7 pro vulg. κατακαυθέντων male cod. F. κατακαυσθέντων exhibuit, et VI. 101, ubi idem κατακαυθέντων recte vulgatum est, κατακαυσθ. a. καταφθ. F. — At κατακαυθέντων utrobique nostro servandum est; neque aliter adjectivum verbale ἐπικαύτοισι VII. 71. 74 ullo in libro scribitur.

Qua forma perf. pass. verbi χρίω Herodotus usus est κεχριμένας IV. 189 (quo ex loco Eust. ad Il. ε' p. 603 = 459 suo dicendi genere usus κεχρισμένας posuit) κεχριμένοισι IV. 195, nulla varietate enotata; quibus locis addas ἐγκεχριμένοι VII. 145, quod paulo supra vulgatae ἐγκεχρημένοι substitui volui; ea etiam Magnes. ἐν Λυδοῖσι, Eubulus Στεφανοπώλισιν apud Athenaeum, aliique usi sunt (cf. Athen. XV, 690 c. Μάγνην δὲ ἐν Λυδοῖσι· λούσαντα

χρῇ καὶ βακκάριδι κεχριμένον. Athen. XIII, p. 557 F. Eubul. l. l. κεχριμέναι. Eust. ad Hom. Od. η' p. 1570: παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ· τὰ σώματα ἐκέχριντο μίλτῳ καὶ χρώμασιν ἑτέροις. δεῖ γὰρ αὐτὸ καινότερον διὰ τοῦ ι προφέρεσθαι, ὡς ἀναλογώτερον ὄν, ἢ ἐκέχριστο εἶναι, ἢ κεχρίδατο Ἰωνικῶς. — Unde χρῖμα pro χρίσμα Callim. Lav. Pall. 16. 26 χρίματα. Xenoph. et Achaeus ap. Athen. p. 526 B. 689 B.). — Alia utriusque formae exempla et alii et Lob. l. l. tibi indicabunt, quibus addas Xenoph. Cyr. VII, 1, 2 et VII, 5, 22 κέχρισμαι.

Verbi κληΐω perf. et aorist. pass. apud nostrum κεκλήϊμαι et ἐκληΐσθην constanter formanda esse, et libri Herodotei ipsi et aliorum scriptorum similis usus docent. II. 121, 2 κεκληϊμένου, sive κεκλειμένου (cf. supra p. 176 sq.) Bekk. al. cum M. P. F. d. κεκλεισμένου male S. V. K. a. b. c. κατακεκλεισμένου edd. vett. III. 117 περικεκληϊμένον nunc vulg. περικεκλημ. P. περικεκλειμ. F. περικεκληϊσμ. c. περικεκλεισμ. S. et edd. ante Wessel. — Ibid. ἀποκεκληϊμένου nunc vulg. ἀποκεκλειμ. F. ἀποκεκλεισμ. S. — VII. 129 συγκεκληϊμένην Bekk. συγκεκλημ. P. K. συγκεκλημ. M. συγκεκλειμ. F. συγκεκληϊσμ. Ald. Gsf. al. cum S. V. c. — I. 165 ἀποκληϊσθῇ. III. 55 ἀποκληϊσθέντες (cf. Greg. Cor. d. d. Ion. § 3). — 58 ἀπεκληΐσθησαν vulg. (ἀποκλεισθ. F.). Sed II. 128 κατακληϊσθέντα Ald. Gsf. al. vulg. cum M. Paris. κατακλεισθ. P. S. K. κατακληϊθ. Bekk. male cum F. κατακληθ. V. Quo postremo loco valde mireris, etiam Bekkerum, quorundam codicum auctoritate deceptum, hujus verbi aoristum sine sigma scripsisse, quem quidem constet, sive illum a κληΐω, sive a κλείω, sive a κλῄω deduxeris, nunquam apud Graecos dimisisse sibilum. Quare est isto in loco κατακληϊσθέντα una vera scriptura, unde veteribus Atticis exstitit scriptura ἐκλῄσθη et in perfecto κέκλῃμαι, nunc ubique in Thucydidis libris recte restituta (cf. Popp. Thucyd. I, p. 212 sq.) aliisque etiam veteribus Atticis multis in locis restituenda cf. Matth. gr. gr. I, p. 602. Buttm. gr. gr. II, p. 220. Lob. ad Aj. vs. 1274; unde apparet, immerito Lobeckium aliosque Soph. Aj. l. l. ἐγκεκλεισμένους retinuisse pro ἐγκεκλῃμένους.

Huc pertinet et Suidae praeceptum, s. v. σέσωσται, σεσωσμένος οἱ παλαιοὶ ἄνευ τοῦ σ̄, καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης (cf. Interpr. Thucyd. I, 6 ubi vulgatum est διεζωσμένοι) οἱ δὲ νεώτεροι μετὰ τοῦ σ̄. Ἐπ' ἐνίων δὲ ἁπλῶς παραλείπουσι τὸ σ̄, ὡς κεκλειμένος, πεπειμένος quod si verum sit cum Aeolico σεσοφιμένος, a Goettl. Hesiod. Opp. 649 in ordinem recepto, conferri possit. — Sed apud nostrum ubique κεκλήϊμαι sine σ scriptum praeferendum esse, etiam tertia pluralis κεκλέατο (IX. 50) confirmat, quam apud nostrum nullo modo a κεκλήϊσμαι exsistere potuisse jam supra p. 329 docuimus.

Quod Lobeckius ad Soph. Aj. p. 325 scribit, κεκέλευμαι et κεκέλευσμαι parem fere auctoritatem habere, id mihi non persuasit; neque etiam in Herodoteis libris aliter ac κεκέλευσμαι et ἐκελεύ-

σθην scripta reperi: VIII. 93 παρακεκέλευστο. VII. 9, 1 κελευσθείς. Unde apparet quam longe a genuina Herodotea oratione quosdam recessisse, qui IV. 141 et VII. 16 κελεύματι vulgatae κελεύσματι praetulerunt: IV. 141 κελεύσματι vulg. cum plurimis codicibus Mss. κελεύματι P. F. Bekk. male. VII. 16 κελεύσματι vulg. κελεύματι P. K. F. b. Bekk. Nam κέλευμα delicatioris aevi fuisse scripturam, recte mihi Dorvill. ad Charit. p. 403 monuisse videtur, et Stallb. recte in Plat. Rep. III, p. 407 B. παρακέλευσμα retinuisse, quamquam alii formam sine σ scriptam in Platonis aliorumque veterum Atticorum scriptis restituendam esse contenderunt; sed vide Thucyd. II, 92. Interppr. Plat. Phaedr. 253 D. Legg. V, 729 B. XII, 950 C. Aeschyl. Pers. 389 (Wellauer.) et Blomf. Gloss. ad Aesch. Pers. vs. 403. Sed Etymol. Mag. p. 502, 19 et Athen. III, 87 A. habent κέλευμα ex Sophronis, Dorici, Mimis; ut idem Athenaeus IV, p. 138 Herodotei loci IX. 92 (ὡς δὲ κελευομένοι οὗτοι ἐποίευν ταῦτα) memor ex sua consuetudine dixit ποιησάντων δὲ τούτων τὰ κελευθέντα, et Dio Cassius aliique posteriores κέλευμα genuinum habent cf. Interppr. Herod. IV. 141. — Sed Herodotus ut κέλευσμα sic et κελευσμοσύνη I. 157 posuit. — Eandem, quam verbum κελεύω, rationem secutum est et περιφλεύω, cujus perf. pass. apud nostrum est περιπεφλευσμένων. — Praeterea vide δέδασται II. 84. καταλευσθέντες I. 167. ἀκουστέα III. 61. σεισθεῖσα VI. 98, ut constanter σεισμός IV. 28. V. 85. 86. VII. 129 bis. VIII. 64. πάλαισμα IX. 33. πταῖσμα VII. 149. κατακυλισθεῖσαν I. 84. κατακλυσθῆναι II. 99. κλύσμασι II. 77. κλυστήρ II. 87. ὕσθην III. 10. ἐβέβυστο VI. 125 (cf. Suid. βεβυσμένα et βεβυσμένον ex Aristoph. Acharn. 438 (462). ἀπωσμένον V. 69. ἀπωστός VI. 5. ἀπωσθέντες I. 173. ἐξῶσται ἄνεμοι II. 113. ἄχθομαι ἠχθέσθην et ἔραμαι ἠράσθην I. 8. II. 131. II. 103. — Sed λούω habet λελουμένος I. 126. ἄλουτος II. 64 bis. — Praeterea verbi σώζω, cujus perf. pass. apud nostrum non invenitur, aorist. pass. constanter scriptus est ἐσώθην II. 107. IV. 97. V. 87 bis. VII. 229. 230. VIII. 88. 92. 118. IX. 71. et σωτήρ, σώτειρα VIII. 138. II. 156. Sed σῶστρα I. 118. IV. 9.

A ζώννυμι apud nostrum formatum est ἔζωσμαι II. 85 ἐπεζωσμέναι vulg. (ὑπεζωόμεναι S.) ibid ἐπεζωσμένοι vulg. (ἐπεζωόμενοι S. V.). VII. 69 ὑπεζωσμένοι recte vulgat. pro quo ὑπεζωμένοι codd. P. K. F. exhibuerunt, recte non auditi. Sic et ζωστήρ IV. 9. 10 ter. I. 215. IX. 74. Nec tamen ζῶμα, nec ζῶσμα apud nostrum reperitur (cf. Piers. ad Moer. p. 168 ζῶμα ἀττικ. ζῶσμα ἑλλην.). — χώννυμι, κέχωσμαι II. 138. VIII. 144. ἐχώσθην II. II. 11 ter. 137 bis. Sed χῶμα eadem cum constantia, vide exempla in Schweigh. lex. Herodot. s. v. — (γινώσκω, ἔγνωσμαι et ἐγνώσθην constant VIII. 110. VI. 2. 50. IV. 154. VII. 7. 236.) — Plusquamperfecti pass. verbi ῥώννυμι apud nostrum est ἔρρωτο VI. 111; comparativus participii perf. pass. ἐρρωμενεστέρη IX. 70. Hippocrat. Sect. IV, p. 391, 30 ἔρρωται. de Morb. II, p. 474, 16 ἐρ-

ρωμένος. Thucyd. VII, 15 ἐρρώμην et II, 8. ἐπέρρωντο II, 17. Aoristus pass. ἐρρώσθη apud nostrum non legitur; sed Plat. Conv. p. 210 d. ῥωσθείς, quamquam etiam alterius formae ἐρρώθη vestigia in codd. Mss. vett. Atticorum apparuerunt, vide Thucyd. VI. 93. VII. 45. — χρώννυμι verbi nomen substantivum apud nostrum est χρῶμα III. 101. IV. 109; sed Hippocrat. de Rat. Vict. in morb. acut. p. 390 (fin.) κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι. cf. Lob. ad Buttmann. II, p. 332. — (De ἐστρωμένος, κεκορημένος jam supra exposuimus.) — τετρωμέναι habes VIII. 18. καταβέβρωται IV. 199. καταβρωθῇ III. 16. — Sed κατασβεσθῆναι I. 87. ἐσκεδασμένου IV. 14. διασκεδασθέντες VII. 219. — Verbi νέω (cumulare) perf. pass. νένημαι apud nostrum sine σ scribendum esse, vel ex tertia pluralis συννενέαται II. 135. IV. 62. concludi potest (cf. supra p. 329) quamquam in Aristoph. Eccles. 866 (838) ἐπινενησμέναι vulgatum est. cf. Lob. ad Aj. l. l. — Verum πίμπλημι, πέπλησμαι, ἐπλήσθην (cf. Herod. I. 78. III. 16. IV. 128. VI. 138. VII. 119. ἄπληστος I. 187. 212 bis) tam crebra sunt, ut πληθείη Ioseph. ἐπλήθη Paus. ἀναπληθήσονται Lucian. jure merito Lobeckio corruptelae suspicionem commoveant; cf. Lob. Aj. p. 318. — Verbi πίμπρημι perf. pass. eodem modo apud nostrum σ recepit: VIII. 144 ἐμπεπρησμένα recte vulg. cum S. V. pro quo in codd. P. F. b. ἐμπεπρημένα inventum est, a Photio s. v. σέσωται immerito Atticis tributum (cf. Lob. l. l.). — (V. 105 ἐμπεπρῆσθαι M. P. K. F. ἐμπρησθῆναι S. a. alii.) VIII. 55 ἐμπρησθῆναι sine varietate et V. 102 ἐνεπρήσθησαν. VI. 25 ἐνεπρήσθη. — ἐργάτης, quamquam haud dubie ab ἐργάζομαι (posteriores etiam ἐργάομαι) deducendum, exstat sine sigma scriptum apud nostrum IV. 109. V. 6. et foemin. ἐργάτιδες V. 13; et de fluvio dictum ἐργατικός (laboriosus) II. 11 aeque sine sigma scriptum (cf. Eust. ad D. Per. vs. 222). Quam scripturam Hesychius Atticis tribuit: ἐργάται, οἱ γὰρ ἡμῖν ἐργαστικοὶ παρὰ Ἀττικοῖς (cf. Plat. Resp. VIII, 554 A φειδωλὸς εἶναι καὶ ἐργάτης) et Apollonius (in Bekk. Anecd. II, p. 500 coll. p. 545. 549) ἐργαστής et ἐργάτης composuit cum formis οὐτασμένοι et οὐταμένοι, συνεληλασμένοι et συνεληλαμένοι, δεσπότης et δεσπόστης. — De θεμιτός, ἀθεμιτός, ἀχάριστος, εὐχάριστος jam supra p. 269 sq. exposuimus.

Aoristi secundi, quos ex prima verborum positione formatos esse notum est, et exceptis quibusdam exemplis, vocales correptas habere, apud Herodotum his in rebus majorem servant constantiam, quam apud alios quosdam scriptores. Etenim praeter συλλεγῆναι aliaque id genus, quae nunquam vocalem α receperunt, omnia alia huc pertinentia sibi constant hac in vocalium permutatione apud nostrum, adjutum quidem hac in re suae dialecti proprietate, ex qua exempli gratia τράπω et τάμνω statim in praesenti tempore illum dixisse jam supra vidimus. Ubique igitur hi aoristi per α sunt scribendi, statimque hanc in partem corrigendi, sicubi librariorum culpa aliam quandam formam acceperint. — πλέκω, ἐπλά-

κην, VIII. 84 συμπλακείσης recte vulg. συμπλεκείσης male F. III. 78 συμπλακέντος vulg. συμπλεκέντος S. P. F. — (conf. et codicis F. vitiosum ἀπεστρεμμένους pro vulg. ἀπεστραμμ. VII. 160 κατεστρέφετο pro vulgato κατεστράφατο I. 27. cod. M. ἀπεστρέφατο pro vulg. ἀπεστράφατο I. 166.) δείρω, ἐδάρην VII. 26. σήπω, σαπέντος VI. 136. III. 66. πταίρω, πταρεῖν VI. 107. πείρω, ἀναπαρείς IV. 94. ῥήγνυμι, ἐρράγην I. 87. II. 29. VI. 129. III. 133. II. 173. — ἀπετάκη I. 51. ἐφθάρην I. 102. 110. 116. 167. 170. 214 alibi. — πλήσσω, ἐξεπλάγην I. 24. 111. 116. 119. IV. 4. VII. 226. VIII. 94. IX. 82; sed, omissa praepositione, quamquam eadem notione πληγέντες δώροισι VIII. 5, ut πεπλῆχθαι II. 121, 3, 6. III. 64 πληγέντι I. 85. ἐπλήγησαν V. 120. Aoristo enim primo pass. πληχθῆναι noster non usus est, quamquam Euripid. Troad. 183 ἐκπληχθεῖσα dixit, quum tragici, ut omnino veteres Attici, saepius asperas et antiquas aoristi primi formas ita praetulerint, ut tamen non prorsus negligerent eorundem verborum aoristos secundos. Quod nostro cum iis commune est. Sic dixit ἀποσφαγέντων IV. 62. 84. σφαχθεῖσα V. 5. — λέγω dicere ἐλέχθην et κατελέχθην I. 142. II. 120. III. 46. 80. IV. 23. 28. 48 bis. 49. 95. 118. 175. 178. V. 52. VI. 33. VII. 10, 1. 18. 110. 127. 129. 175. VIII. 9. 60. 131. IX. 74 διελέχθη III. 51. προσδιαλεχθῇ III. 52. λέλεγμαι dictus sum II. 21. 125. ἀπολελεγμένοι electi VII. 40. 41 bis. 83. — λέγω (colligere) συλλελεγμένος VII. 26. IX. 41. συνελέχθη I. 97. II. 62. III. 130. IV. 87. 159. V. 118. VI. 11. 39. 43 bis. 58. VII. 18. 19. 101. 173. 184. VIII. 2. 42. 59. 107. IX. 45. 50. Sed συλλεγῆναι VII. 173. IX. 27. 29. 32. cf. Piers. ad Moer. p. 207 sq. Thom. Mag. p. 339, 8 συλλεχθεὶς κάλλιον ἢ συλλεγείς, coll. p. 84, 9 διελέχθη κάλλιον ἢ διελέξατο. p. 194, 6 καταλεχθεὶς κάλλιον ἢ καταλεγείς. — I. 170 ἀπαλλαχθέντας. II. 2 ἀπαλλαχθέντων vulg. ἀπαλλαγέντων F. IV. 5 ἀπαλλαχθέντος vulgat. ἀπαλλαγ. F. II. 152 ἀπηλλάχθη. V. 4 ἐξαπαλλαχθείς (item Ioh. Stob. Serm. 119 p. 607) cf. et V. 65. 66. 78. VI. 5. 24. 40. 45. VIII. 18. Nec tamen mutandum est vulgatum ἀπαλλαγῆναι VIII. 84 et fut. ἀπαλλαγήσεσθαι II. 120; quamquam Thom. Mag. p. 80 affirmavit διαλλαχθήσομαι κάλλιον ἢ διαλλαγήσομαι, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γὰρ οἱ μέλλοντες πρῶτοι προτιμῶνται τῶν δευτέρων μελλόντων (cf. Pors. ad Euripid. Phoen. 986. Lob. ad Aj. vs. 493. coll. vs. 1019). — κλεφθείς V. 84; neque unquam Atticum ἐκλάπην. — A περιέπω, περιεφθέντας V. 1. 81. VI. 15. VIII. 18. 27. — II. 81 θαφθῆναι

θ

vulg. θαφῆναι F. ταφῆναι S. V. b. d. VII. 228 θάφθεῖσι (item Eust. ad Il. ε΄ p. 519 = 393) sed ταφῆναι sine varietate III. 10. 55. IX. 84. — μιχθῆναι et συμμιχθῆναι II. 181. IV. 9 bis. 114. 172. 176. VII. 129. 203. μιγῆναι et συμμιγῆναι II. 131. V. 92, 7. VIII. 38. IX. 19. — διατριβῆναι VII. 120. — κατεσκάφη VI. 72. — ἀναγραφῆναι VI. 14. ἐνεγράφησαν VIII. 82. 85. — ἐκκοπῆναι VI. 37. 114. κατακοπῆναι III. 16. VIII. 92. IX. 89. — ἐκρυ-

φθη II. 130. — ζευχθῆναι VII. 6. — στρέφω, κατεστράφθησαν I. 130 nunc vulgat. cum M. K. a. b. c. κατεστράφησαν F. S. d. Sed omnes ἐπιστραφεὶς I. 88. μεταστραφῆναι III. 121. στραφῆναι et ἐστράφη III. 129 (item Suid. s. v. Δημοκήδης). συστραφέντες IV. 136. VI. 6. 40. — τράπω (ἐτράφθην), ἐπιτραφθέντες I. 7. IV. 12 τραφθέντες vulg. τραφέντες F. στραφέντες S. V. d. — IX. 56 τραφθέντες vulg. τραφέντες S. στραφθέντες F. — Sed ἐτράπησαν, quod edd. vett. cum cod. d. IX. 65 praebent pro ἐτράποντο nunc cum codd. M. P. K. F. S. V. a. b. c. vulgato (οἱ Πέρσαι ὡς ἐτράποντο ὑπὸ τῶν Λακ. — ἔφευγον) non est Herodoteum; nam ἐτράποντο est imperf. pass., non aorist., quamquam Plat. Cratyl. 395 D. ἀνετράπετο passive usurpavit cf. Buttm. gr. gr. II, p. 87. — τρέφω, ἐπιτραφέντων II, 121, 1 nunc recte vulgat. cum M. P. K. F. R. a. c. (ἔτι γραφέντων S. V. b. ἐπιγραφέντων Ald. al. cum d.) pro quo Borheckius non debebat ἐπιτραφθέντων de suo substituere, quum τραφῆναι I. 122 omnes, et τραφεὶς I. 130. ἐτράφη III. 111. ἐπετράφη IV. 3 vulg. nunc cum V. ἐτράφη olim vulgat. ἐπεστράφη S.

Ut ἐδυνάσθην nostrum constanter usurpasse jam supra p. 290 vidimus, sic dixit ἐλάμφθην II. 89. 115. V. 21. 101. VI. 92. VII. 239. VIII. 11. 70. 76. 97. 108. IX. 58. 114. 119. — III. 69 ἀπίλαμπτος sic nunc recte vulg. cum P. K. F. a. c. ἀπίλαμπος S. b. d. Suid. et Zon. — καταλαμπτέος III. 127. φοιβόλαμπτος IV. 13 (φοιβόλαμπος male cod. b. φοιβόληπτος S. d.). Hoc verbum etiam in futuro et perfectis hanc pleniorem apud nostrum retinuit formam, sic λάμψομαι I. 199. II. 120. III. 36 (λάμψονται recte vulg. λήψονται S. V.). 146. IV. 33. VI. 39. VII. 39. 157 (παραλαμψομένους recte vulg. παραληψομ. S. V.). VIII. 10. IX. 38. 108 (comparandum cum λάζομαι et λέλογχα a λαγχάνω VII. 53. 144). — λέλαμμαι III. 117. IV. 68. IX. 51. — λελάβηκα III. 42. 65 (καταλελάβηκε recte vulg. cf. Phot. καταλελάβηκεν, τὸ εἴληφεν Ἡρόδοτος. Anecd. Bekk. I, p. 104, 21. 105, 30. — κατέλαβε S.). IV. 79. VIII. 122. IX. 59. 60. — Unde autem Matth. gr. gr. I, p. 609 s. v. λαμβάνω aoristi primi med. formam ἐλαμψάμην sibi finxerit, nescio; quem enim attulit locum Herod. VII. 157 ibi frustra eam quaesiveris. Herodotus, ut omnes alii Graeci, usurpabat aor. sec. λαβέσθαι. — ἐρείδω, ἐρείσας VI. 129. — III. 66 κατηρείκοντο nunc recte vulg. cum S. V. pro quo alii male κατείρεικόν τε posuerunt, codd. M. F. κατήρεικόν τε, cod. P. κατήρειχόν τε. — ἐρείπω, ἤρειψα I. 164. VII. 140. (Soph. Aj. 309 ἐρειφθεὶς) quare Wessel. al. IX. 70 recte imperf. ἤρειπον, notione transitiva, nostro restituerunt pro ἤριπον olim cum codd. S. P. F. vulgato, quod ut passivum ἐρείπεσθαι intransitivam habet significationem, vide Foes. Oec. Hipp. s. v. ἐρείπεσθαι, ubi tamen non pauca scripturae vitia exstant. — Verbi ἄγειν aoristi primi activi formam ἆξαι quamquam nunc quidem constat numquam ab Herodoto usurpatam esse; nam ἐπισάξαντες codicis S. I. 194 pro vulg. recte ἐπισάξαν-

τες (cf. Poll. s. v.) scripturae vitium est (similiter Henr. Steph. in Athenagor. περὶ ἀναστάσ. νεκρ. p. 51 ἐπισαχθέντα scribere maluit, quam vulgatum ἐπεισαχθέντα (καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ὄγκον ἐπεισαχθέντα πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς ἀποπλήρωσιν) retinere; et Buttmann. in Soph. Philoct. 755 merito τοὐπίσαγμα praetulit alteri scripturae τοὐπείσαγμα), ut VI. 60 συνάξαντες codicum S. V. P. M. K. Paris. (συνάψαντες edd. vett.) pro σιννάξαντες, quod Reiskius optime restituit (cf. VII. 36 κατανάξαντες τὴν γῆν Hesych. s. v. Ioseph. bell. Iud. I, 21 νάγμα, terra stipata), tamen quidam aoristum primum medii ἄξαντο (ἐσάξαντο, προεσάξαντο) nostro obtrudere student. Sed hos aoristos primos partim Atticis solis partim posterioribus tribuendos esse extra omnem dubitationem positum est (cf. Lob. Phryn. p. 287. Parerg. p. 736. Buttm. gr. gr. I, p. 521 sq. et quos laudavit) et vidimus jam supra verbi ἄγειν tempora augmento apud nostrum ornanda esse; ut vel ex his causis commotis nobis sit videndum, ne aliter, ac vulgo fit, ii loci, quos pro isto usu attulerunt, explicari possint. V. 34 ἐπεὶ μέντοι ἐπύθοντο (οἱ Νάξιοι) αὐτίκα μὲν ἐσηνείκαντο τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ τεῖχος, παρεσκευάσαντο δὲ ὡς πολιορκησόμενοι καὶ σῖτα καὶ ποτά, καὶ τὸ τεῖχος ἐσάξαντο, quibus in vulgatis verbis quidam ἐσάξαντο, verbis καὶ τὸ τεῖχος immerito uncis inclusis, arcte cum σῖτα et ποτά conjungi et ab ἐσάγειν derivari volunt. Sed verba καὶ τὸ τεῖχος codicum Mss. auctoritate munita sunt, et τεῖχος σάξαι vel σάξασθαι idem valet ac τὸ τεῖχος ἐφράξαντο IX. 70. cf. Harpocrat. ἀποσάξαντα, ἀντὶ τοῦ φράξαντα τὸ τρῆμα καὶ ἀποπληρώσαντα (sed quod Harpocrat. addidit: Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἕκτῃ, in eo illum falsum esse apparet cf. Wessel. ad Herod. VI. 13. Interppr. Suid. s. v. ἀποσάξαντα). Suid. σεσαγμένην, πεπληρωμένην, πεφορτωμένην cf. Herod. I. 190 οἱ Βαβυλώνιοι προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν, pro quo nunc vulgato cum codd. M. K. F. a. b. c. προεσάξαντο, olim cum codd. S. d. male προσάξοντο legebatur. Sed illud προεσάξαντο a προσάσσειν (si enim Passovius in lex. gr. s. v. σάττω contendit σάσσειν non inveniri, fugit eum Hippocrateum σάσσειν, de Morb. II, p. 466, 21) deducendum est, frumentum ante sibi cumularunt. VIII. 20 οἱ γὰρ Εὐβοέες — οὔτι τι ἐξεκομίσαντο οὐδέν, οὔτε προεσάξαντο; pro quo vulgato προεσάξαντο codd. P. M. b. προσεσάξαντο praebuerunt, codd. F. d. προσεσάξαντο, hac ipsa aberratione docentes verbum προσάξασθαι ibi locum habere, non medium verbi προεσάγειν. Nam is verbi ἄγεσθαι usus, ex quo etiam simpliciter de rebus dicatur, idemque valeat ac φέρεσθαι, hac in re constanter a nostro usurpatum, nondum extra omnem positus esse videtur dubitationem. — Alia verbi σάσσειν, παρασάσσειν exempla vide in Schweigh. lex. Herod. s. vv. — Sed data hac occasione liceat mihi Hippocrateas memorare formas ἐσάσσειεν, ἐσάσει, ἐσάσαι (cf. de Morb. II, p. 500, 13 ἢν μὲν πολλὸν ἔῃ τὸ φλέγμα, ἐσάσσειεν ἐς τὸ σῶμα αὐτίκα, ἢν δὲ ὀλίγον οὐκ ἂν ἐσάσειεν. 500, 41 ἢν δὲ ὀλίγη, οὐκ ἂν ἐσάσειεν — χρόνῳ

δὲ — πλείω σίνεται. 500, 13 ἢν μὲν ὀλίγον, οὐκ ἂν ἰσάσειεν, ἀλλὰ διηθείη (repone διηθηθείη vel διηθοίη intransitive transire, ut Herod. II. 93 διηθέοντος τοῦ ὕδατος ἐκ τοῦ ποταμοῦ) ἂν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐς τὴν κύστιν. 501, 35 ἢν δὲ ὀλίγον προσγένηται, οὐκ ἰσάσειεν ἂν τὸ σῶμα. 502, 23 ἀεὶ πρὸ τοῦ ἰσάσαι ἕκαστον. 504, 53 ἢν μὲν δι' ἡσυχίης ᾖ ὁ ἄνθρωπος — οὐκ ἰσάσει κάρτα et 56 τὸ σῶμα θερμαίνεται καθ' ἡσυχίην, ὡς μὴ ἰσάσειεν κάρτα. —) quas mireris Foesium, Oec. Hipp. s. v. σάττειν, non dubitasse a simplici verbo σάττειν deducere, quum etiamsi Foesio adsentiaris ἰσάσειεν ἐς τὸ σῶμα (500, 13) in id, quod est usitatius ἰσάσειεν τὸ σῶμα (cf. Foes. Adnot. ad h. l.) mutanti, et alterum σ addideris, ne a composito quidem ἐσσάττειν eas deduci posse pateat. Quod quamquam facile intelligitur atque ex apposito σίνεται et opposito διηθοίη ἰσάσειεν, vel quodcunque huic substitueris, notionem subesse nocendi subsidendo atque insidendo, ut ab ἰσάω derivandum esse putaveris, tamen neque hoc neque ullum aliud, quod mihi adhuc in mentem venit, mihi ipsi satisfecit. Cogitavi enim de Hesychii σάσαι, καθίσαι Πάφιοι (vide Alberti ad h. l. et ad Θάβακον et Θαλάμη), de Erotiani εἰσάσθω, καθισάτω (cf. Foes. Oec. Hipp. s. v.), de ἀσάω (cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. ἆσαι), de ἀάσειεν, ἀάσει, ἀάσαι, de ἐσαττᾶν, ut aliud compositum διαττᾶν haud raro invenitur cf. Plat. Soph. p. 152 οἷον διηθεῖν τε λέγομεν καὶ διαττᾶν. Cratyl. p. 265 b. τὸ γὰρ διαττώμενον καὶ τὸ ἠθούμενον πηγῆς ἀπείκασμά ἐστιν. (cf. Etymol. Mag. p. 271, 33 διάττειν, ὁρμᾶν, διατρέχειν, ἢ δάκνειν, οἷον διαθεῖν.) sed nihil eorum adhuc conatus sum, ut genuinum, reponere. — Verum, ut ad institutum sermonem revertar, de aoristis primis ἤνεικα et ἠνεικάμην inter omnes constat, his solis, nunquam ἤνεικον aut ἤνεγκον, ἠνεγκόμην Herodotum usum esse; exempla vide supra p. 148 sq. et cf. Eust. ad Hom. p. 1145, 62.

Aliis in verbis aoristus primus diverso est ab aoristo secundo significatu, veluti ἀνέγνωσα (persuadere) et ἀνέγνων (agnoscere cf. Herod. II. 91) quod harum formarum discrimen tam constans est, ut nihil ad id tollendum valeant librariorum confusiones aliorumque errores (cf. Gregor. Cor. d. d. Ion. § 95. Thom. Mag. p. 52, 1. Lob. Parerg. p. 735. Buttm. gr. gr. II, p. 139 Not.) Herod. ἔγνωσε I. 68. 74. 78. 87 (ἀνέγνωσε libri Herod., sed ἀνέγνω Schol. Dionys. Thrac. Bekk. Anecd. 743, 17. Villois. Anecd. II, p. 179. Gregor. Cor. p. 505 (Schaef.). 128 (item Thom. Mag. l. l. Suid. s. v. et s. v. μετεῖναι). 157. III. 61 ἀναγνώσας. IV. 158 ἀνέγνωσαν. V. 106. VII. 165. VI. 83. VII. 144. VIII. 57 ἀναγνῶσαι (item Plut. de Malig. c. 37). 58. 100. 142. Etiam VI. 75 recte ἀνέγνωσε vulgatum est, quamquam codd. S. V. male ἀνέγνω praebuerunt. — Sed ut Attici aliique et ἤνεγκον et ἤνεγκα dixerunt, sic Herodotus cum Atticis scriptoribus et εἶπον et εἶπα et semper ἀπειπάμην usurpavit (cf. Matth. gr. gr. I, p. 424 sq. et p. 569. Lob. ad Buttm. II, p. 164 sq. ad Phryn. p. 348) quamquam ubi codd. Mss.

inter se dissident haud facilis esse videtur dijudicatio, quid quoque loco Herodotus ipse posuerit. Infinitivi exempla aoristi secundi εἰπεῖν jam supra p. 324 sq. attuli. Praeterea εἶπον II. 143. III. 46. 119. VII. 130. VIII. 26 *). Conjunctivi formas εἴπῃς VIII. 65. εἴπῃ VII. 8. προείπωσι VII. 9, 2 haereas, ad utrum aoristum referendas esse dicas. — Optat. εἴποι III. 6. IV. 155. VII. 187 bis. εἴποιεν IX. 71. — εἰπέ III. 35. V. 111. VII. 47. 103. 234. — πρόειπε et ἄπειπε I. 155. — εἰπόντα I. 27. III. 35. εἰπόντος I. 153. εἰπόντες II. 123; quas participii formas mutari nolim, quamquam Greg. Cor. d. d. Ion. p. 481 tradidit: τῷ εἰπὼν οὐ χρῶνται, ἀλλὰ τῷ εἴπας ἀορίστου πρώτου, προφέροντες ὡς τύψας. (Piers. Moer. p. 29 ἀπεῖπα ἀττικῶς, ἀπεῖπον ἑλληνικῶς. Thom. Mag. p. 12, 6 καὶ ἀπειπάμην καὶ ἀπεῖπον.) et quamquam εἴπας, εἴπαντος etc. crebrius a nostro usurpata cernuntur. Sic εἴπας I. 41. 86. 122. 128. II. 119. III. 22. 28. 29. 36. 52. 63. 65. (153 ἀπείπας) IV. 98. 143 bis. 144. V. 18. 20 bis. 25. 50. VI. 67. 86, 4. VII. 8, 4. (12 προείπας, idem VIII. 27.) VII. 15. 16. 17. 30. 53. 130. 238. VIII. 26. 81. 137. IX. 12. 42. 45. 49. 59. 76. 89. 94. 111. — εἴπαντες VII. 214. εἴπαντος III. 63. 83. 148. V. 93. εἴπαντα V. 105. VII. 221. εἴπαντι V. 54. προείπαντες et ἀπείπαντας IV. 125. — εἶπα III. 61. IV. 44. VII. 11 (cf. Eust. ad Il. ε' p. 733 = 626). — εἶπαν I. 120 bis. IV. 158. V. 1. 18. 39. 79. 109. VII. 27. 147. IX. 11. 46. 94. — ἀπείπασθαι I. 59. 205 IV. 120. 125. V. 56. VI. 100. VII. 14. IX. 7, 1 (cf. Antiatt. Bekk. I, 80, 25). εἴπασαν VIII. 102. εἰπάσης IV. 162. — εἶπαι III. 63 (εἴποντα S). 116 εἶπαι (εἶπε F.). VII. 133 εἶπαί τι vulg. cum P. K. b. εἰπάντι F. — IX. 6 προεῖπαι vulg. cum M. P. K. S. Paris. προεῖπε F. al. — VI. 86, 1 εἶπαι (εἶπε F.). — I. 22 εἴπας vulg. nunc cum codd. M. F. a. c. εἰπών S. b. d. e. al. (εἰπαστὼν V.). — 31 εἴπας vulg. εἰπών S. V. III. 22 εἰπάντων nunc vulg. cum S. V. Olim εἰπόντων. Ibid. εἰπάντων δὲ τῆς ποιήσιος πέρι nunc vulg. εἰπόντων Ald. al. — 120 τὸν εἴπαντα vulg. εἰπόντα S. a. IV. 15 εἴπαντα S. V. εἰπόντα F. a. c. Orig. ctr. Cels. — VII. 12 εἴπαντα vulg. εἰπόντα F. a. — I. 49 εἶπαι nunc vulg. Olim εἰπεῖν (εἴπας e.). — 57 ἀτρεκέως εἶπαι nunc vulg. cum cod. c. Olim εἰπεῖν. VI. 82 εἶπαι vulg. εἰπεῖν S. a. εἶπεν F. II. 89 κατεῖπαι vulg. cum c. κατειπεῖν M. P. K. F. κατεῖπε S. V. — IV. 134 εἶπαι vulg. cum A. B. V. (εἶπε S.) εἰπεῖν M. P. K. F. — 180 εἶπαι nunc vulg. εἰπεῖν S. F. a. — 187 ἀτρεκέως τοῦτο εἶπαι vulg. εἰπεῖν M. F. S. a. alii; item paulo infra. VI. 61 εἶπαι vulg. (εἶπεν F.) εἰπεῖν S. b. VII. 60 οὐκ ἔχω εἶπαι vulg. εἰπεῖν S. V. P. F. — 150 λέγεται εἶπαι vulg. εἰπεῖν S. V. P. K. F. cf. et Var. Lectt. ad VII. 152. 153. 189. 226. VIII. 8. 65 bis. 68, 1. 73. 87. 88. 112. 115. 118. 128. 140, 2. IX. 8. 16. 18. 46. 82. 84. 88. 89.

---

*) Alia exempla formae εἶπον vide I. 207. II. 14. 65. 76. VII. 154. 196. 205. 239. cf. et Schol. Il. I, 106.

— I. 120 εἶπαν οἱ μάγοι vulg. εἶπον d. III. 22 οἱ δὲ — εἶπαν S. V. Wessel. al. Alii εἶπον. — 64 εἶπαν vulg. cum pluribus Mss. Alii εἶπον. VI. 139 ὑπολαβόντες εἶπαν vulg. εἶπον S. f. Ibid. τοῦτο εἶπαν vulg. εἶπον V. — VII. 234 εἴπας vulg. εἶπες S. — Qua ex formarum permistione apparet Schaeferum non debuisse sola e conjectura I. 61 pro vulgato εἰπεῖν reponere εἶπαι. — VI. 21 in verbis nunc sic vulgatis ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον, habent edd. vett. pro ἔπεσε ἔπεσαν, quam aoristi primi formam, ut de plurali numero a nostri oratione prorsus alieno taceam, nullo unquam modo apud Herodotum recte defendi posse puto. Etiamsi enim προσέπεσα in Eurip. Troad. 291 et πέσειε in Alcest. 471 quodammodo tuenda esse tibi concedam, nec prorsus vere a scholiasta (nisi si illum jam ante Alexandrinorum tempora vixisse statuisti) ad Asistoph. Avv. 841 traditum esse, οὐκ ἐν χρήσει τὸ ἔπεσα, quum eo posteriores haud raro usos esse exempla a Lob. (Parerg. p. 724) aliisque allata doceant, tamen apud antiquiores prosae orationis scriptores ullum ejus usum fuisse nego; atque suo jure arbitror Wolfium in Aesch. de fals. legat. p. 337 vulgatum ἐνεπέσαμεν mutasse in ἐνεπέσομεν. Verum etiam Longinum (περὶ ὕψ. c. 24, 1) nostro loco ἔπεσε legisse, satis manifesto e toto sententiarum nexu clarescit, quamquam ibi alii libri vel ἔπεσαν vel ἔπεσον perperam praebuerunt.

Similis est ratio earum vitiosarum formarum, quae quibusdam in locis e codd. S. V. adnotantur εἵλατο, ἀνείλατο, διείλαντο (cf. VII. 190 ἀνείλετο vulg. ἀνείλατο S. V. VIII. 113 εἵλετο vulg. εἵλατο S. IX. 85 διείλοντο vulg. διείλαντο S. V. — cf. Lobeck. Phryn. p. 183. Piers. ad Herodian. p. 431.) nec fidem meretur Antiatticistae Bekk. I, p. 93, 14 testimonium, ἐξαφείλατο ex Herodoti libro primo afferentis, quum neque id compositum ἐξαπαιρέεσθαι unquam, nec tales aoristos primos, quales sunt εἵλασθαι, εὕρασθαι noster usurpavit, atque posterioribus demum scriptoribus hic usus concedi posse videatur cf. Lob. l. l. et p. 139 sq. — Etiam ἐπαύροιτο noster dixit VII. 180. — Sed quod apud Herodotum I. 80 omnibus in libris habetur ὤσφραντο pro usitatiore ὠσφροντο, id vulgo huc refertur; nec tamen, quamquam apud Aristidem Or. II, 308 pro vulgato olim ὤσφραντο Nov. Collat. ὤσφροντο exhibuit (Lob. Parerg. p. 742) illud Herodoteum ὤσφραντο mutandum esse censeo; sed esse unum illius metaplasmi exemplum. Neque enim cum forma ἐπτάμην, saepius illa a nostro usurpata, comparandum est, nec pro imperfecto aut plusquamperfecto a prima positione ὄσφραμαι aut ὀσφραίνω deducendo habendum. Quod autem Buttm. (gr. gr. I, p. 405) contendit, ab ὄσφραμαι si deducendum esset, Herodoteo ex more necesse fuisse, ut ὠσφρέατο formatum esset, id nego omnino necessarium fuisse, quum jam supra Herodotum viderimus maximam quidem partem horum verborum istam ad normam formasse, minime vero omnia. Alterum, quod Buttm. l. l. attulit, pro plusquamperfecto ideo non posse id haberi,

quod terminatio verbi ὀσφραίνομαι non cum verbis περαίνω, εὐφραίνω similibusque comparari posset, id facile omnibus jure probetur; cui etiam id addas, quod ὤσφραντο ex usitatiore more potius tertia singularis fuisset, quam pluralis cf. infra p. 360. — Posteriores quidem, quasi ὀσφραίνομαι prima hujus verbi positio esset, inde ὠσφράνθην, ὀσφρανθῶσι dixerunt, ut alii etiam activam formam et in simplici et in compositis usurparunt ὀσφραίνω, ἀποσφραίνω, προσοσφραίνω, alii etiam ψυχρανθῆναι, αἰσθανθῆναι, ηὐξάνθησαν. cf. Lob. Aj. p. 383. ad Phryn. p. 757. Piers. Moer. p. 281. — Quod autem ad istum aoristum (secundum) ἐπτάμην attinet, is ad ἵπταμαι, quae praesentis forma in recentiore demum Graecitate frequentabatur (Lob. ad Phryn. p. 325) referendus est, neque Atticis quidem abjudicandus (cf. Thom. Mag. p. 211 καταπτάμενος οὐ καταπτάς. — ἐπτάμην saepius in Aristophanis Comoediis, aliorumque Atticorum scriptis cf. Lob. Aj. vs. 282. Interppr. ad Soph. Oec. Tyr. vs. 17. Pors. ad Eurip. Med. vs. 1. Matth. gr. gr. I, p. 637.) quamquam iis in prosa oratione altera forma ἐπτόμην magis placuit, immerito etiam in Herodoti libros illata. IX. 100 et 101 ἐσέπτατο. VII. 12 ἀποπτάσθαι. II. 55 ἀναπταμένας recte exhibent codd. S. V. R. Paris. (Eust. ad Hom. Od. 1760, 50 = 545, 9 ἀναπτάμεναι) ἀναπτομένας male M. P. K. F. — III. 111 praebuerunt codd. S. V. verum recipiendumque καταπταμένας, pro quo alii male καταπτομένας, alii etiam e cod. F. καταπετεωμένας habent (cf. Lob. Parerg. p. 581. ad Buttm. II, p. 271 sq.). Hujus aoristi conjunctivus exstat IV. 132 ἀναπτῆσθε (ἀναπτήσησθε S. ἀναπτήσεσθε V. d.). Thom. Mag. p. 406, 3 ὠνήμην tradidit κάλλιον ἢ ὠνάμην. Λουκιανὸς ἐν τῷ Προμηθεῖ (Vol. I, p. 203) ὤνησο διότι μὴ καὶ ὁ Ζεὺς ταῦτα ἐπήκουσέ σου. Καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ (I. 168) „τὴν Τιμήσιος κτίσας οὐκ ἀπώνητο.“ quo solo loco is aoristus apud Herodotum invenitur cf. Lob. Phryn. p. 12 sq. ad Buttm. II, p. 71 sq. — Unde vituperatur illud ὤνασθε apud Euripidem obvium. —*)

Verborum liquidorum futurum, quod vulgo dicitur secundum, apud Herodotum, ut apud alios omnes Graecos, brevem accepisse vocalem, satis est notum; sed hic de errore quodam ex scholastica disciplina profecto mihi agendum est, qua olim ut omnes aoristos secundos sic duo futura in schematismo verbi liquidi apponebant, unum ad aoristum primum pertinens, alterum ad aoristum secundum; unde in verbis, quorum aoristus secundus vocalem ᾰ recepit, huic simillimum futurum praestruebatur. (cf. Lob. Aj. vs. 313 et quos laudavit) Invenitur quidem in Hom. Il. σ' 309 κτανέοντα,

---

*) Huc etiam pertinent aoristi γηρᾶναι et οἶσαι, de quibus ex quodam errore jam supra est dictum; ut et expositio illa de forma Herodotea εἰρέθη statim post futura μαχέσομαι, καλέσω, ὀλέω, ὀλέομαι inserenda erat.

nisi id cum Buttm. gr. gr. II, p. 227 pro praesenti tempore habere malueris, et composita κατακτανέουσιν Il. ζ' 409. κ τακτανέεσθε Il. ξ' 481., quae huic epico poetae facile quisque co cedat, quum ex Atticorum etiam poetarum scriptis jure hoc futurum per ᾱ scriptum ejecerit Porsonus (ad Euripid. Orest. 929. 1599. Med. 788. 1236) talibus in rebus recte arbitratus analogiam codicibus esse potiorem. Ac Matth. gr. gr. I, p. 606 summo in errore versatus est, Herodotum, contendens, non solum ἀποκτενέω, sed etiam et maxime in compositis formam per α scriptam usurpasse. Herodotus nunquam ἀποκτανέω aut simile quid dixit, neque etiam aliud compositum quam in ἀποκτείνω in futuro occurrit, in eoque constanter ἀποκτενέω formatum: I. 85 ἀποκτενέων. ἀποκτενέοντα III. 30. 62. 65. ἀποκτενέοντας V. 92, 3. ἀποκτενέειν III. 36. Unum tantum excipiendum est futurum medii verbi compositi διαφθείρεσθαι, διαφθαρέομαι pro διαφθαρήσομαι usurpatum. VIII. 108 διαφθαρέεται M. P. K. F. S. b. et edd. plurimae, pro quo non debebant edd. vett. e codd. a. c. διαφθερέεται recipere. IX. 42 διαφθαρέονται plurimae edd. cum codd. P. F. διαφθερέονται Gsf. (fortasse sine codd. auctoritate). διαφθερέοντας Ald. c. διαφθορεῦνται S. V. d. — Quamquam igitur sibi non constant libri, tamen ex ipsa fluctuatione et ex vitiosa codicis F. scriptura V. 51 διαφθαρέει (διαφθορέει P.) pro vero vulgatoque διαφθερέει, satis apparere mihi videtur, ut illic διαφθαρέομαι sic hic διαφθερέω solum genuinum retinendumque esse.

Porro aoristi primi nonnulli verborum in αινω desinentium, posteriorum loquendi rationi adsimilati, in ᾱναι pro ηναι exeuntes etiam in Herodoti libros interdum perperam invecti sunt. Sic III. 106 olim male vulgatum est ἐσήμανα pro vero et nunc cum codd. S. V. F. edito ἐσήμηνα. IV. 179 σημήναντα vulg. σημάναντα S. V. — Sed, nulla varietate enotata, σημήνας I. 5. σημήνῃ I. 21. ἐσήμηνε I. 43. II. 1. 20. 53. III. 69. 72. IV. 76. V. 35 bis. 51. 86. VI. 78 bis. VII. 8, 4. 18. 219. 239. VIII. 8. 11 bis. 41. 76. 79. 80. 110. IX. 1. 42. 56. 71. 118. — IV. 26 ἐκκαθήραντες vulg. καθήραντες S. V. ἐκκαθάραντες P. K. male (cf. Lob. Phryn. p. 24). I. 45 exhibent pro καθήραντα nunc recte cum codd. M. F. a. vulgato codd. S. P. al. non Herodoteum καθάραντα; sed καθήραντος non solum eodem in capite paulo post recte scriptum legitur, sed etiam I. 35. 41. 44. 64 bis. II. 86. IV. 72. — ἐξυφήναντες II. 122 recte vulg. ἐξυφάναντες S. V. sed IX. 9 omnes ἐξυφήνασα. VII. 52 ἀπεφήναο. — Neque aliter scriptum invenitur φῆναι I. 95. 114. 117. 165. II. 49 bis. 172. III. 36. 65. V. 36. VI. 35. 98. 135. VII. 160; quamquam pro imperf. ἀπέφαινε V. 41 in codd. S. V. ἀπέφανε inventum est, et pro ἐξέφαινε V. 92, 7 in cod. S. ἐξέφανεν. — αὐῆναι I. 200. II. 77. IV. 172. 173. λεῆναι I. 200. VII. 9, 3. VIII. 142. λιμῆναι VII. 25. λυμήνασθαι VIII. 28. — Sed ista contraria exempla non solum communis omnium antiquiorum scriptorum usus arguit vitiata esse, quorum ex scriptis, sicubi ejus-

modi vitia apparuerunt, partim jam expulsa, partim adhuc expellenda sunt (cf. Heind. ad Plat. Cratyl. p. 437 C. et Valck. ad Euripid. Hippol. p. 255 A. Porson. ad Hecub. 1205. Interppr. ad Thucyd. I, 72. Popp. ad Xenoph. Cyr. IV, 5. 36. ad Anab. V, 7, 35, ubi καθᾶραι male vulgatum est; quod vitium etiam e Plat. Legg. V, 220 tollendum esse monuit Lob. in Add. ad Phryn. p. 24. Verum Apollodorus comicus apud Athen. I, p. 3 C. ἡ κύων ἔσανε καὶ προσῆλθεν.) sed etiam ipsius Herodoti peculiaris loquendi mos, e quo ille et eos aoristos primos, quos Attici aliique fere constanter in ᾱναι formarunt, in ηναι terminavit; sic ἀνεξήρηνε VII. 109 (ἀπεξήραινε cod. S.) unde et vulgatum ἀποξηρᾶναι II. 99 haud dubie in Herodoteum ἀποξηρῆναι mutandum est, quum illud sive ex assidua Atticorum scriptorum consuetudine, sive ex grammatici alicujus disciplina corruptum esse videatur. Tradidit enim scholiastes Townlejanus ad Il. 21, 347: θερμήνῃ μέν φησιν, ἀλλ' οὐ ξηρήνῃ διὰ τὸ κακόφωνον, sed vide Lob. ad Phryn. p. 25. Paralipp. I, § 5 p. 22. Maitt. (Sturz.) p. 15 sq. et quos laudavit. — Praeterea κοιλήναντες et ἐκκοιλήνας II. 73. ἰσχνήνωσι III. 24. ἐκέρδηνε VIII. 5, ubi non audiendi sunt codd. S. V. contra vulgatum exhibentes ἐκέρδανεν; quamquam quod cod. b. praebuit ἐκέρδησε non prorsus malum est, quum noster etiam IV. 152 ἐκέρδησαν dixerit; et in futuro κερδήσεσθαι III. 72 bis, non quidem omissa altera forma κερδανέω I. 35. VIII. 60, 3. Quod Schweigh. in lex. Herod. commemorat ἰσχνήσωσι ad idem varietatis genus pertineret, nisi id potius pro scripturae mendo habendum esset pro vulgato ἰσχνήνωσι III. 24. — Ex altera autem parte commemorandum est οὐνομανέω Herod. IV. 47, ut ὠνόμηνα in Hom. carminibus, et ὀνόμαινε in Hym. Hom. in Ven. 291. et θαυμανέοντες Hom. Od. 8, 108.

Aoristos secundos verborum liquidorum multos in locos antiquiorum scriptorum perperam invectos esse, jure mihi Lobeckius ad Aj. vs. 313 contendere videtur; atque ut quibusdam in verbis hujuscemodi passivus tantum aoristus secundus reperitur, sic in aliis nullus aoristus secundus, nisi hic illic a poetis usurpatus. Et verbi φαίνειν quidem, cujus aoristus secundus activi antiquioribus jure merito abjudicatus esse mihi videtur (cf. Lob. l. l.), aoristus secundus passivi ἐφάνην omnibus frequentissimus est; sic, ut alia multa apud nostrum obvia praeteream exempla, III. 82 ἂν ὢν ἐφάνη μούναρχος ἐών. VII. 198 ἀναφανῆναι. I. 36 ἀνεφάνη (coll. VI. 76). ἐπιφανῆναι I. 24. IV. 97. καταφανῆναι III. 130 et saepissime φανῆναι (ut futur. φανήσεσθαι IV. 97. VII. 218. VIII. 49. 108. IX. 111.). — Sed I. 165 omnibus in libris legitur ἀναφῆναι sensu intransitivo, qui usus hujus aoristi primi vereor, ut ullo alio probo exemplo confirmari possit. Ut enim de aoristo secundo activi ἔφανε, intransitive posito Euripid. Hercul. fur. 796 pro vero ἐφάνη, sileam, et de activa forma φαίνειν τινί, alicui lucere; φαίνουσι Euripid. Electr. 1231 (Seidler) pro φαίνονται positum, quem qui-

dem activi verbi significatum Wunderlich. (observatt. critt. p. 99) negat ibi genuinum esse, et ἀναφαίνειν pro ἀναφαίνεσθαι a scriptoribus sequioris tantum temporis usurpatum, quum antiquiores ut Pindarus etiam ἀναφαίνεσθαι pro ἀναφαίνειν interdum dixerint, illa et quae similia afferri possunt exempla (cf. Lob. ad Buttm. II, s. v. φαίνειν. Coray ad Heliodor. II, p. 187. Musae. de Heron. et Leandr. vs. 111 ἀνέφαινε ἕσπερος ἀστήρ. — Hesych. ἀναφῆναι, ἀναφανῆναι, pro quo ἀναφῆναι Alberti ἀναφῦναι maluit.) partim e poetis petita sunt, partim e posteriorum scriptis, orationem suam multis poeticis atque oratoriis dictionibus varie distinguentium, ideoque cum illo aoristo primo ἀναφῆναι eo minus comparanda, quo magis illum constare videtur semper activam notionem habuisse, ac praesens et imperfectum tantum activi verbi φαίνειν interdum significatu intransitivo usurpata esse cf. Buttm. l. l. Etiam epicam formam φάνεσκε (Il. 11, 64. Od. 11, 587. 12, 241, 242. Hesiod. Frag. 30 (Goettl.) grammatici recte, ut puto, docuerunt ab aoristo secundo passivi profectam esse cf. Buttmann. l. l. Thiersch. gr. gr. § 210 c. — Quae quum ita sint, ἀναφῆναι eo, qui nostro loco requiritur, sensu intransitivo positum non potest tolerari; quare jam alii aliud ei substituendum esse putarunt; quibus ex conjecturis simplicissimam verissimamque esse judico eam, quam Reiskius proposuit, ἀναφανῆναι substituens; quod in posterum non dubitabo in ordinem recipere. Similem medelam Lobeckius (ad Buttm. l. l.) Archimedis cuidam loco (Arenar. p. 127, 14) adhibuit, quum ibi suo jure pro vulgato φανήσειν sensu intransitivo posito φανήσεσθαι reposuerit.

Praeterea de aoristis secundis verbi ἀγγέλλειν dicendum est. Quum enim verba liquida trisyllaba brevem suam vocalem futuri temporis non mutent in aoristo secundo, ac saepissime imprimis apud antiquiores scriptores eorum aoristi primi eodem significatu usurpati cernantur, neque etiam significationes imperfecti et aoristi, praecipue in verbo ἀγγέλλειν, satis dignosci possint, docti viri nullum apud antiquiores aoristi secundi activi aut medii usum fuisse contenderunt, quippe quos ne posteriores quidem crebro usurpassent. (cf. Herm. Oed. Tyr. 948. Lob. ad Buttm. II, p. 95. ad Aj. vs. 313. Bernh. Synt. gr. p. 373. Passov. ad Parthenium c. 24.) — Et in Herodoti quidem libris nego ullum aoristum secundum verbi ἀγγέλλειν esse genuinum. Nam aorist. I. ἀγγεῖλαι, nulla varietate enotata, omnes exhibent I. 22. 70. 77. 78. 91. III. 25 bis. 53. 64. 118. 123. 147. IV. 89. V. 20. 87. VI. 65. 105. VII. 178 bis. 197. 219. 239. VIII. 23. 66. 80. — ἐπηγγείλατο VI. 35. ἐπαγγειλαμένου VIII. 25. ἐπαγγείλασθε VI. 9 vulgat. (ἐπαγγέλλεσθε P. V. ἀπαγγέλλεσθε S.). Imperf. ἐπηγγέλλετο bis III. 135. V. 98. VI. 139. VII. 1. 27. 39. VIII. 30. 70 (παρήγγελλον vulg. παρήγγειλον F.). Aorist. I. pass. ἀγγελθῆναι III. 142. 153. V. 92, 7. 105. 118. VI. 69. VIII. 56. 76. 81. Etiam II. 121, 5 ἀπηγγέλθη recte vulgatum est, quamquam in codd. S. V. ἀπηγγέλη habetur, qui

aorist. II. pass. posterioribus frequentissimus (cf. Passov. l. l.) a Suida (s. v. παρηγγέλη) immerito etiam ἀττικώτερος appellatus est, quum antiquioribus prosae orationis scriptoribus ejus usus prorsus abjudicandus sit, ne Euripidi quidem, poetae, in Hecub. 672 (Pors.) ab omnibus concessus. Sed Suidae glossam (ut saepius fit in Atticistarum libris) ex posteriorum scriptis, ad veterem Atticam consuetudinem in universum quidem, sed non omnibus ex partibus sese accommodantium, desumtam esse apparet (cf. et Suid. ἀπηγγέλη, ἐμηνύθη. ἠγγέλη, ἀπηγγέλη). — III. 36 ἐπηγγέλλοντο recte Bekk. et vulg. ἐπήγγελλον Schweigh. Gsf. al. ἐπήγγελον S. V. ἐπηγγέλοντο Schaef. male. — 142 ἐπηγγέλλετο S. V. (ἀπαγγέλλετο P.) ἐπαγγέλετο male vulgat. (ἐπηγγέλετο F). IV. 153 ἀπήγγελλον Steph. et sqq. Bekk. ἀπήγγελον Ald. Gsf. S. V. Paris. VI. 105 ἀπήγγελλε Bekk. ἀπήγγελε Gsf. VII. 142 ἀπήγγελλον Ald. al. recte cum S. ἀπήγγελον male Gsf. Bekk. IX. 53 παρήγγελλε Gsf. Bekk. al. cum S. F. παρήγγελε olim male vulgatum. VI. 106 ἀπήγγειλε F. ἀπάγγελλε conjecit Schweigh. recepit Bekk. ἀπήγγελε Gsf. al. ἀπάγγελε S. V. P. IX. 21 ἀπήγγειλε vulg. ἀπήγγελλε S. ἀπήγγελε P. K. V. VII. 37 ἄγγελτο S. V. Schaef. Alii cum F. ἀγγέλλετο. — Sed, ut nusquam omnes in aoristis secundis exhibendis consenserunt, sic eorum a parte standum esse censeo, qui istis locis aoristos primos vel imperfecta retinuerunt. — Similiter noster, ut, epicis exceptis, omnes alii, verbi ἀγείρειν usurpat primos tantum aoristos vel imperfecta I. 61. 62. III. 142. IV. 4. 163; et verbi ἐγείρειν I. 59. VIII. 131. 142. ἠγέρθη I. 34. 209. VII. 137. — VII. 142 ἔσφαλλε vulg. ἔσφαλε F. (sed ἐσφάλησαν IV. 140). IX. 117 ἤσχαλλον Schaef. Bekk. al. cum P. recte; ἤσχαλον Wessel. S. F. — ὤκειλαν VII. 182. ὤκελλον VIII. 84 nunc recte vulg. cum P. F. Suid. Olim male ὤκελον. — IV. 156 ἀπέστελλον recte vulg. ἀπέστελον S. F. VI. 94 ἀπέστειλε vulgat. ἀπέστελλεν S. ἀπέστελε F. (sed ἐστάλησαν IV. 159. — De vitiosa forma διεφθαρέατο VIII. 90 pro vera διεφθάρατο jam supra p. 328 est dictum. — Sed verbi ὀφείλειν aoristum secundum ὤφελον (vel ὄφελον) certo quodam significatu omnibus a Graecis usurpatum esse notum est; quo eodem modo Lobeckio (ad Buttm. II, p. 262) Sophocleum ἐπωφέλησα (Oed. Col. 546 ἐδεξάμην δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι) accipiendum esse visum est; sed rectius Hermannus ad h. l. ea verba ita est interpretatus, quasi dictum esset ἐπωφέλησα τὴν πόλιν, ὥστε μήποτε αὐτῆς κ. τ. λ. Matthiaeus vero (gr. gr. I, p. 629) cum Hermanno quidem consentiens, ἐπωφέλησα sic accipiendum esse, sed propter ipsam hujus aoristi primi formam et vocem ad hunc pertinentem μήποτε statuit simul etiam aoristi secundi notionem subauditam esse. Quae Matthiaei interpretatio mihi haud spernenda esse videtur. — Herodotea exempla aoristi ὄφελον et imperfecti ὤφειλετε jam supra p. 307 commemoravimus.

Perfecta passivi verborum liquidorum in $\overline{\nu\omega}$ exeuntium (nam haec sola digna esse videntur, quae hoc loco accuratius considerentur) fundatissimam eam habere formam, quae in $\overline{\sigma\mu\alpha\iota}$ terminetur, suo jure mihi Lobeckius ad Phryn. p. 35 contendere videtur; quamquam ipsum illud sigma non solebat in aoristos passivos transire, quum illi fere constanter in νθην exeant. (Invenitur quidem ἐξυγιασθεὶς apud Hippocrat. (I, p. 221) ὑγιασθεὶς (I, p. 9) sed haec ac similia a verbis in $\overline{\zeta\omega}$ potius quam in $\overline{\nu\omega}$ exeuntibus sunt derivanda, ut contra illud futurum οὐνομανέω ad praesentis formam in $\overline{\nu\omega}$ terminatam referendum est. Omnino erat foecundissima graeca lingua his in variis verborum formis procreandis, sic, ut multa alia praeteream, τεχνάσαιτο Herod. II, 121, 1. τεχνάζοντα VI. 1. ἐπιτεχνήσασθαι II, 121, 4 (cf. Lob. Phryn. p. 477). βιάζομαι et βιάομαι (cf. Schweigh. lex. Herod. s. vv.). ἤντησε Herod. I. 114. II. 119. VIII. 9. ἀντιάσας I. 105. 166. II. 141. III. 45. IV. 80. 118. 121. ἀντιοῦμαι IV. 1. 3. 126. V. 100. VII. 9, 1, 3. 10, 3, 4. 102. 168. VIII. 100. IX. 7, 2. 26. — ἀντιάω, ἄντομαι Hom. —) Apud antiquiores autem scriptores si quae horum verborum exempla eodem modo flexa inveniantur, quomodo quinque haec verba κρίνω, κλίνω, τείνω, κτείνω, πλύνω flecti solita sunt, ea pro vitiatis habenda esse censeo, potiusque recentioribus relinquenda. Quare illi ista perfecta vel in $\overline{\mu\mu\alpha\iota}$ vel in $\overline{\sigma\mu\alpha\iota}$, aoristos in νθην formasse censendi sunt, ita, ut terminationem $\overline{\sigma\mu\alpha\iota}$ alteri praetulisse videantur. cf. Lob. l. l. et Paralipp. p. 421 sq. — ἐξηρασμένος et ἐξηράνθη Hippocrat. II, p. 640; quare haud dubie apud eundem Hippocrat. III, p. 633 pro vulgato κατεξηραμένης restituendum est κατεξηρασμένης. Δεδασυμένα quod ex Hippocratis libris affertur, fortasse non ab ipso Hippocrate, qui potius δεδασυμμένα dixisset, profectum est, quum ex libris προρρητικῶν et Κωακῶν προγνώσεων, valde suspectis, laudetur (cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. δασέα οὖρα). — πεπραϋσμένα Aelian. μεμόλυσμαι. τετράχυσμαι, unde Hippocrat. τρηχύσματα et τρηχυσμός usurpavit cf. Foes. l. l. s. v. τρηχύσματα. — Apud Herodotum quidem omnia hujuscemodi perfecta in $\overline{\sigma\mu\alpha\iota}$ terminantur, ut aoristi primi in νθην. Itaque I. 186 ἀπεξηρασμένον, a codd. P. F. praebitum, solum verum est, rejiciendumque codicis S. ἀπεξηραμένον. VII. 109 ἀπεξηρασμένον recte codd. P. K. V. S. F. a. c. (ἀποξηρασμένον M. al.) ἀπεξηραμένον male Ald. cum b. — I. 75 ἀποξηρανθῆναι. — σεσημασμένον II. 39. Tertia singularis σεσήμανται II. 125 (σεσήμανται — ὅσα — ἀναισιμώθη. cf. supra p. 335), omnes enim hujuscemodi terminationes singulares sunt, et contraria exempla vel rara vel a grammaticis valde vituperata, ut Euripideum κέκρανται. — Herod. IX. 112 διαλελυμασμένην. — ἐνυφασμένων III. 47. ἐνυφανθέντα I. 205. V. 105. — ἐξανάνθη IV. 151. ὀξυνθεὶς VIII. 138. ἐκρατύνθη I. 13. ἀπολαμπρυνθείς. VI. 70. — Contrario vitio II. 8 quidam e codd. S. V. c. d. τεταμμένον reposuerunt pro vero τεταμένον, ab Ald. al. cum cod. b. retento, quum παρατέταται eo-

dem capite obvium omnes servaverint. VII. 53 ἐντεταμένως vulg. ἐντετασμένως S. male.

Ut autem recentiores scriptores ἐκλίνθη, ἐπλύνθη alia similia, veteribus non probata, frequentarunt (cf. Lob. Phryn. p. 37) sic etiam illi ἱδρύνθη ex ἱδρύω in usum receperunt, quae Homerica aoristi forma, sicubi e codd. antiquiorum prosae orationis scriptorum emersit, procul dubio cum altera commutanda est. (cf. Thom. Mag. p. 187, 14 ἱδρύθην οὐχ ἱδρύνθην. Interppr. Thucyd. I, 136. III. 72) Et Herodotum quidem ipsum, quamquam quoties hic aoristus in ejus libris legitur, toties fere codd. inter se dissident, ubique ἱδρύθην scripsisse, meo mihi jure contendere videor. II. 118 quidem omnes ἱδρυθεῖσα ediderunt, nulla varietate enotata; sed I. 172 ἱδρυθέντων Bekk. al. cum F. a. ἱδρυνθ. Gsf. al. — II. 44 ἱδρυθῆναι nunc vulg. cum M. P. K. S. ἱδρυνθῆναι R. V. F. a. c. Ald. al. (cf. Eust. ad D. Per. vs. 517 εἶχε δὲ ἱερὸν Ἡρακλέους ἡ Θάσος, ὑπὸ τῶν αὐτῶν Φοινίκων ἱδρυθέν). IV. 203 ἱδρυθέντι recte vulg. ἱδρυνθέντι P. — Eodem jure Hippocrati quoque ubique ἱδρυθῆναι restituendum esse videtur. cf. Foes. Oec. Hipp. s. vv. ἱδρῦσθαι et ἱδρύνεσθαι. — Ut ἱδρύνθην sic et ἠρτύνθην apud Homerum dicitur pro usitatiore Atticoque ἠρτύθην, quamquam ἀρτύνω ipsum et aliae ex hac flexura formae in usu fuerunt; sed Herodotus, ut alii plurimi, constanter formis a praesente ἀρτύω usus est: ἤρτυσαν II. 12. ἐξηρτυμένοι II, 43. 61. ἐξήρτυτο II. 61. — Aliis in verbis duplex forma ad discernendas significationes adhibita fuisse videtur, veluti in ἰθύνω et ἰθύω, πληθύνω et πληθύω, δύω et δύνω (cf. Schweigh. lex. Herod. s. vv.) quamquam haud negari potest non uno loco significationes esse commixtas. — Quod Buttm. l. l. probare studebat, futurum κτανέοντα Il. σ' 309 pro praesenti tempore accipi posse, id ea Graeci sermonis lege, arctioribus quidem, quam vulgo fit, circumscribenda finibus, nititur, ex qua interdum ex aoristo secundo vel futuro aliae praesentis temporis formae in εω, αω exeuntes simpliciter exsistunt, veluti ἐπιτραπέουσι Hom. Il. 10, 421. ἐλάω, κεράω, alia. Quod ad verborum genus etiam Herodoteum παλήσειε VIII. 21 (εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατός) referendum esse videtur, ac rejicienda scriptura codicis F. παλαίσειε, neque aliorum codd. Mss. auctoritate nixa, nec cum Hesychii glossa, haud dubie huc trahenda, consona, in qua παλήσειε idem esse dicitur ac διαφθαρείη; sic enim pro vulgato διαφθείρειε scribendum esse docent statim subsecuta verba ἐπάλ(λ)ησεν ἐφθάρη. Atque διαφθείρεσθαι proprium de navibus perditis verbum fuisse videtur, Herodoto quoque usurpatum I. 167 τῶν διαφθαρεισέων νεῶν. I. 166 διεφθάρησάν σφι νέες τεσσεράκοντα. Quare idem Hesychius exposuit πεπαληκέναι ἐκπεσεῖν, πεπαλ(η)μέναι βεβλαμμέναι, πεπαλμένος βεβλαμμένος, quibus postremis verbis satis fit manifestum, illa priora repetenda esse a παλέω, quod ipsum velut nova propago ex aoristo secundo παλῆναι profectum est, eaque ex origine intransitivam servavit significatio-

nem. (cf. Bernh. synt. gr. p. 340. Suid. πάλλει, κινεῖ, σείεται, ἅλλεται, ubi Kuest. quum immerito valde dubitaret, πάλλειν passive usurpatum esse, inter κινεῖ et σείεται verba καὶ πάλλεται inseri maluit. Sed πάλλειν non uno loco sensu medio occurrit: Euripid. Electr. 474 ἵπποι ἔπαλλον. 433 ἔπαλλε δελφίς. Aristophan. Lysistr. 1304 (1310). Soph. Oed. Rex. 153.) Huc etiam procul dubio haec Photii verba spectant: πεπαληκέναι λέγεται τὸ ἐκπίπτειν τὰ πλοῖα, quamquam enim in isto Herodoteo loco non de navibus ipsis, sed de copiis navalibus sermo est, tamen, leni ab uno ad alterum facta transitione, fieri potuit, ut παλῆσαι et πεπαληκέναι etiam de copiis navalibus perditis dicerentur. Hippocratei autem verbi ἐκπαλέω (cujus exempla videas in Foes. Oec. Hipp. s. v. et s. v. ἀποπάλλησιν) similis quidem sed non eadem est ratio, quum ab interposito nomine ἐκπαλής deduci posse videntur.

Sed alia in Herodoteis libris obvia verba in έω simpliciter propagata sine haesitatione plane corrupta esse censeo, quum etiam in his quidam perversam dedisse operam videantur, ut ε littera inserta magis Ionicas formas procuderent; quamquam etiam fieri potuit, ut ea ex aliorum, maxime poetarum, etiam Atticorum, et posteriorum scriptorum usu male nostro obtruderentur (cf. Buttm. gr. gr. II, § 112. Lob. Phryn. p. 764. Aj. p. 177 sqq. 343. —), vel denique, ut verba quaedam commenticia circumflexa, quae ad tempora quaedam modosque, aliam quam praesens tempus secuta conjugationem, explicanda proponebantur, perperam a quibusdam in nostri, ut Ionici, orationem inferrentur. Quod quidem cum ipso illo perverso studio congruum esse, nemo non videt. Hujusmodi est forma ἐνδυνέουσι III. 98 vulgata, ac falso, ut puto, a Meineckio ad Theocrit. II, 3 cum πορφυρέω, μελανέω comparata, pro qua haud dubie id, quod cod. S. praebuit, ἐνδύνουσι(ν) recipiendum erat. Ubique enim alias et apud alios omnes scriptores et apud Herodotum, omnibus libris consentientibus, exstat δύνω barytonon, et in simplici et in compositis, vide I. 9. 155. 193. 195. II. 68. 123. III. 69. 114. IV. 75. VI. 2. 138. VII. 10, 8. 218. IX. 37. 14. — cf. Etymol. Mag. p. 10, 10 ἀγινῶ, ἐκ τοῦ ἄγω, πλεονασμῷ τοῦ ν̄. — εἰ μὲν εὑρεθῇ φωνῆεν ἀλλεπάλληλον, φυλάττεται ἡ βαρεῖα τάσις, οἷον θύω θύνω, δύω δύνω, ἐπὰν δὲ μὴ εὑρεθῇ ἀλλεπάλληλον φωνῆεν, ἀλλὰ σύμφωνον πρὸ τοῦ ν̄, περισπᾶται, οἷον ἵκω ἱκνῶ, οἴχω οἰχνῶ. — Ac quum verba δύνω, βύνω, θύνω, alia ejusdemmodi, non cum βαρύνω aliisque, quae in futuro, ῡ littera servata, circumflectuntur, conferri possint, patet non nisi poetica licentia βυνέω, θυνέω (Hesiod. Scut. 210. 257 ἐθύνεον) exsistere potuisse, ab aliis quidem etiam, maxime posterioribus, sibi sumta, sed Herodoto prorsus negata. Quare et vulgatum διαβυνέονται IV. 71 jam dudum in verum διαβύνονται mutandum erat, praesertim quum II. 96 διαβύνεται recte cum codd. M. P. K. F. Paris. vulgatum sit (διαδύνεται S. V. διαβαίνεται Steph. — cf. Interppr. ad Hesych. διαβύσσει). In Aristotelis qui-

dem Hist. An. 9, 37 (Schneid.) codd. βυνοῦσιν praebuisse dicuntur, et in Aristophanis Pac. 646 (Dind.) nunc ἐβύνουν vulgatum est pro ἐβύουν (cf. Interppr. Suid. s. v. ἐβύνουν, et Etymol. Mag. p. 217 βυούσης· μύω, τὸ καμμύω, ὁ μέλλων μυῶ, τροπῇ τοῦ μ εἰς β, βυῶ· καὶ μετάγεται εἰς ἐνεστῶτα βυῶ, βυεῖς, ἡ μετοχὴ βυῶν, βυοῦσα. —) sed hae vel poeticae vel Atticae sunt formae, ut ἰαχέω, quod praesens, a Passovio in lex. Graec. s. v. epicis prorsus abjudicatum, est in Callimach. Hymn. in Del. 146 ἰαχεῦσι. Xenophonteum ἀπέλα (Cyrop. VIII, 3, 32) alia.

Praeterea σίνεσθαι, σίνεται etc. barytona et apud Herodotum et apud Hippocratem pro solis veris formis habeo. Et σίνεσθαι quidem sine scripturae discrepantia in Herodoteis libris habes I. 17 (item Suid. s. v. Γύγης). V. 27. VI. 97. σίνεται II. 68. ἐσίνοντο V. 74. σινοίατο IX. 51. (ἐσίναντο VIII. 31. ἐσινέατο VII. 147.) Etiam IV. 123 Bekk. recte cum vulgata scripsit σίνεσθαι, pro qua Gsf. et cod. S. male σινέεσθαι. IX. 13 ἐσίνετο Bekk. et vulgo. ἐσινέετο Gsf. S. — 49 ἐσίνοντο Bekk. et vulg. ἐσινέοντο Gsf. S. — 73 σινομένων Bekk. et vulg. σινεομένων Gsf. S. — 87 σινόμενοι Bekk. et vulg. σινεόμενοι Gsf. S. — 120 τὸν ἀδικέοντα σίνεσθαι Bekk. al. cum V. d. τίνεσθαι plerique alii. σινέεσθαι S. — Cujus solius codicis S. auctoritati illis in locis quosdam nimis fisos esse patet; unde et vulgatum ἐσινέοντο V. 81 (cod. M. ἐσικνέοντο) procul dubio in Herodoteum ἐσίνοντο est vertendum. Etiam in Hippocratis libris invenitur interdum σινέεσθαι (cf. Foes. Oec. s. v. σίνεα), sed, quum plurimis in locis barytona σίνεσθαι, σίνοιτο, σινοίατο, σινόμενον etc. recte scripta exstent, manifestum mihi esse videtur, neque Hippocratem usquam σινέεσθαι, sed ubique σίνεσθαι scripsisse; unde, quoniam et Homerum et alios omnes antiquiores scriptores constat barytonum σίνομαι usurpasse, forma σινέεσθαι aut nullis aut recentioribus tantum quibusdam concedi posse videtur. Maneth. quidem (V, 608 indicante Lob. ad Aj. p. 181) dixit a σινόω, σινοῦσι, et Suid. σίνεσθαι καὶ σινοῦται, sed non σινεῖται aut σινέεσθαι. — Nec magis tolerari potest ἐπεμαρτυρέοντο V. 93 pro solo vero ἐπεμαρτύροντο, quum non solum μαρτυρόμενος I. 44 sed etiam ἐπιμαρτυρόμεθα V, 92, 7 omnibus in libris habeatur. (cf. Fragment. lex. Graec. (Herm. p. 347) μαρτυρῶ ἐγώ, καὶ μαρτύρομαί σε. διαμαρτύρεσθαι Xenoph. Cyrop. VII, 1, 17.) Et illud vitiosum ἐπεμαρτυρέοντο ex confusione cum verbo μαρτυρέειν, ab interposito nomine deducendo, ac saepius a nostro usurpato (cf. II. 18. IV. 29. V. 24. VIII. 94) profectum esse mihi videtur. Ut enim μέλω quidem et μεταμέλω, μεταμέλομαι, ἐπιμέλομαι dicuntur, sed ἀμελέω (ἀπαμελέω) ab ἀμελής, sic etiam μαρτύρομαι, sed μαρτυρέω a μάρτυς, μάρτυρος. Cujus generis plura etiam afferri possunt exempla; hic autem ea tantum attinet commemorari, quae ad vitiatas quasdam expellendasque formas aliquid utilitatis habent. σπέρχω igitur et σπέρχεσθαι (Herod. I. 32. III. 72. V. 33) dicuntur, ut περισπέρχω, περισπέρχομαι, ἐπισπέρχω

Hom. Aesch. Sept. 686. Suid. s. v., sed περισπερχεόντων VII. 207, a περισπερχής est dictum, immerito a quibusdam in suspicione positum; neque etiam opus est cum Schaefero περισπερχέων ἐόντων conjici. Sic ab ἀελπτής (ἄελπτος Herod. I. 111) ἀελπτέοντες VII. 168 (item Suid. s. v.). Quod Lobeckius Parerg. p. 569 sq. de ἀέλπειν pro ἀελπτεῖν usurpato dixit, id ad grammaticam tantum non ad criticam spectat artem. — Praeterea μάχομαι solum est prosae orationi conveniens; sed ab interpositis nominibus profecta sunt συμμαχέω, πεζομαχέω, μουνομαχέω, γνωσιμαχέω alia. Alia verba et simplicia et composita in εω-propagata, ut ipsa nomina interposita, ad perfecti simplicis verbi formam propius accedunt, ut ξεινοκτονέω (Herod. II. 115). γηοχέω (VII. 190). σκηπτροφέω (III. 12). cf. Lob. Parerg. p. 578.

Sed, ut ad μέλω, ἐπιμέλομαι redeam, nunc fere constat, ἐπιμέλεσθαι tantum Herodoteum fuisse, non ἐπιμελέεσθαι, quod quamquam ab Atticistis barytono postponitur (cf. Thom. Mag. et Moer. s. vv.) tamen Atticis est usitatius. Herod. I. 98 ἐπιμέλεσθαι et II. 174 ἐπεμέλετο bis. Etiam II. 2 ἐπιμελομένῳ recte praebuerunt edd. et codd. K. F. f. a. c., contra quos frustra nititur cod. S. Atticum ἐπιμελουμένῳ substituens. Illud barytonon etiam Xenoph., ut assolet Ionica interdum adhibere, usurpavit, Anabas. IV, 2, 26 ἐπεμέλοντο. V, 7, 10 ἐπιμελόμενον. Cyrop. VIII, 8, 8 ἐπιμέλονται. Erravit igitur Lobeckius ad Buttm. II, p. 242 ἐπιμέλεσθαι semel tantum apud Xenophontem inveniri contendens. Ceterum vide Plat. Gorg. 516 B. ἐπεμέλετο. — μετέμελε Herod. VI. 63. IX. 1. et eodem sensu μεταμέλομαι III. 36 μεταμέληται, quod quidem vulgo perverse μεταμελῆται, quasi a μεταμελέομαι, scribitur nostris in exemplaribus; sed a μεταμελέομαι, quod nescio an ab nullo unquam Graeco homine sit usurpatum, noster e suo more μεταμελέηται dixisset. Verum μεταμέληται proparoxytonon solum est verum reponendumque (cf. Schaef. Melett. critt. p. 106. ad Dionys. de comp. verb. p. 113). Sed ἀπημελημένον III. 129 vulgat. legitima est forma.

Rursus συμβαλλεόμενος, ἐπειρεόμενος, ad epicam consuetudinem formata, e nostri oratione plane sunt exstirpanda; quae in Herodoteis libris falso retenta esse ei haud mirum videatur, qui Schweighaeuserum, cujus auctoritatem multi secuti sunt, in lex. Herod. s. v. συμβάλλειν et συμβαλλέειν (sic) ea in opinione fuisse viderit, ut infinit. aor. secund. συμβαλέειν II. 10. III. 160. IV. 42. 50 (quam scripturam jam supra correximus) pro praesenti tempore haberet. Sed radicitus evellendum et συμβαλλεόμενος et si quid aliud hujuscemodi in libris Herodoteis invenitur: I. 68 τῇ δὲ συμβαλλόμενος Bekk. al. recte cum M. F. b. c. συμβαλόμενος a. d. (συμβαλλεόμενος Ald. Gsf. al. male cum S.) Ibid. συμβαλλόμενος δὲ ταῦτα Bekk. al. cum b. d. e. συμβαλόμενος M. F. a. c (συμβαλλεόμενος Gsf. al.) III. 23 ὑπερβάλλειν vulgat. cum P. K. S.

F. Eust. ad D. P. 218. (ὑπερβαλλέειν Gsf. al.) — 68 συμβαλλόμενος Bekk. al. cum S. V. P. συμβαλόμενος F. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) — 95 συμβαλλόμενον Bekk. al. F. a. (συμβαλλεόμ. Ald. Gsf. al.) — 76 κελεύοντες ὑπερβαλέσθαι vulg. cum S. V. Eustath. ad Hom. Od. p. 1441. ὑπερβάλλεσθαι Bekk. c. et cod. a., qui quidem cod. a. ὑπερβαλλέσθαι paroxytonon praebuit. ὑπερβαλέεσθαι M. P. K. (ὑπερβαλλέεσθαι F.) Similiter libri variant VII. 220 γενέσθαι — ἀπολέσθαι Bekk. et vulgo cum S. ἀπολέεσθαι Gsf. cum P. K. F. Paris. VIII. 54 ἀπέπεμψε ἱππέα — ἀγγελέοντα nunc recte vulg. cum S. F. ἀγγελλέοντα edd. vett. III. 135 ἀντιδώσειν — συμβαλέεσθαι nunc vulg. cum Paris. συμβαλεῖσθαι Eust. ad Hom. Il. p. 741. συμβαλέσθαι F. συμβαλλέεσθαι Ald. Wessel. al. — VI. 63 συμβαλλόμενος Bekk. al. recte cum S. V. F. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) — 65 συμβαλλόμενος Bekk. S. V. συμβαλόμ. F. a. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) VII. 24 συμβαλλόμενος Bekk. S. V. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) — 184 συμβαλλόμενος Bekk. S. V. P. K. F. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) — 187 συμβαλλόμενος Bekk. S. V. F. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) — 189 συμβαλλόμενοι Bekk. F. τὸ συμβαλλόμενον S. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) VIII. 30 συμβαλλόμενος Bekk. S. V. F. (συμβαλλεόμ. Gsf. al.) Et pro vulgato ἐσβάλλοντας VIII. 28 praebuit cod. S. inepte ἐσβαλέοντας; cui simile vitium est ὑπερθορέοντα VI. 134 (cf. Buttm. II, p. 200) ab eodem cod. S. praebitum pro vero ὑπερθορόντα, quod habent codd. M. P. K. V. a. c. (cf. et vitiosum χανέοντα apud Hipp. de Articc. VI, p. 796 pro vero χανόντο, et πιέουσα apud eundem III, p. 648 pro vero πιοῦσα) sed codd. F. b. exhibent ὑπερθορῶντα, ut codd. d. e. I. 80 ἀποθορῶντες pro vero ἀποθορόντες (cf. et Var. Lectt. ad VI. 134. IX. 118) quae vitia, cum vitioso ἐπισκώμενος I. 93 pro ἐπισπόμενος aliisque similibus comparata, possunt quidem videri ad Doricas formas μογιῶμες (pro μογέομεν Arist. Lysistr. 198) λυχνοφοριῶντες pro λυχνοφορέοντες (Arist. Lysistr. 1001) aliasque id genus propius accedere *), sed equidem nihil nisi librariorum errorem subfuisse puto, ex quo simpliciter longam vocalem pro brevi falso posuerint. cf. supra p. 77. — Illis perversis igitur formis per εο scriptis, quae ne cum βαρυνέω quidem aut μελανέω similibusve, antepenultimam correptam habentibus, comparari possunt (cf. Meineck. ad Theocrit. II, 3. ad Mosch. II, 142) haud opus esse puto paene innumera omnibus in libris recte scripta exempla verbi βάλλειν et compositorum ἀποβάλλειν, διαβάλλειν etc. etc. συμβαλλόμενος IV. 15 omnes (item Orig. ctr. Cels. III, 126) συμβαλλομένους VII. 20 (cf. Schweigh. lex. Herod. s. vv.) opponi ad sententiam meam de abjicienda forma συμβαλλεόμενος stabiliendam, quum verae formae συμβαλλόμενος, ὑπερβαλέσθαι, ἐσβάλλοντας etc. illis ipsis in locis

---

*) Quibus adde Herod. I. 68, ubi codd. b. d. e. falso ἐκδιδοῦντος praebuerunt pro ἐκδιδόντος, et compara Doricum διδῶν Theocrit. 29, 9. Herm. Opuscul. I, p. 241. — Vide et Schol. Il. π' 827.

et grammatica ratione Herodotea et optimorum librorum auctoritate jam satis munitae esse videantur. — Idem judicium est de vitiosa forma ἐπειρεόμενος III. 64 a Gsf. aliisque immerito retenta (ἐπηρεόμενος F.), pro qua Bekk. al. cum codd. S. V. A B. recte ἐπειρόμενος servarunt, ut alias constanter scriptum legitur (cf. exempla supra p. 147 sq.) — Simile vitium suscepit ἀγεόμενον III. 14 (μαθὼν τὸν παῖδα ἀγεόμενον ἐπὶ θάνατον) quod habent Ald. al. cum codd. R. c. ἡγεόμενον M. V. S. P. K. a. b. d. f. Wessel. ἡγεόμενον Bekk. al. Sed ἀγεόμενον, quod pro barytono ἀγόμενον positum quibusdam Doriensibus haud inusitatum fuisse videtur (cf. locos a Matth. gr. gr. I, p. 522 laudatos) et quod Wessel. cum vitioso συμβαλλεόμενος composuit, cum hoc ipso concidit, nec minus damnandum est, quam Doricum βῶν pro βοῦν nostro a quibusdam inculcatum (cf. supra p. 44. 272). Neque ἡγεόμενον neque ἡγεόμενον tolerari potest, sed solum verum ἀγόμενον esse puto; quod verbum ἄγεσθαι non solum eodem capite de eadem re usurpatum est: ἤγοντο δὲ ποίνην τίσοντες, sed etiam Aristot. Rhetor. III, 8 Herodotea referens usurpavit verbum ἄγεσθαι: διὸ καὶ Ἄμασις ἐπὶ μὲν τῷ υἱεῖ ἀγομένῳ ἐπὶ τῷ ἀποθανεῖν οὐκ ἐδάκρυσεν, ὥς φασιν. Etiam quod Schaef. conjecit ἀγινεόμενον vereor ut omnibus probetur, quum ipsum verbum ἄγεσθαι de hac re proprium fuisse videatur. cf. Xenoph. Anab. V, 7, 34 ἐὰν δέ τις ἄρξῃ, ἄγεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ θανάτῳ. I, 6, 10 καίπερ εἰδότες, ὅτι ἐπὶ θανάτῳ ἄγοιτο. Memor. IV, 4, 3 ἀγαγεῖν τινα ἐπὶ θανάτῳ. Aelian. Var. Hist. I, 30 ἰδὼν πόῤῥωθεν ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ, et paulo post simpliciter ἀγομένων, ad mortem ductorum. — At fortasse quis Suidae glossa ἡγμένους, ἀγομένους commotus, ἡγμένον nostro loco ipso ab Herodoto scriptum esse conjecerit; sed haec ut ad alium numerum sic et ad alium locum pertinere mihi videtur, neque ulla ratione cum nostro loco comparari posse.

Etiam Homericum epicumque μαχέομαι (cujus particip. et μαχειόμενος et μαχεούμενος illum dixisse, notum est, unde codicis S. ἀπαιρεούμενοι Herod. I. 89 pro vulgato ἀπαιρεόμενοι explicandum rejiciendumque est) aliquoties in genuinam Herodoteam orationem male irrepsit, quod ubicunque exstitit statim cum altero μάχομαι commutandum esse censeo; sic VII. 104 codicis S. μαχόμενοι recipiendum est pro vulgato nunc μαχεόμενοι. — 225 μαχόμενοι F. μαχεόμενοι male vulgat. — 239 συμμάχεται plerique recte retinuerunt, ut etiam apud Suid. s. v. εἰκός haec Herodotea afferentem, nunc vere συμμάχεται correctum est. Alii συμμαχέεται, ut olim apud Suid. l. l. vulgatum. IX. 67 μαχόμενοι Bekk. al. recte cum S. V. μαχεόμενοι Gsf. al. — Quae ipsa varietas et magna recte scriptorum exemplorum copia, mox enumeranda, satis evincere mihi videntur, etiam vulgatum μαχεόμενον IX. 75, licet nihil, nisi quod cod. S. hoc verbum omiserit, ad hunc locum adnotatum repererim, in Herodoteum μαχόμενον mutandum esse. Sed μάχεσθαι

barytonon et in simplici et in compositis omnes recte praebuerunt I. 82 bis. 103. 135. 169. 176 bis. 214. II. 76. IV. 3. 11. 111. 126. 127. 180 bis. 203. V. 49. 79. 112. 113. VI. 29. 112. 113 bis. 117. VII. 9, 2 bis. 103 ter. 104 bis. 135 167. 181. 211 ter. 212. 223. 229. 233. VIII. 24. 74. IX. 7, 2. 38. 45. 48 bis. 63. 65. 72. 100. 102 ter. 103. 106. — ἀπεμάχετο I. 9 (item ex hoc loco Etymol. Mag. p. 633, 43). ἀναμάχεσθαι VIII. 109. διαμάχεσθαι IV. 11. Et patet ad epicam consuetudinem pertinere quod grammatici vulgo inter Ionica retulerunt μαχούμενος μαχεόμενος, cf. Grammat. Meermann. (post Greg. Cor.) p. 652 τῶν μετοχῶν τὰς παθητικὰς, τὰς εἰς ος ληγούσας, διαιρεῖ, λυπούμενος λυπεόμενος, μαχούμενος μαχεόμενος. Et in Excerpt. e cod. Vatic. p. 698 τῶν μετοχῶν τὰς παθητικὰς εἰς ος ληγούσας διαιρεῖ, οἷον λυπούμενος λυπεόμενος, μαχόμενος (sic vulg., sed apparet μαχούμενος resoribendum esse) μαχεόμενος. Herodian. (Lob.) p. 461 μαχοῦμαι καὶ ὀμοῦμαι ἐνεστῶτες, λαμβάνονται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος.

πιεζέω, pro qua quidem forma Herodianus π. μον. λέξ. p. 44 (Dind.) auctor est et Homerum et Iones barytonon πιέζω usurpasse, id quod jam olim Od. 4, 419 ante Apionem grammaticum positum erat (cf. Lob. ad Buttm. II, p. 55) tamen et apud Homerum duobus in locis (Od. 12, 174. 196 πιέζεον) ut apud Herodotum atque Hippocratem aliquoties, altero tamen interposito, invenitur; quamquam apud Homerum, quippe qui alibi πιέζειν et ἐπίεζε dixerit (Od. 4, 419. 12, 164. Il. 16, 510) mutatione in πίεζον nihil facilius videri posset, nisi ipsa horum carminum ratio nos tali a correctione arceret. cf. Phavor. p. 366 sq. (Dind.) πιέζειν καὶ πιεζεῖν διαφορεῖται οὖν παρὰ τῷ ποιητῇ, τὸ πιέζω οὐ μόνον βαρυτονούμενον, ἀλλὰ καὶ περισπώμενον. Καὶ ἔστιν ἡ τοῦ περισπωμένου χρῆσις καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ καὶ ἑτέροις (cf. Plut. Thes. 6. Lob. ad Aj. p. 180 et Auctar. p. 556. Sed Hesiod. Opp. 497 πιέζῃς.). Sed quae quattuor numero participii πιεζεύμενος exempla in Herodoteis libris exstant, neque ea quidem omnibus in libris sic habita, neque cum aliis ubique recte scriptis consentanea, nullus dubito, quin in πιεζόμενος, —νοι sint mutanda. III. 146 πιεζόμενοι Ald. al. cum F. a. πιεζεύμενοι nunc male vulgat. cum M. P. K. S. VI. 108 πιεζόμενοι Ald. al. cum F. Alii πιεζεύμενοι male cum M. P. S. K. Paris. VIII. 142 πιεζομένοισι Ald. al. cum F. Alii cum S. V. πιεζευμ. IX. 21 πιεζόμενοι vulgo cum F. Alii cum S. V. πιεζεύμενοι. Sed eodem in capite paulo supra omnes recte πιεζόμενοι ἔπεμπον, ut alibi constanter apud nostrum scribitur: I. 142. IV. 13. 105. 118. VI. 139. VII. 121. IX. 60. 61. πιέζεται II. 25. ἐπίεζε V. 35. Quid de Hippocrateis locis, ubi πιεζέω est obvium, statuendum sit, nondum mihi liquet; nec prorsus ex ejus libris damnandum esse videtur, quum circumflexa forma et Homerica et Attica, non tamen Ionica fuisse videatur, et in Hippocratea oratione talem Atticismum quamquam posteriorum ferri posse jam supra viderimus. Non prorsus igitur Herodiani testimonium est

damnandum. — Sed ἀντικατιζεύμενοι quod Ald. Schaef. al. nostro IV. 3 obtruserunt (ἀντικατιεύμενοι M. P. K. F. ἀντικατιζόμενοι V. ἀντικαθεζόμενοι S. cf. V. 1) a nullo unquam Graeco homine scriptum fuisse suspicor, a plerisque recte neglectum. Nec minus vitiosa nonnullorum exemplarium (Gsf. F. a. b.) scriptura est διζῶ in Oracul. I. 64 pro δίζω, cujus imperfectum δῖζε in Hom. Il. 16, 713 (vide Interppr. ad h. l.) exstat, et passiva forma δίζομαι, δίζεσθαι, nunquam διζέομαι formata cf. Lob. ad Aj. p. 180. ad Buttmann. II, p. 153 sq. Etiam in Diodori excerptis, ubi διζῶ circumflexe scriptum esse dicitur, puto δίζω genuinum esse, quamquam Eust. ad Od. 1432 = 77 ὀνῶ ὄνημι, διζῶ δίζημαι, φιλῶ φίλημι, αἰνῶ αἴνημι composuit. — Quantum autem hoc in genere posteriores Ionici sermonis imitatores sibi indulserint, declarant tum alia tum Lucianeum (de dea Syr. 2) χαριζεόμενοι, quamquam id, quoniam χαριεῖσθαι in futuro dicitur, non omni destitutum analogia; quanto autem magis librarii grammaticique quidam recentiores, ea res docet, quod illi tales formas, quales sunt ὤφλεε Herod. 8, 26. ἐνείχεε 1, 118. δεψεῖ 4, 64 non evitarunt, hi non illas solum pro genuinis habere, sed etiam plusquamperfecta Ionica ὀπώπεε, ἐώθεε huc referre non dubitarunt. Quod ad perversum librariorum studium, quoque modo ε litteram et inserendi et adserendi, pertinet etiam ἀνδρεωθέωσι VII. 149 olim vulgatum pro ἀνδρωθέωσι, nulla varietate enotata, pertinet codicis S. καταμενέω pro vero καταμένω IV. 97. ejusdemque codicis S. ἑσσωθέοντες pro ἑσσωθέντες VI. 9. ὑπερθορέοντα, modo supra commemoratum; et plane absurde Gsf. male vulgatum ἐξελοῦντες III. 59 putavit Ionice pro ἐξελόντες positum esse, quum I. 159 ἐξαίρεε et II. 30 ἐξελόντες ad illud confirmandum citaverit. Sed Wessel. Bekk. al. jam recte ἐξελῶντες correxerunt. Hippocrateum ἐξεγειρέωνται (de morbo sacro, initio) vel ut Aldina et Vaticana exemplaria exhibent ἐξεγρέωνται, haud dubie in ἐξεγείρωνται mutandum est, ut pro vulgato ἀφικέωνται (de Superfoet. p. 262) recte Lobeckio (ad Buttm. II, p. 338) ἀφικνέωνται scribendum esse visum est. Etiam λαβεόμενος, quod Oribasius de Lux. IV, 138 ex Hippocratis scriptis attulit, apud me constat non ipso ab Hippocrate profectum esse, qui procul dubio λαβόμενος dixit, ut alias constanter in ejus libris id scriptum cernimus cf. Foes. Oec. Hipp. s. vv. λαβή· ἀπολαμβάνειν· ἀναλαμβάνειν, ἀντίληψις. δια- ἐπι- κατα- ὑπολαμβάνειν. — Γεγέωσι quidem Herodianus (Etymol. Mag. 224, 50 γεμέωσι δὲ παστάδες — ποιητικῷ πλεονασμῷ τοῦ ε γεμέωσιν. οὕτως Ἡρωδιανός.) poeticum quendam nominavit pleonasmum; et apud Aret. Cur. Acut. II, 2, 251 προσμενέωσι genuinum esse potest, quamquam vulgatum κτεινέωνται (sign. diut. I, 5, 75) Lobeckius l. l. recte in κινέωνται mutari mavult. — Sed illud vitiosum ὤφλεε VIII. 26 nostro a quibusdam librariis inculcatum et olim vulgatum, quum nullo modo defendi possit, recte, codicibus K. F. f. a. c. praeeuntibus, nunc a Schaef. Bekk. aliisque editoribus in ὦφλε mutatum est. Et ἐνείχεε

χόλον I. 118, cujus de veritate Buttmanno tam erat persuasum, ut etiam I. 153, nullo libro nec manuscripto neque impresso suffragante, pro ἐπεῖχέ τε, deleta particula τε, aliena ei ab hoc loco visa *), ἐπείχεε scribere mallet, non solum e nuperis editoribus quidam in ἐνεῖχε, cujus ipsius et aliorum et simplicis et compositorum exempla satis multa omnibus in libris recte scripta jam supra attulimus (p. 304) vel contra librorum auctoritatem sibi mutandum esse recte putavit, sed jam Hen. Steph. ed. II. illi verum ἐνεῖχε substituerat, quod posteri retinere debebant omnes. — Δεψέω autem, cujus tert. singul. δεψεῖ IV. 64 e cod. F. solus Schweigh. immerito recepit in ordinem, lexicographi quidam, ut solum verum, proponunt, ex aoristi forma δεψῆσαι (Od. 12, 48) ut puto, conjecturam suam capientes. Sed δέψει, quod cod. S. praebuit, solum Herodoteum est, nec debebant codd. b. d. ad ἑψεῖ, aeque damnandum, aberrare. Nam vulgatum ἕψεε I. 48 pro vero ἕψε prorsus alienum ab Herodotea oratione censendum est. Tradidit quidem Suid. ἑψῶν, τοῦτο βαρύνεται καὶ περισπᾶται, et ὀπτῶντες καὶ ἑψῶντες καὶ ὀπτώμενα — ἑψῶντες δὲ καὶ ἕψοντες ταὐτόν. Atque Lob. ad Aj. p. 181 circumflexae formae complura attulit exempla, maxime ex posteriorum scriptorum libris depromta; sed jam apud Hippocrat. et illa et haec forma promiscue, praecipue in libris de natur. mulieb. et de morb. mulier., usurpata fuisse videtur; quamquam ἑψεῖν et ἑψῇ ex Platonis libris allata (Euthyd. 301 C. vulgo ἑψεῖν, sed 285 C. ἑψέτω. cf. Heind. ad Plat. Cratyl. p. 409 A. — Hipp. Maj. 290 D. recte Stallb. ἕψῃ praetulit.) vel propter reliquam dicendi rationem in Platonis libris obviam, nihil nisi perversa accentus positione niti contendo. Huc accedit quod Herodian. (Herm. p. 313: εἰ γὰρ ἦν περισπώμενον τὸ ῥῆμα (ἑψῶ) ἦν ἂν ὁ παρατατικὸς ἥψουν. οὐδεὶς δὲ τῶν ἀρχαίων εἶπεν ἥψουν, ἀλλ' ἧψον.) formam ἥψουν ab antiquioribus prorsus abjudicavit, unde ἑψεῖν e vulgari sermone in posteriorum et Atticorum et Ionum consuetudinem transiisse mihi videtur, eademque fere esse ratio, quam circumflexae formae πιεζῶ esse modo supra vidimus. Sed apud Herodotum praeter illud vitiosum ἕψεε nullum aliud circumflexae formae exemplum reperitur; verum omnes IV. 61 ἕψουσι retinent, IX. 118 ἕψοντες. I. 47 ἑψομένης. II. 94 ἀπέψουσι. IV. 61 ἐξέψει. (cf. et Casaub. ad Athen. I. 25 (fin.). — De ὄπωπε et ὀπώπεε jam supra diximus; atque Hermanni (Praef. ad Soph. p. IX. ed. Schaef.) comparationem Doricarum formarum ὀπώπη, πεποίθη, cum perfectis ὀπώπεε etc. a librariis corruptis, non veram esse apparet.

Restat autem, ut de aliis quibusdam verbis barytonis et circumflexis agamus. Quaedam enim verba hujus diversae formae

*) Sed particulas τε et δέ saepius inter se oppositas inveniri et alii et Herm. ad Vig. p. 836 docuerunt, et Matth. gr. gr. § 626 satis multis confirmavit exemplis.

grammatici tradiderunt Graecos ita usurpasse, ut circumflexae formae aliam quam eidem verbo barytono significationem tribuerent. Quae quidem a grammaticis tradita discrimina nec primaria mutatae formae causa fuisse videntur, neque ipsa ubique recte adhiberi possunt. Huc pertinet verbum κύω et κυέω, cujus haud rara inter utramque, saepissime eodem significatu positam, formam vacillatio minime grammaticorum praeceptis compesci potest (cf. Lob. Aj. p. 182 sqq. p. 556. Rueckert. ad Plat. Symp. p. 209 A.), quamquam Buttm. (gr. gr. II, p. 230. coll. c. Matth. gr. gr. I, p. 607 sq.) antiquioribus scriptoribus ubique κυέω restituendum esse censuit, non diserte addito, num quaque in significatione ille id voluerit apud antiquiores scribendum esse, an sola in notione gravidam esse. Nam κυΐσκω et κυΐσκομαι, quum verba in ισκω plerumque e circumflexis in έω exsistere soleant, propius ad κυέω accedere videntur, ut κυέω ipsum ad κυΐσκω. Et Herodotus quidem VI. 68 κυέουσαν dixit gravidam, aorist. ἔκυσε V. 41 gravida fiebat; sed V. 92, 2 in Oracul. bis κύει, gravida est, recte vulgatum, penultima utrobique correpta, quare rejiciendum cod. P. κυεῖ. cf. Thom. Mag. s. v. κύει gravida est, et Bernh. Dionys. Per. p. 667 qui negat κυεῖ in epicum cadere. — Praeterea κυΐσκεσθαι noster usurpavit II. 93. IV. 30 et ἐπικυΐσκεσθαι superfoetare III. 108. — Similis ratio est verborum ῥίπτω et ῥιπτέω, quorum diversae significationes a grammaticis traditae modo respondent nostris exemplis, modo iis non accommodari possunt. cf. Lob. Aj. p. 177 sqq. Apud Herodotum quidem ea eo modo discerni posse videntur, quomodo veteres quidam grammatici (cf. Thom. Mag. p. 327. Lob. l. l.) differunt: ῥίπτω τὸ ἁπλῶς ῥίπτω, ῥιπτῶ δὲ τὸ μετὰ σφοδρότητος. Nam primum ῥίπτω isto intellectu positum habes III. 41. IV. 61. 168. V. 92, 6. ῥιπτέω autem IV. 94 ἀνακινήσαντες αὐτὸν μετέωρον ῥιπτεῦσι ἐς τὰς λόγχας, quam veram scripturam ῥιπτεῦσι edd. et codd. S. V. a. c. servarunt, nec codicis F. ῥίπτουσι probandum est. IV. 188 (τὸ οὖς τοῦ κτήνεος) ῥιπτέουσι ὑπὲρ τὸν δόμον. VII. 53 οἱ μὲν ἐρρίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος. VII. 50, 2 κινδύνους ἀναρριπτέοντες. — Quod discrimen grammatici tradiderunt inter φύρω et φυράω fuisse, φύρω τὸ συγχέω, φυρῶ δὲ ἄρτους (cf. Lob. Phryn. p. 205. Aj. p. 182) id antiquiores prosa oratione usi scriptores fere constanter observarunt, quamquam antiquissimi verbum barytonum φύρω, et recentiores φύρω et φυράω quaque significatione usurpasse videntur. Sed Herodotus illam ad normam dixit II. 36 φυρῶσι τὸ μὲν σταῖς τοῖσι ποσί. I. 103 πρὸ τοῦ δὲ ἀναμὶξ ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα. III. 157 ὁρέοντες ἄνδρα — μάστιξί τε καὶ αἵματι ἀναπεφυρμένον, ubi ἀναπεφυρμένον positum est, quoniam ei subest proprius et translatus sensus. — ἀνέφυρον autem, quod III. 22 non solum olim vulgatum erat, sed a nuperis etiam quibusdam editoribus retentum est, jure merito, sensu quoque postulante, in ἀνέφερον (οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα δύνασθαι ζώειν σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι ἀνέφερον) mutatur.

Alia nihil significatione differunt, ut jam supra p. 140 vidimus Herod. V. 16 κατακυλισθῇ, sed III. 52 ἐκαλινδέετο usurpasse. Forma κυλίνδω, κυλίνδεσθαι antiquior est, constanter apud Homerum obvia, ut et postea poetae potissimum crebri erant in ea adhibenda cf. Pind. Phyth. II, 23. IV, 209. Olymp. 12, 6. Hesiod. Scut. 378. 438. Soph. Electr. 50. Antig. 586. Aristoph. Nubb. 374. Vesp. 330. 492. Equitt. 980. Apoll. Rhod. IV, 152 *). cf. Suid. s. v. κυλίνδει, κυλίει, ἐπιφέρει. Phavor. p. 280 κυλίνδω, Ἀρίσταρχος βαρυτόνως κυλίνδετό φησι, οὐχὶ ἐκυλινδεῖτο, ἀπὸ τοῦ κυλίω, κυλίνδω. ἔστι καὶ περισπώμενον, ἐξ οὗ καὶ κυλινδήθρα ἢ κύλιστρα, ἀπὸ τοῦ κυλίνδω καὶ κυλινδῶν. — Circumflexae formae κυλινδεῖσθαι, καλινδεῖσθαι, ἀλινδεῖσθαι apud Atticos aliosque scriptores prosae orationis inveniuntur, quamquam etiam Aristoph. Avv. 501 προκυλινδεῖσθαι posuit et 502 ἐκυλινδούμην. Ceterum vide κυλινδεῖσθαι Plat. Phaedon. 30 cum Nott. Interppr. Tim. 44 D. Theaet. 172 c. Xenoph. Anab. IV, 2, 3. 7, 4. 8, 28. V, 2, 32. Hippocr. (cf. Foes. Oec. s. v.) Plut. Pompej. c. 46. — καλινδεῖσθαι praeter locum Herodoteum vide Thucyd. II, 52 (Popp. Thucyd. Vol. I, p. 211). Xenoph. Cyrop. I, 4, 5. Aelian. Var. Hist. 14, 15 (cum Not. Perizonii). Isocrat. 15, 30. Lucian. Anachars. 1. Demosth. 19, 199. — Barytonon καλίνδω nusquam, quantum equidem sciam, invenitur, quamquam ἀλίνδω pro ἀλινδέω ex Nicandri scriptis affertur **). Sed circumflexum ἀλινδεῖσθαι Plut. Pyth. Oracul. 5. Parthen. c. 2 (Passov.) ἐναλινδουμένη (alii καλινδουμένη vel ἐγκαλινδουμένη) ut saepius alibi apud posteriores. Etiam ἀλίνδησις Hippocrates cf. Foes. Oec. s. v. Phavor. p. 94 (Dind.) ἀλινδεῖσθαι, ἔστι κυλίω καὶ τροπῇ τοῦ υ εἰς α καὶ ἀποβολῇ τοῦ κ ἀλίω, ὥσπερ Ἀριστοφάνης· ἄπαγε τὸν ἵππον, ἐξαλίσας οἴκαδε. — Idem Phavor. p. 280: κύρσας. κύρω, κυρῶ, αἰολικῶς κύρσω, ἔκυρσα, κύρσας καὶ ἔκυρσας. κύρω igitur et κυρέω eodem significatu alternant, Herod. III. 77 ἐνέκυρσαν. IV. 125 ἐνέκυρσε. ut ἔκυρσα, συνέκυρσα, ἐνέκυρσα ap. Hom. ἐπικύρσας Pind. Olymp. 6, 7. ἀντικύρσαντες 12, 12. Theocrit. Idyll. 3, 51. Soph. Oed. Col. 247. Euripid. Androm. 1174. 1175. Ion. 1448. Aesch. Pers. 784. ἔκυρσα. cf. et vs. 859. 907. 1001 sed vs. 802. κυρήσει (alii κύρσει). Herod. κυρήσειν I. 37. IX. 88. κυρῆσαι I. 31. 35. 59. 112. II. 136. VII. 158. ἐγκυρήσει II. 82 (cum Nott. Interppr.). ἐνεκύρησαν VII. 218. κυρήσας VII. 158. IX. 116. ἐκύρησε VII. 208 (item Suid. s. v. ἀλογία). συγκυρήσαντα I. 119. IX. 90. IV. 15 (item Orig. ctr. Cels. III, 126). συνεκύρησα VIII. 87. συνεκύρεον VIII. 92 (cf. Lob. ad Aj. vs. 314). — κυρήσας Aesch. Sept. ctr. Theb. 352. 696. συγκεκυρημένον Herod. IX. 37. — Sed nec ξύρω nec ξυράω aut ξυρίζω (cf. Passov. lex. Gr. s. v.) Herodotea esse, sed solum

*) Aeschyl. Prometh. 85 ἐκκυλισθήσῃ.

**) Nicander, fortasse Homerici barytoni κυλίνδω memor, ex hac recordatione etiam illud ἀλίνδω formavit.

ξυρέω, etiam a Thom. Mag., ut solum probum, commendatum (cf. Thom. Mag. p. 251, 10 Ξυρέω ξυρῶ Ἀττικοί, οὐ ξυράω ξυρῶ. Lob. Phryn. p. 205. ad Aj. p. 181. Interppr. ad Aj. vs. 786) hic exemplorum recensus docebit: II. 66 ξυρέονται vulg. (ξυροῦντες F.) — 39 ξυρεῦνται vulg. cum F. Paris. (ξυροῦνται M.) ξυρῶνται P. K. ξηρῶνται S. — 37 ξυρεῦνται vulgat. ξυρῶνται K. ξηρῶνται S. — 65 ξυροῦντες vulg. ξηρῶντες S. V. P. K. III. 8 περιξυροῦντες. — 12 ξυρεῦνται vulg. ξυρῶνται P. K. S. Recte igitur quorundam codicum scriptura ξυρῶντες, ξυρῶνται neglecta est, posterioribus demum frequentata; et vulgata ξυρέονται, ξυρεῦνται ad ξυρέω non ad ξυράω sunt referenda; id quod et male contractae formae ξυροῦντες, περιξυροῦντες confirmare possunt. Quare etiam ἐξυρημένοι II. 36. ξυρῆσαι V. 35. ξυρήσαντα et ἀποξυρήσας V. 35 (ξυρίσαντα et ξυρίσας S.) a ξυρέω sunt deducenda, non a ξυράω, nunquam alia quam praesens et imperfectum tempora e sua terminatione emittente. — Vide et Lucian. de dea Syr. c. 6 ξυρέεσθαι et ξυρέονται. — Sed illae apud Herodotum non tolerandae contractae formae ξυροῦνται, ξυροῦντες pro ξυρέονται, ξυρέοντες vel ξυρεῦνται, ξυρεῦντες nos ad considerandas verborum circumflexorum leges ducunt, quas illa apud nostrum secuta sint.

IV. De verbis puris sive circumflexis.

Verba pura in έω terminata fere ubique apud Herodotum vocalium diaeresin faciunt, atque eorum formas in ει, η, οι, ου, ω contractas prorsus damnandas esse censeo. Quum autem plerisque in locis partim consentientibus codd. Mss. partim non consentientibus (ut I. 7 καλεόμενος vulg. καλούμενος e. — 90 ποιεῦντες vulgat. ποιοῦντες K. S. b. d. — 175 οἰκέοντες Bekk. οἰκοῦντες Gsf. — 68 ποιεύμενος M. al. ποιεόμενος c. ποιούμενος olim vulgat. VI. 98 πολεμεόντων V. (πολεμιζόντων S.) Alii cum F. πολεμούντων. I. 120 θάρσεε Bekk. Vulgo male θάρσει, item IX. 76 et I. 9. VII. 16, 3 διαιρέω nunc vulg. cum M. P. K. V. S. F. Paris. διαιρῶ Ald. al. IX. 8 δέεσθαι nunc vulg. cum S. V. Olim et F. δεῖσθαι. II. 93 κατανοέειν nunc vulg. Olim et F. κατανοεῖν. III. 38 εὐφημέειν nunc vulg. cum Origen. ctr. Cels. V, 603. εὐφημεῖν Ald. al. — III. 126 ὠφέλεε Bekk. Vulgo male ὠφέλει cum codd. S. P. F. cf. et Var. Lectt. ad I. 117. 128. 206. 8. 198. II. 25. 68. 126. III. 8. 24. 36. 131. IV. 114. V. 106. VI. 62. 80. 86, 4. VII. 64. 237. VIII. 68, 3. 36. IX. 11. 109. VIII. 26. 41. III. 46. 51. 85. IV. 29.) nunc editores formas non contractas recte servasse vidissem, paucaque contraria exempla, quae quidem nescias utrum eodem modo omnibus in codd. Mss. habeantur, an alii aliud substituant, quum prorsus nihil varietatis adnotatum sit, nostris in exemplaribus omnibus relicta esse, enumeratione omnium recte scriptorum exemplorum supersedere me posse credidi, iis tantum commemoratis correctisque, quae adhuc omnes editores in mendo cu-

bare sinebant. Verumtamen quum simul animadvertissem, crebrius breviorum istorum verborum δέω, θέω etc. formas non Herodoteas in $\overline{ει}$ contractas immerito receptas esse, haec paulo accuratius in utramque partem recensenda esse mihi visa sunt. Et ῥέει quidem omnes sic recte scriptum servarunt I. 51. 72. 180. 185. 189. 202 bis. II. 17 bis. 22 bis. 25. 31. 33 bis. 34 bis. 99. 149. III. 117. IV. 48. 49. 50. 52 quater. 53 bis. 54. 57. 92. V. 52. 101. VII. 59. 124. 128. 129. 130. 199. IX. 43. 51. 93. ῥέειν I. 75. II. 21. 22 bis. 28 bis. 32 bis. 99 bis. IV. 8. VI. 76. VII. 129. ἐκρέειν II. 20. περιρρέει II. 29. 127. διαρρέει VII. 108. ἔρεε II. 121, 4. συνέρεε VIII. 42. — πλέειν I. 170. 194. II. 29. 96. 158. 179 bis. III. 19. 45. IV. 89. 158. V. 33. VII. 24. 36. 175. IX. 90. 92. παραπλέειν IV. 43. διεκπλέειν IV. 42. ἐκπλέειν II. 114. VI. 22. ἐπιπλέειν V. 86. IX. 98. ἔπλεε III. 125. IV. 43 bis. 85. 87. 89. V. 33. 126. VI. 26. 36. 41. 98. 118 bis. 133 bis. VII. 58. 122. 123. 173. 188. VIII. 92. ἀποπλέετε IV. 98. ἀποπλέειν I. 24. II. 113. 119. IV. 110. VI. 41. IX. 96. 114. παρέπλεε VII. 100. προσπλέειν IX. 96. ἀπέπλεε III. 41. IV. 43. 154. VI. 41. 135. VII. 130. ἐκπλέει III. 146. 148. — πνέειν II. 27 ibid. ἀποπνέειν et ἀποπνέει. — διαχέειν II. 150. συγχέειν IV. 127. καταχέει III. 96. διεχέετο III. 16. ἐγχέει VI. 119. συνέχεε VIII. 99. — ζέει IV. 181. — νέειν VI. 44. VIII. 89 bis. 129. περινέειν VI. 80 (περινεῖν S.). — θέειν VIII. 140, 1. ἔθεε I. 43. III. 36. V. 14. περιθέει VI. 74. II. 138. I. 178. — δέει III. 127. VIII. 68, 1. 143. δέειν VIII. 62 (δέον Ald. δεῖ S.). ἔδεε I. 12. 31. II. 161. 179. III. 45 (ἔδεε vulg. ἔδε F. ἔδει S.). IV. 43. 79. V. 33. 38. VI. 64. VII 9, 2. 144. VIII. 53. 80. IX. 58. 98. 109. συνέδεε VIII. 97. κατέδεε VIII. 82 (κατέδεον b.).

His tam multis exemplis alia vitiosa repugnant; δεῖ enim sic mendose scriptum exstat I. 8. 11 ter. 42. 57. 67 (δεῖ vulg. δή d. e.). 109 bis. 179. 199. II. 16. 24. 29 bis. 135. III. 6. 9. 69 bis. 71. 72. 83. 139. 155 (τὰ δεῖ Valck. reposuit pro vulgat. τάδε, retinueruntque alii, sed τὰ δέει corrigendum erat). IV. 80. 134. V. 4. 31. 54. 62. 67. 79. VI. 58. VII. 2 (δεῖ vulg. ἔδει S.). 8, 4. 10, 1 (δεῖ vulg. δή Ald.). 10, 8. 16, 3. 17. 49, 1. 51. 142. 172. 185. IX. 16. 65. καταδεῖ II. 7. δεῖν I. 129. II. 133. VI. 135. IX. 33. ἐνδεῖν I. 11. ἔδει II. 15 (sic vulg. Borheck. recte ἔδεε). III. 80. V. 92. VIII. 6. VII. 23. 168. θεῖν III. 105. Hae contractae formae in Herodoteis libris obviae jure merito cuique suspectae esse debent non solum propter istam recte scriptorum multitudinem, sed vel ideo, quod ne Attici quidem scriptores, ut de posterioribus frequentissime his in verbis diaeresi usis sileam (cf. Lob. Phryn. p. 220 sqq.) plane abstinuisse videntur formis non contractis, ex Ionica consuetudine retentis. Etiamsi enim Thucydidi, apto illi verbis ac presso, talem Ionismum condonandum neges, tamen eum a Xenophonte minime abjudicandum esse concedes, quippe cujus dicendi genus non una ex parte Ionicam mollitiem ac simplicitatem

referat. Etiam talis forma, qualis est δέεις, plurimis familiaris fuisse videtur (cf. Buttm. gr. gr. II, p. 150) posteriores vero etiam συνδέουσι, περιδέουσι a δέω i. e. δεσμεύω, dixerunt, pro quibus veteribus Atticis συνδοῦσι etc. sola erant probata. cf. Lob. Phryn. p. 221 cui de hac re frustra obloquitur Matth. gr. gr. I, p. 151 Not. quum ipse suis ex Atticis scriptis allatis exemplis nihil aliud demonstret quam quod Lobeckius jam invenit, contractam hujus verbi formam solam fuisse Atticam. Istis igitur Herodoteis locis haud dubie vel invitis omnibus codd. Mss. δέει (cf. Suid. δέει, τὸ δεῖ) καταδέει, δέειν, ἐνδέειν, ἔδεε et θέειν ubique est reponendum. Eodemque modo non ferendae sunt contractae formae ζητεῖς I. 32. ἀποστερεῖ VI. 65. κινεῖ III. 80. αὐχεῖτε VII. 103. μυεῖται VIII. 65. ὤθει III. 78. χώρει V. 72. βοήθει VII. 157. δυσθύμει VIII. 100. μαρτυρεῖ VIII. 94. ἀγνοεῖν II. 162. πολυπρηγμονεῖν III. 15. πολεμεῖν V. 120. εὐνοεῖν IX. 79. τηρεῖν IX. 104. ἠπόρει III. 78. ἐξήρκει VII. 161. οἰκοδομῇ I. 21. κοθῇ III. 36. ποιῇ III. 69 (ποιήσῃ c.). δηλῆται IV. 187 (δήλεται S.). ποιῆται IX. 45. ἐξηγῆται VI. 74. σκοπῶν I. 117. περιποιῶσι VIII. 76. ἀδικοῖεν I. 196. V. 84. ποιοῖ II. 169. ποιοῖεν V. 75. ποιοῖτο VII. 48. ξυροῦντες cf. supra. ἐπιμετρουμένου III. 91, quae omnes sine haesitatione in Herodoteas formas non contractas vertendae sunt. Sed quum Herodotum syllabas εο, εου aut dissolutas servasse, aut in ευ, sed nunquam in ου contraxisse constet, dubites fortasse utrum pro vitioso περιξυροῦντες aliisque περιξυρέοντες an περιξυρεῦντες scribas; quam eandem dubitationem et ii habent loci, ubi codices Mss. inter εο et ευ, utrumque Herodoteum, nutant cf. Var. Lectt. ad I. 68. 98. 140. 198. II. 68. 108. 113. 178. 8. 147. III. 145. IV. 149. V. 108. VI. 32. 84. 86, 1. 127. VII. 24. IX. 94. Sed ut illis locis ξυρέοντες, ἐπιμετρεομένου etc., quia diaeresis contractione in ευ frequentior apud nostrum est, praeferam, sic in his plurimorum codicum Mss. auctoritatem sequar. Et patet non debuisse Schaeferum I. 37 contra omnium librorum auctoritatem ποιεόμενα praebentium ποιεύμενα substituere. Frequentativa in σκον, σκόμην si a verbis puris in εω exeuntibus formata sunt eandem vocalium diaeresin servarunt. cf. Phavor. s. v. φιλέσκε, φιλέω φιλήσω καὶ Δωρικῶς φιλεέσω, καὶ πλεονασμῷ φιλεέσκω, ὁ παρατατικὸς ἐφιλέεσκον καὶ ἀφαιρέσει φιλέεσκε. — Herod. I. 196 πωλέεσκε. IV. 78 ποιέεσκε, atque quum etiam perverse interdum hanc in formam duo εε irrepserint, ut II. 13 ἀρδέεσκε male vulgatum erat pro ἄρδεσκε (nam praeter ἄρδω non ἀρδέω sed ἀρδεύω usurpabant cf. Lob. Phryn. p. 763). IV. 78 καταλειπέεσκεν cod. S. summo jure puto licere pro vulgato ἥχεσκε reponi ἠχέεσκε, et vulgatum ποιέεσκον I. 36 alteri e cod. e. enotato ἐποίεσκον praeferri. Praeterea VII. 5 ποιεέσκετο Gsf. al. recte cum codd. b. c. d. ποιέσκετο Bekk. al. male cum M. P. K. F. (ἐποιέετο edd. vett. S. a.) VII. 119 ποιεέσκετο Gsf. al. recte. ποιέσκετο Bekk. cum F. (ἐποιέετο S. V.) nam ποιεέσκετο sola vera Herodoteaque est forma,

nec poetica, altero ε eliso, apud nostrum ferenda. Sed legitima alterius ε elisio est in forma αἰτέο I. 90, quum duo εε ante vocalem ο poni apud nostrum non licere jam supra constituerimus. Praeterea αἰκέο III. 40 (item ex hoc loco Thom. Mag. p. 367, 6). ἐξηγέο III. 72 (Ald. S. ἐξηγέω). IV. 9. VII. 234. ἀπικνέο V. 24. ἀναιρέο VII. 16, 1. φοβέο VII. 50. 52 (φοβέεω F.). IX. 120. (I. 90 φοβεῦ) λυπέο VIII. 100. ποιέο VIII. 68, 1 (sic recte Bekk. al. cum K. F. ποιέεο male Wessel. ποίεε S. V.)*). Quare male vulgatum ἰδέου VII. 161 sine controversia in ἰδέο mutandum est. Contra φοβέαι et id genus alia, quum non ο vocalis, sed diphthongus αι sit secuta, pro falsis corruptisque habenda, et epicis poetis potius relinquenda sunt; sed φοβέεαι noster dixit I. 39 sic recte codd. a. b. F. e corr., pro quo vulgo male φοβέαι scribitur. VII. 52 φοβέεαι Ald. al. recte. Alii cum F. S. male φοβέαι. VII. 161 δέεαι omnes praeter S. V. qui δέῃ exhibuerunt. III. 34 ἐπαινέεαι vulgo. Alii cum S. F. f. falso ἐπαινέαι. I. 206 προθυμέεαι a. c. προθυμέαι Ald. Gsf. Bekk. al. male cum codd. S. F. b. d. VII. 47 διαιρέεαι Bekk. al. Alii διαιρέαι. — 50 διαιρέεαι Ald. Bekk. al. Alii διαιρέαι. Atque ἀπολαμπρυνέαι I. 41 vulgat. (codd. ἀπολαμπρύνεαι) in Herodoteum ἀπολαμπρυνέεαι est mutandum, ut IV. 9 εὐφρανέεαι jam olim vulgatum retinendum pro εὐφρανέαι, quod praebent codd. S. V. P. F., et IV. 163 ἀποθανέεαι pro ἀποθανέαι nunc cum codd. S. F. falso edito. Nam futura secunda et liquidorum verborum, et futura, vulgo Dorica nominata, ut omnino hanc vocalium diaeresin apud Herodotum retinent, sic etiam in illa secunda persona singularis indicativi. Atque ἐρέων noster dixit I. 5. 77. 81. 152. II. 38. 40. 99. III. 61. 71. 80. IV. 44. 118. 129. V. 72. 92, 7. VI. 43. VII. 32. 49, 2. 104. 205. IX. 42. διαφθερέω V. 51. κερδανέεις I. 35. VIII. 60, 3. ἀμυνέειν VII. 168. IX. 60. διατετρανέεις III. 12. μηκυνέων II. 35. οὐνομανέω IV. 47. ἀποστελέειν IV. 179. αἰσχυνέειν IX. 53. ἀγγελέων I. 43. III. 134. IV. 14. 127. 151. VII. 147. VIII. 54. 97. ἀποβαλέειν I. 71. III. 11. IV. 134. VI 111. 168. VIII. 65. IX. 61. σημανέω I. 76. 209. II. 9. III. 37. IV. 99. 127. V. 54, 92, 7. VI. 39. VII. 213. VIII. 37. ἀποκτενέων I. 85. III. 30. 36. 62. 65. V. 92, 3. μενέω IV. 119. VII. 101. VIII. 5. 57. 62. IX. 90. IV. 3 ὑπομενέουσι recte vulg. ὑπομενοῦσι F. — ὑποκρινέεσθαι I. 164. V. 49. ἀνανεμέεται I. 173 recte vulg. cum F. a. c. cf. Suid. et Zon. s. v. ἀνανεμεῖται M. K. (ἀναμνέεται Henr. Stephanus conjecit). φανέονται III. 35. προσεμπικρανέεσθαι III. 146. συμβαλέεσθαι III. 135 (sic libri Herod. συμβαλεῖσθαι Eustath. ad Hom. Il. p. 638 = 741). ἀποθανέεσθαι III. 143. IV. 95. 190. σημανέεσθαι V. 20. δραμέεσθαι VIII. 102. διαφθαρέεσθαι VIII. 108. IX. 42. Ex futuris Doricis solum πεσέεσθαι apud Herodotum invenitur VIII. 130. VII.

---

*) cf. Schaef. ad Schol. Apoll. Rhod. p. 176. — Schol. Il. ω' 202.

168.*) 163 (ubi solus S. κεσεῖται) sed πλεύσομαι, nunquam πλευσοῦμαι, cf. supra p. 173. φεύξονται I. 207. VIII. 6. 68, 2. IX. 53. ἀντιθευσόμενοι V. 22. VIII. 56.

De futuris καλέσω, ἀπολέει, ἀπολέεσθαι, et de vitiosis ἀπολέσει et προσαπολέσει jam supra p. 339 sq. diximus. Sed istis exemplis ductus male vulgatum μανεῖται I. 109 sine ulla haesitatione in μανέεται muto, ἱρεῖς VIII. 100 in ἱρέεις, ἀμυνούντων III. 155 in ἀμυνεόντων, vel ἀμυνεύντων (ut VIII. 143 ἀμυνεύμεθα positum est, et IX. 6 ἀμυνεῦσι. VII. 134 ἀποθανευμένους. — 146 ἀπολεύμενος (ἀπολούμενος olim male vulg. et cod. F.) et 209 ἀπολεῦντες IX. 18 vulg. cum S. V. ἀπολεόντες F.). Aliis locis inter futurum, aoristum et praesens tempus variatur (cf. supra p. 41) I. 60 ἔμελλε φανέεσθαι nunc vulg. cum F. (φανεῖσθαι Ald. al.) φαίνεσθαι b. d. e. — 112 ἔφη — ἀπολέεσθαι κάκιστα vulgat. ἀπολέσθαι S. VIII. 101 ἔφη ἀποκρινέεσθαι Valck. (ἀποκρινεῖσθαι codd.) ἀποκρίνασθαι Ald. sed ὑποκρινέεσθαι reponendum esse jam supra vidimus. VIII. 65,8 οὕτω δὲ αὐτοὺς μαθεῖν, ὅτι τὸ ναυτικὸν ἀπολέεσθαι μέλλοι vulg. ἀπολέσθαι S. VII. 168 ἀελπτέοντες — ὑπερβαλέεσθαι vulg. ὑπερβαλέσθαι S. ὑπερβάλλεσθαι F. VIII. 24 οἳ ἤλπισαν — ὑπερβαλέεσθαι vulgat. ὑπερβαλέσθαι S. V. — VIII. 108 ἀλλὰ δοκέειν γὰρ νικηθέντα οὐ μενέειν τὸν Πέρσεα vulg. μένειν F. VII. 141 οὔ τοι ἄπιμεν, ἀλλὰ μενέομεν vulg. μένομεν F. IV. 147 οὐκ ἔφη μενεῖν, ἀλλ' ἀποπλεύσεσθαι Steph. et sqq. sed μενέειν reponendum (cf. VIII. 5 φάμενος ἀποπλώσεσθαι — καὶ οὐ παραμενέειν), quamquam etiam scriptura Ald. codicumque S. F. a. c., μένειν exhibentium, tolerari potest; nam praesens tempus cum aoristo et futuro conjunctum esse docet Lobeck. Parerg. p. 747, exemplisque confirmavit. — IX. 106 ἐμμένειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι codd. ἐμμενεῖν (repone ἐμμενέειν) nunc vulgat. cf. et Var. Lectt. ad VIII. 100. 103. VII. 120. 220.

Hanc ad primam verborum circumflexorum syzygiam pertinent quaedam non contractae verbi κεῖμαι formae apud Herodotum aliosque scriptores obviae κέεται et ἐκέετο, quae tertiae singulares apud Herodotum, ut κέωμαι, κεοίμην apud omnes alios (κέοιτο Herod. I. 67) constanter non contrahuntur, quamquam saepius contractae formae a librariis perperam illatae cernuntur. Sed κέεται exstat I. 118 προσκέεται (προσκέηται S.) 142. 178 κέεται (καίεται S.) 181 bis. 183 παρακέεται (παρακέαται Ald. c.). II. 149. 83 bis. 17. 34 ἀντίον κέεται. 38. 62. 164. 175. III. 57. 100. IV. 45. 59. 64 (διακέεται vulgat. cum S. V. A. B. διακέαται M. P. K. F.). 81. 117. 123 bis. 162. 169. 184. 191. V. 49. 92, 7. VI. 77. 139. VIII. 138. — ἐκέετο III. 12 (κέεται S. V.). VI. 61 (προσεκέετο vulg. προσεκέατο P. K. S. F. b.). Aliis locis, ubi alii quidam con-

---

*) Herod. VII. 168 κεσέεται, item ex hoc loco Suid. s. v. ἀνακώχευον.

tractam exhibuerunt formam, non Herodoteam, recte nunc plerumque diaeresis est praelata: I. 196 ἐκέετο νόμος vulg. nunc cum F. Alii male ἔκειτο. Ibid. προσεκέετο nunc vulg. cum F. Alii προσέκειτο. — 216 προκέεται nunc vulg. cum F. Alii πρόκειται. — 51 ἐκέετο vulg. ἔκειτο F. II. 34 ἀντίη κέεται nunc vulg. κεῖται S. — 155 ἐπικέεται vulg. cum R. F. Paris. Alii ἐπικεῖται. — 149 κέεται vulg. κεῖται S. III. 31 πάντα ἀνακέεται Steph. Bekk. al. cum M. F. a. (ἀνακέαται Ald. Gsf. b. c. d.) ἀνάκειται S. IV. 62 κέεται vulg. cum F. K. A. B. (κέαται M. P.) κεῖται S. V. VII. 11 προκέεται nunc vulg. πρόκειται S. πρόσκειται P. V. — 34 προσεκέετο nunc cum V. Alii cum S. F. προσέκειτο. — 36 προσεκέετο vulg. cum S. V. Alii προσέκειτο. VIII. 135 κέεται vulgat. κεῖται F.

Quum igitur perspicuum sit, recte istis locis nunc quosdam editores formas non contractas elegisse, nemo facile, quum noster hac in re variasse non sit censendus, nobis interdicet, quominus aliis contractis formis, quamvis invitis libris, eandem adhibeamus medicinam, easque statim dissolvamus. Nam κεῖται praeter nostri morem scriptum exstat I. 9. 14. 50. 51. II. 123. IV. 18. 22. 99. VII. 198. 200. 216. VIII. 60, 2. ἔκειτο I. 119 bis. 123. VII. 158. 176. 208. VIII. 41. 76. 93. IX. 40. 52 bis. 57. 60. 73. 101. Quae omnia in Herodotea κέεται et ἐκέετο mutari velim. Sed perverse apud nostrum quidem hanc diaeresin etiam in infinitivum interdum irrepsisse judico; quamquam enim alii Iones κέεσθαι dixisse deprehenduntur, qui quidem et κέομαι, κέονται aliaque id genus, non Herodotea, usurparunt (κέονται Hippocrat. ξυγκέονται Aret. cf. Maitt. (Sturz.) p. 154) tamen apud Herodotum, ut apud alios κεῖμαι, κείμενος, κεῖσθαι, κείσθω pro perfecto quodam in ειμαι, εῖσθαι terminato accipienda esse videntur, cujus conjunctivus et optativus, ut apud Herodot. tertiae illae personae singulares, ex recordatione formae κέω, κέομαι servarunt istam diaeresin. Et constant sibi Herod. exemplaria in vera scriptura exhibenda κεῖσθαι II. 127. IV. 22. VIII. 37. VI. 57. IX. 105. Sed II. 2 cod. S. quidem κεῖσθαι recte exhibuit, vulgatur autem male κέεσθαι. IV. 11 κεῖσθαι codd. P. V. S. K. Alii cum F. κέεσθαι. III. 34 προσκεῖσθαι S. προσκέεσθαι vulgo. IV. 195 κεῖσθαι S. κέεσθαι vulgo. Ac constat mihi Herodotum ipsum II. 127 pro vulgato κέεσθαι et III. 22 pro vulgato προκέεσθαι, κεῖσθαι et προκεῖσθαι scripsisse; simulque apparet quam aliena sit ab Herodotea oratione forma κεομένη, quam Schaeferus nostro pro vulgato κειμένη (vel κειμένην) I. 76 obtrusit. πρόσκειμαι noster dixit IV. 11. κείσθω II. 171 bis.

Restant autem alia, hoc loco commodissime commemoranda, quae quamquam pertinent ad hanc verborum purorum syzygiam, tamen etiam apud nostrum non faciant vocalium diaeresin. Hujusmodi est forma ἐθηεῖτο (cf. supra p. 46) qua contractione haud dubie aurium arbitrio satisfactum est. Tum huc spectant futura quae dicuntur Attica verborum in ίζω exeuntium, quae plus e duabus

constant syllabis. Sic dixit noster ἀνδραποδιεῖται VI. 17. ἐξανδραποδιεῦνται VI. 9. ἐξανδραποδιούμενοι I. 66 vulg., ubi Schaef. Bekk. sine causa ἐξανδραποδιεύμ. — νομιοῦμεν II. 17. κομιεύμεθα VIII. 62. ἐναγωνιεῦμαι III. 83. ἀνταγωνιευμένους V. 109. ὀπωριεῦντες IV. 172. 182. ἐπισιτιεύμενοι IX. 50. κατακοντιεῖ IX. 17. κομιεῖ II. 121, 3 (κομίσῃ S. V. d.). χαριεῖσθε IV. 98. χαριεῖσθαι I. 158. III. 39. ἀνασκολοπιεῖσθαι III. 132. IV. 43. ἐπισιτιεῖσθαι VII. 176. καταγιεῖν I. 86. καταπλουτιεῖν VI. 132. μακαριεῖν IX. 93. ἀτρεμιεῖν VIII. 68, 2 recte vulg. cum codd. K. F. ac procul abjiciendum quod cod. S. praebuit ἀτρεμιέειν, ut VIII. 135 codicum S. V. θεσπιέειν pro θεσπιεῖν jam olim recte vulgato. Buttmannus quidem gr. gr. I; p. 394 θεσπιέειν, cui etiam perversam codicis S. scripturam ἀτρεμιέειν VIII. 68, 2, omnibus recte improbatam, addere poterat, cum λαβέειν comparavit, quas formas Iones ε litteram inserendo diduxissent. Sed ut λαβέειν jam supra vidimus Herodotum nunquam ipsum scripsisse, sed constanter λαβεῖν, sic omnino nego θεσπιέειν aliaque id genus Graeca esse. Nam aut κομίσουσι dixerunt aut κομιοῦσι, nunquam κομιέουσι (cf. Lob. Parerg. p. 746. Herm. ad Oed. Tyr. 537) κατίσουσι Herod. IV. 190. καθιεῖν Xenoph. Anab. II, 1, 4. unde apparet, quum simplex verbum ἵζω, Herodoto aliisque usitatius quam Atticis, e duabus tantum syllabis constet, neque alias adnumerari soleant praepositiones, καθιεῖν, quasi simplex esset, fuisse formatum. Praeterea secunda persona singularis futuri medii est I. 90 χαριεῖ a codicibus M. F. recte servatum, ubi quod alii exhibuerunt χαριῇ, quum nunc fere constet has secudas personas non in ῃ sed in ει semper terminandas esse, prorsus damnandum est; nec minus ferendum VII. 49, 1 κομιέαι (κομιέεαι Schaef. κομίσαι Stob. edd. 52 p. 364 (Gesn.). διήκωμι Mss. κομίσαι S. V. κομίζεται F. b. κομίζεαι Ald. al.) sed κομιεῖ sola vera est forma, ac sine cunctatione in ordinem recipienda. Quum enim nullam his in futuris vocalium diaeresin obtinuisse certum sit, et χαριοῦμαι χαριεῖ χαριεῖται omnium consensu sola Herodotea solaque Graeca esse modo viderimus, nihil apertius nihilque analogiae convenientius esse videtur, quam eodem modo κομιοῦμαι κομιεῖ κομιεῖται ut ab aliis Graecis sic et ab Herodoto esse formata. Sed librarii Ionicum quiddam inferre tentantes et epicarum formarum μυθεῖαι, νεῖαι et Ionicarum δέεαι, προθυμέεαι, huc minime trahendarum, memores, ad formas minime Graecas aberrarunt, quibus ut eas evitarent alii aliud substituerunt, aeque damnandum atque illae. κομιεῖ igitur solum verum solumque est restituendum.

Verborum purorum in αω exeuntium contractiones in α omnes apud Herodotum constanter sunt servandae, neque ulla contractio in ῃ admittenda aut diaeresis in εε, Dorum (cf. Greg. Cor. d. d. Dor. p. 265. Maitt. (Sturz.) p. 158) et eorum Ionicorum scriptorum, qui diversa promiscue usurpabant, propriae. Sic dixit noster ἐκπηδᾶν I. 24. προσδόκα I. 42. VII. 235 (fin.). φοιτᾷ III.

115 bis. φοιτᾶν I. 11. II. 140. III. 115. V. 70. VI. 137. neque audiendi sunt codd. S. V. R. II. 73 φοιτῆν vulgatae atque in codd. M. P. K. F. Paris. habitae φοιτᾶν substituentes. Nam φοιτῆν, ὑποθυμιήσθω (Hipp. Sect. V, p. 658, 41. de morb. mul. II.) atque ex hoc genere alia Hippocrates quidem saepius usurpavit, sed hic multa ex Doriensium usu, a veterum Atticorum consuetudine non multum hac in re abhorrente (cf. Euclid. ap. Eust. ad Od. υ' p. 735, 15) admiscuit; quum hanc contractionem in η non proprie fuisse Ionicam non ii solum grammatici manifestum faciant, qui Schol. Il. α' 56. 198. ὁρῆτο, quod Zenodotus in Homeri carmina inducere voluit, ab usu vere Ionico abhorrere monuerunt; sed etiam ipsius Herodoti consuetudo, ex qua hic ne iis quidem in verbis, in quibus contractio ista in η omnibus fere aliis erat communis, eam admisit, sed χρᾶσθαι, σμᾶται etc. dixit. Etiam θυμιῆται, quod IV. 75 vulgatur, pravum est, proculque dubio e codd. S. V. θυμιᾶται recipiendum. Nam quod quidam sibi persuasisse videntur propter praegressum iota contractionem in η necessariam fuisse, id neque justa ratione neque alio Herodoteo usu confirmari potest. Quae enim vis huic soli vocali ι subjecta fuerit, ut eam contractio in η non in α iis in verbis secuta sit, quae alias constanter contractionem in α servarunt? Equidem nullam video. Praeterea dixit Herod. ἀνιᾶσθαι V. 93, non ἀνιῆσθαι. ἱστιᾶν II. 100. ἱστία VII. 135. βιᾶσθαι VI. 137. ἐπαιτιᾶται II. 121, 2. βιᾶται III. 80 (item Stob. Serm. 48 p. 345) ut omnino omnibus in aliis verbis constanter contractionem in α retinuit; etiam, quod modo attigi, χρᾶσθαι; ac sine librorum discrepantia id exstat I. 171. 202. 210. II. 15. 91. 92. 146. 173 (ἐπεὰν δέωνται χρᾶσθαι). III. 20. 99. 117. IV. 26. 76. 110. V. 36. VI. 21. 77. VII. 177. 209. IX. 51. διαχρᾶσθαι I. 24. II. 13. 127. χράσθω II. 123. χράσθων III. 81. χρᾶται I. 132. 137. II. 95. IV. 65. 172. ἐχρᾶτο I. 187. II. 159. 181. III. 3. IV. 44. 78. 134. Sic etiam χρᾷ I. 55 (χρᾶται S.). 62. 63. 66. 174. IV. 67. 150. 155. 157. 163 bis V. 43. 67. VII. 140. 141. 220. χρᾷς IV. 155. χρᾶν IV. 155. VIII. 135 bis. καταχρᾷ I. 164. ἀποχρᾷ IX. 79. κατέχρα VII. 70. ἀποχρᾶν III. 138. VI. 137. VII. 148. IX. 48. 94. Sed χρή oportet χρῆν, χρῆναι etiam apud Herodotum constanter suum η servarunt, nec poterant aliter formari, quamquam eorum sententia non multum mihi videtur probabilitatis habere, qui χρή ex χρῆσι mutilatum esse statuerunt. cf. Lob. ad. Buttm. II, p. 70 sqq. et p. 330. — Verum σμᾶται dixit noster IX. 110 (cf. Athen. IV, p. 146). κνᾶν VII. 239, unde vulgatum διψῆν II. 24 (cod. S. δίψην) videndum est, ne rectius ex Herodoteo more in διψᾶν mutandum sit; praesertim quum in posteriorum libris, qui quidem in his omnibus verbis contractionem in α rursus receperunt, saepius διψᾷς, διψᾷ inveniantur, cf. Thom. Mag. p. 290, 1. Lob. ad Phryn. p. 61. ad Aj. 50. *) Eorum igitur

*) Etiam in Euripid. Iphig. Taur. 312 ἀπέψα vulgatum est.

rationem unice probo, qui quamquam χρῆσθαι vel χρέεσθαι una cum χρᾶσθαι in Herodoteis libris uno eodemque loco saepius invenitur, tamen Herodoteam formam χρᾶσθαι reposuerunt; sic II. 173 ἐχρᾶτο Bekk. al. cum codd. M. P. K. F. ἐχρῆτο Ald. S. V. R. Ibidem οὐκ ἂν ἔχοιεν χρᾶσθαι Bekk. al. cum S. V. F. χρῆσθαι Gsf. III. 78 χρᾶται vulg. cum codd. S. V. P. K. F. f. Alii χρῆται. IV. 110 πηδαλίοισι χρᾶσθαι Bekk. χρῆσθαι Gsf. V. 92, 1 παραχρᾶσθε vulg. παραχρῆσθε P. F. VI. 56 χρᾶσθαι vulg. χρῆσθαι P. K. F. VII. 141 χρᾶσθαι vulg. χρῆσθαι S. V. I. 66 ἀπέχρα nunc vulg. cum M. F. a. c. Olim male ἀπέχρη cum codd. b. d. e.; et faciunt huc grammaticorum testimonia, Bachm. Anecd. I, p. 119, 24 (137. 19) ἀποχρᾶν, ἐξαρκεῖν Ἡρόδοτος. Interppr. Hesych. s. v. ἀπέχρα. Suid. s. v. ἀπεχρᾶτο et ἀποχρᾶν. Bekk. Anecd. I, p. 439, 20 (p. 423, 26. 81, 31) ἀπεχρᾶτο Ἡρόδοτος μὲν ἀντὶ τοῦ ἀρκεῖν ἡγεῖτο. — ἀπεχρᾶτο igitur ille grammaticus apud Herodotum recte scriptum invenit, neque aliter legitur I. 102 in Aldina aliisque editionibus, quamquam Bekk. alii cum cod. S. male ἀπεχρῆτο reposuerunt, Schaef. etiam ἀπεχρέετο substituit; quod idem ἀπεχρέετο VIII. 14 male vulgatur, cui cod. F. aeque damnandum ἀπεχρῆτο substituit. III. 129 cum codd. S. V. ἐχρᾶτο recipiendum erat pro vulgato ἐχρῆτο; eodemque modo vulgatum χρῆσθαι VII. 10, 1 et 16, 1 rejiciendum et e cod. S. χρᾶσθαι utrobique reponendum, quod etiam cod. F. VII. 18. codd. S. V. VIII. 20 pro χρῆσθαι male vulgato recte praebuerunt. Praeterea χρῆσθαι I. 47 et ἐχρῆτο III. 41. quam in scripturam, ex Herodoteis libris prorsus exstirpandam, omnes concordasse videntur, vel sine codd. auctoritate in χρᾶσθαι et ἐχρᾶτο mutari volo. (cf. Piers. ad Moer. p. 402 χρῆται ἀττικῶς, χρᾶται ἑλληνικῶς, cf. imprimis Schol. Il. I, 216.) Nec χρέεσθαι, χρέεται etc. quamquam Hippocratis in libris saepius, interpositis quidem aliis duobus formis, ut in scriptis Doriensium, inveniuntur (cf. Hipp. de rat. vict. in morb. acut. Sect. IV, p. 385 χρέεσθαι. p. 386. 387. 390. de nat. mul. p. 566, 6 χρεέσθω. 19 χρήσθω. p. 567, 34 χρέεσθαι, χρᾶσθαι, χράσθω. Euseb. in Stob. Serm. 16 p. 154 χρέεσθαι. cf. Matth. gr. gr. I, p. 55.) apud Herodotum ullo modo toleranda esse judico; sed pro vulgato διαχρέεται I. 58 (χρέεται Ald. e.) e codd. M. F. a. solum Ionicum Herodoteumque διαχρᾶται (χρᾶται c. d.) restituendum esse; pro vulgato ἐχρέετο IX. 37 non quod codd. M. P. K. F. habent ἐχρέατο, sed quod S. V. ἐχρᾶτο; pro vulgato χρέεται IV. 50 (νιφετῷ δὲ πάντα χρέεται, sic codd. S. V. a.) id, quod jam olim hic editiones praebuerunt et Hesychius invenit χρᾶται; nam ejus glossa χρᾶται, μολύνεται sine controversia ad nostrum locum spectat. Aliis locis, ubi fluctuant libri inter χρέεσθαι et χρῆσθαι, neque hoc neque illud esse retinendum cuique nunc patebit, sed, utroque neglecto, solum Ionicum χρᾶσθαι: I. 21 χρέεσθαι nunc vulg. cum R. F. a. c. Alii cum S. χρῆσθαι. — 187 χρέεσθαι vulg. cum F. a. c. Alii χρῆσθαι cum M. K. S. (a.) d. f. — 206 χρέεσθαι vulg. χρῆσθαι K. S. F. a. c. d.

VIII. 118 διεχρέετο vulg. cum S. V. A. B. διεχρῆτο M. P. K. F. Sed διεχρᾶτο Herodotus ipse scripsit, ut illis locis χρᾶσθαι; etiam I. 99. 153. 157. 171. 196. VIII. 134 ubi omnes male χρέεσθαι exhibent, solum Herodoteum χρᾶσθαι est reponendum. Eadem correctio formae non Herodoteae ἐκτέετο VIII. 112 e cod. S. vulgatae adhibenda est, neque, quod codd. M. P. K. F. falso praebent, ἐκτέατο recipiendum, sed ἐκτᾶτο. (ἐξ Ἄνδρου ὁρμεώμενος χρήματα ἐκτᾶτο (imperf.) ut VII. 22 ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι — ὤρυσσον. 34 ὁρμεώμενοι ἐγεφύρουν τοῖσι προσεκέετο. cf. et VII. 179. 235. VIII. 112. 133. 138 et alibi) ut noster dixit ἀνακτᾶσθαι I. 61. III. 73. προσκτᾶσθαι III. 21. VII. 9. Eadem formae ἐνδιαιτέεσθαι VIII. 41 a codd. S. V. praebitae, atque in id, quod jam olim hic legebatur ἐνδιαιτᾶσθαι mutanda est; nam διαιτᾶσθαι usurpat noster II. 147 et διαιτᾶται. et διαιτᾶτο III. 15. IV. 95. 121. 165. V. 16. Eadem denique vitiosae formae ἐκπηδέειν VIII. 118 quam habent codd. S. V. pro vera ἐκπηδᾶν, jam olim recte vulgata, et I. 24 omnibus in libris habita. III. 14 διεπειρᾶτο recte vulgatum est, ac rejiciendum et codicis S. διεπειρεᾶτο, et Koenii (ad Greg. Cor. d. d. Ion. § 15) διεπειρέετο. Nec debebat Schaef. e sola sua conjectura I. 11 ὅρεε et 30 ἐπειρώτεε pro vulgatis ὥρα et ἐπειρώτα reponere.

Hanc vocalium diaeresin in εε, εει verborum in αω desinentium, ab Herodoto quidem plane abjudicandam, aliis fortasse Ionicis, severioris legis terminos egressis, concedendam*), probabile est ex eo Ionicorum more fluxisse, quo vulgares eorundem verborum contractiones in ω, α in ε mutato, in εο, εου dissolvere solebant. Unde quaedam verba omnino in aliam verborum in εω exeuntium flexionem transierunt; sic ἀνοιδέει VII. 39 (quo ex loco Stob. Serm. 20 p. 173 (Gesn.) ἀνοιδαίνει exhibuit) et οἰδεόντων III. 76 (οἱ δεόντων Ald. S.). III. 127 (item Suid. s. v. ἰθύ. Alii οἰδαινόντων, quod non Herodoteum est.) Hippocrat οἰδέει de morb. II, p. 462, 8. 469, 7. 9. 470, 47. 471, 27. 19. 32 alibi. Quam ad praesentis formam οἰδέω, οἰδέειν etiam οἰδίσκεται spectat apud Hipp. p. 465, 28. 469, 31. 470, 7. 471, 24 et alibi obvium. Omnino nescio an οἰδάω nunquam inventum sit, quum omnes formae, quas equidem sciam, ad οἰδέειν referri possint. Inter ἀρτᾶν et ἀρτεῖν id discriminis intercedere videtur, ut ἀρτᾶν ἀρτᾶσθαι apud nostrum significet suspendere, pendere ex aliquo, ἀρτέεσθαι sese praeparare, instituere, unde composita ἀναρτέεσθαι et παραρτέεσθαι, quippe quibus apud nostrum quidem sola illa parandi instituendique notio sit subjecta, etiam omnino in istam flexionem transierunt cf. Suid. s. vv. Schweigh. lex. Herod. s. ἀρτᾶν, ἀναρτέεσθαι, παραρτέεσθαι. Apud Hipp. etiam διαιτεσμένος invenitur, a διαιτέω,

---

*) cf. Matth. gr. gr. I, p. 55. Interppr. Greg. Cor. d. d. Ion. p. 397. Hippocrat. I, p. 569. 697 ὁρέει.

et optativi in οιην terminati, quos mox infra videbimus apud nostrum constanter in ῴην et ῴμην terminandos esse. cf. Foes. Oec. Hipp. s. v. διαίτη. Matth. gr. gr. I, p. 588. Lob. Phryn. p. 343 sq.

Dixi modo supra, vulgares in ῶ contractiones horum verborum apud Herodotum aliosque Iones, ᾱ simpliciter in ε mutato, in εω, εο, εου dissolutas esse; atque sic dixit Herodotus φοιτέοντας I. 37 bis. φοιτέοντες VI. 49. διαφοιτέοντες I. 60. φοιτεόντων I. 73. VI. 125. φοιτέοντα VII. 126. ἐφοίτεον VI. 126. ὁρέοντες II. 37. VIII. 10. ἐπειρώτεον IV. 131. εἰρώτεον 145. προσδοκέοντας VII. 156. ὡρμέοντο VII. 188. ἐμηχανέοντο VIII. 7. φοιτέουσι II. 66. εἰρώτευν I. 158. ἀνιεῦνται VII. 236 (sic cod. b. ἀνεῦνται F.). VIII. 130 σταθμεύμενοι, quamquam hoc etiam a σταθμόω, aeque ac σταθμᾶσθαι ab Herodoto usurpato (III. 15. 38. II. 2. IV. 58. VII. 10, 2. 11. 214. 237. IX. 37) repeti posse infra videbimus. Praeterea huc trahendum participium ὁρέων I. 68. 80. 85. 88. 111. 123. 206. II. 141. 167. 78 (cf. Greg. Cor. d. dial. Ion. § 60). III. 78. 128. 139. 145. IV. 36. V. 19 ter. 124. VI. 62. 69. 129. VII. 47. 116. 128. IX. 33. 34. 53 bis. — ἐπιφοιτέων III. 6. ἐπιτιμέων VI. 39. καταμαργέων VIII. 125, quod unice verum praebent codd. S. V. a. (Vall.) cui codd. F. b. c. d. falso καταμαρπτέων substituerunt. — τολμέω VIII. 77. ὁρέω I. 111. V. 20. VII. 236. Huc spectant conjunctivi formae χρέωνται IV. 104 (item Stob. Serm. 42 p. 294). ὁρέωσι IX. 66 (sic vulg. solus S. ὁρῶσι) et formae ὡρμέατο, ἐπειρέατο jam supra p. 329 sq. commemoratae.

His omnibus locis quum nulla fere scripturae discrepantia deprehendatur, et his exemplis de veritate hujus scripturae nobis persuasum erit et aliis nunc ex aliorum Ionicorum et Dorensium quorundam libris afferendis. Nam Theocritus aliique Dorienses scriptores ἠγάπευν, ὁρεῦσα, ἀγαπέομες etc. usurparunt cf. Matth. gr. gr. I, p. 55. p. 149. Maitt. (Sturz.) p. 157 sqq. ἀποχρέω Epicharm. ap. Athen. VII, 16. cf. Interppr. ad Plat. Gorg. 505 D. Arrian. Indic. 16 χρέονται. Apud Hippocratem quoquo oculos verteris apparebunt tibi tales formae: διαιτεομένη (passiva notione) cf. Foes. Oec. s. v. διαίτη. διαιτεῦνται p. 291, 27. 292, 1. χρέονται p. 292, 11. 290, 1. χρεόμενος saepissime et ἐχρέοντο p. 385. ἢν χρέωνται p. 386, 30. ὁρέω 391, 9. Imperat. χρέο p. 682, 49 (de iis quae uterum non gerunt Sect. V.) cf. Matth. l. l. p. 675. Maitt. p. 157 sqq. et p. 279. — ὁρέομεν Heraclit. ap. Clem. Alex. Strom. III, p. 430. Lucian. de dea Syr. (Jacobitz.) χρέονται 1. 4. χρεόμενος 55. ὁρέουσι 34. φοιτέων 15. διαιτέοντο 25. de Astrol. ἐχρέοντο 7. 23. χρεόμενος 29. 15. ὁρέων 24, ibid. πλανεόμενος. τιμέοντες 10. πλανεομένων 11. — In Homeri carminibus invenitur ἤντεον Il. η' 423. μενοίνεον Il. μ' 59. ὁμόκλεον Il. 15, 658. Od. 21, 360. 367. ποτέομαι pro ποτάομαι Od. 24, 7. Apoll. Rhod.

II, 227.*) Huc facit etiam χρείομαι, quod epici poetae, ε in ει producto, usurparunt, Apoll. Rhod. l. l. χρείων Od. θ' 79. Hym. in Apoll. 396. Etiam scriptores de dialectis Graecis diserte de hac consuetudine monuerunt, veluti Greg. Cor. p. 397 (Schaef.) τὸ ὁράω ὁρέω λέγουσι, καὶ τὸ ἐχράοντο ἐχρέοντο, τῷ ᾱ εἰς ε τρέποντες. Verumtamen saepius in Herodoteis libris hanc Ionicam mutationem a quibusdam librariis omissam esse vidi, et in vulgarem in ω contractionem mutatam uno eodemque loco, ubi alii librarii genuinam servarunt scripturam; quam si qui editores praetulerint, ab eorum partibus stabo. I. 47 ἐπειρωτέοντας vulg. cum P. -τῶντας M. F. ἐπειρώτεον vulg. cum P. C. -ώτων M. F. — 53 ἐπειρώτεον vulgo cum P. Paris. -ώτων M. F. S. — 67 ἐπειρώτεον vulgo. -ώτωνM. —. 86 ἐπειρώτεον vulg. -ώτων M. F. S. K. a. b. c. II. 2 φοιτέοντι vulgo. φοιτῶντι S. — 63 φοιτέοντες vulg. -τῶντες S. — 106 ὥρεον (ὅρεον) vulg. (ὧρον P.) ὥρων K. F. a. — 121, 3 ὁρέοντα vulg. ὁρῶντα S. — 131 ὡρέομεν vulg. ὡρῶμεν S. — 150 ὥρεον (ὅρεον) vulg. ὅρων S. III. 14 ὁρέοντες vulg. ὁρῶντες S. — 38 τελευτέοντας vulg. -τῶντας S. — 118 περιώρεον vulg. -περιώρων S. F. a. — 156 εἰρώτεον vulg. cum M. P. F. -ώτων S. V. K. IV. 2 φυσεόντων vulg. -ώντων S. — 145 εἰρωτέοντι vulg. -ῶντι S. — 155 ἐπειρωτέοντι vulg. -ῶντι S. — 203 περιώρεον vulg. -ώρων S. VIII. 37 ἀπώρεον vulg. -ώρων S. — 52 ἀντεμηχανέοντο vulg. cum S. -ῶντο F. — 122 ἐπειρώτεον vulg. cum K. P. -ώτων F. S. IX. 11 ἐπειρώτεον vulg. cum S. V. -ώτων Ald. F. P. K. — 19 ὁρέοντες vulg. ὁρῶντες S. — 25 ἐφοίτεον nunc vulg. cum S. V. Alii ἐφοίτων. — 59 ὁρέοντες vulg. -ῶντες S. — 94 εἰρώτεον vulg. cum P. K. V. -ώτων S. F. III. 62 εἰρωτεῦντας vulg. -τῶντας S. — 140 εἰ(η)ρώτευν Ald. alii P. M. F. -ρώτων S. V. K. f. IX. 89 ἀνειρώτευν vulg. cum V. K. F. -ώτων S. P. — 93 ἐπειρώτευν vulg. cum F. -ρώτων S. K. VI. 61 ὁρέουσα vulg. ὁρῶσα F. I. 68 ὁρέων τὸ ποιεύμενον vulg. cum P. ὁρῶν M. F. a. c. — 89 ἐνορέω nunc vulg. cum F. Alii ἐνορῶ. — 159 ἐπειρωτέων vulg. -ωτῶν M. K. II. 121, 1 προορέων nunc vulg. -ρῶν P. K, S. — 174 φοιτέων vulg. φοιτῶν S. III. 14 ὁρέοντες vulg. ὁρῶντ. S. ὁρέων vulg. ὁρῶν S. IV. 134 ὁρέων vulg. ὁρῶν S. V. 24 προορέων vulg. -ρῶν S. VI. 1 ὁρέων vulg. ὁρῶν S. — 35 ὁρέων vulg. ὁρῶν F. VIII 26 εἰρωτέων vulg. cum S. V. -τῶν P. K. — 100 ὁρέων vulg. ὁρῶν S. — 140, 2 ἐνορέω vulg. ἐνορῶ F. Ut his locis iis editoribus adsentio, qui, contractione in ω neglecta, vocalium diaeresin εο (ευ) εου, εω retinuerunt, sic his aliis, ubi librarii non solum ad vulgarem contractionem in ω, sed ad aliam etiam quandam formam per εω scriptam aberrarunt. I. 78 φοιτέοντες vulg. -τῶντες M.

*) ὁμόκλεον vide et Hom. Od. 22, 211. — ὁμοκλέομεν Od. 24, 173. — De ἀνηρώτων, ἀνηρώτεον, ἀνηρώτευν (ἀνηρωτεύων) Od. 4, 251 vide Thiersch. gr. gr. p. 360 sq. (ed. tert.).

-τέωντες F. — 82 ὁρέοντες Schaef. Bekk. al. ὁρῶντες Gsf. ὁρέωντες F. — 96 ὁρέοντες Schaef. Bekk. al. ὁρῶντες Gsf. ὁρέωντες F. ἐφοίτεον vulg. cum R. a. b. c. d. ἐφοίτων M. K. ἐφοίτεων F. — 99 ὁρέοντες Bekk. al. cum S. V. ὁρῶντες M. R. K. a. c. ὁρέωντες Ald. F. b. d. II. 39 καταρέονται vulg. καταρῶντ. S. καταρέωνται F. — 41 πλανέονται vulg. πλανῶντ. S. πλανέωντ. F. — 95 κοιμέονται vulg. cum R. Paris. κοιμῶντ. M. K. S. κοιμέωντ. F. — 148 ὡρέομεν (ὁρέομεν) vulgat. ὁρῶμεν P. K. ὁρέωμεν S. F. ὡρέομεν (ὁρέομ.) vulg. ὁρῶμ. S. V. ὡρέωμεν F. — 162 ὁρέοντα vulg. ὁρῶντ. S. ὁρέωντ. F. — 172 φοιτέοντες vulg. φοιτῶντ. f. φοιτέωντ. F. III. 35 ὁρέοντα vulg. ὁρῶντ. S. f. ὁρέωντ. F. — 41 ὁρεόντων vulg. ὁρώντ. S. ὁρεώντων F. — 48 περιορέοντες vulg. -ρῶντες S. -ρέωντες F. IV. 1 ἐφοίτεον vulg. -των S. -τεων F. — 3 ὥρεον vulg. ὥρων S. f. ὥρεων F. — 125 ὁρέοντες nunc vulg. ὁρῶντες S. ὁρέωντες Ald. — 134 ὥρεον vulg. ἑώρων S. V. ὥρεων F. — 195 ὥρεον vulg. ὥρων S. V. ὥρεων F. V. 29 ὥρεον vulg. ὥρων S. ὥρεων F. — 40 ὁρέομεν nunc vulgat. ὁρῶμεν S. ὁρέωμεν Ald. — 82 ἐπειρώτεον vulg. -των S. -τέων F. VI. 13 ὁρέοντες vulg. ὁρῶντ. S. ὁρέωντ. Gsf. VIII. 97 ὁρέοντες vulg. ὁρῶντ. S. ὁρέωντ. F. IX. 37 ὁρέοντας vulg. ὁρῶντας S. ὁρέωντας F. — 49 ἐφοίτεον vulg. -των S. K. -τεων F. — 58 ὁρέοντες vulg. ὁρῶντ. S. ὁρέωντ. F. ὁρέομεν vulg. ὁρῶμ. S. ὁρέωμ. F. — 82 ὁρέοντα vulg. ὁρῶντ. S. f. ὁρεῶντα F. — I. 34 χρέονται vulg. cum pluribus Mss. χρέωνται S. b. d. — 97 ἐπιφοιτέοντος vulg. ἐπιφοιτέωντος F. — 186 διαφοιτέοντες (sive φοιτέοντες b. d.) vulg. cum M. K. S. a. c. -τέωντες F. — 190 ὁρέοντες vulg. ὁρέωντες F. II. 108 ἐχρέοντο et χρεόμενοι vulg. cum S. V. a. Alii ἐχρέωντο et χρεώμενοι. — 150 σταθμεόμενοι vulg. cum codd. S. V. K. F. a. Alii σταθμεώμενοι. III. 65 ἀρέομαι vulg. ἀρέωμαι F. — 156 ὁρέοντες nunc vulg. cum S. V. F. Paris. ὁρέωντες Ald. al. — ὁρέοντες nunc vulg. cum S. F. Alii ὁρέωντες. IV. 172 φοιτέοντες vulg. φοιτέωντ. F. V. 91 ἑώρεον vulg. (scrib. ὥρεον) ἑώρεων F. — 101 ὁρέοντες vulg. cum S. V. ὁρέωντ. F. VI. 15 ὁρέοντες vulg. cum S. V. ὁρέωντ. F. — 46 ἐχρέοντο nunc vulg. cum F. a. Alii ἐχρέωντο. VII. 125 καταφοιτέοντες vulgat. καταφοιτέωντ. F. VIII. 10 ὁρέοντες ter vulgat. ὁρέωντ. F. — 25 ὁρέοντες vulg. ὁρέωντες F. item 108.

Omnibus igitur his quoque locis ii soli veram Herodoteamque scripturam tuiti esse mihi videntur, qui, aliorum codicum auctoritate spreta, vocalium diaeresin in εο retinuerunt. Sed de istis formis ἐφοίτεων, χρεώμενοι etc. a nobis damnatis pro ἐφοίτεον, χρεόμενοι etc. haereas fortasse, unde illas natas esse dicas, utrum nihil nisi scribae maxime codicis F. errorem esse, an rationem quandam iis esse subjectam. Buttm. quidem gr. gr. I, p. 483 istis in formis statuit vocales αο, quantitatibus e more Atticorum et quorundam Ionicorum mutatis, in εω transiisse, tumque, quoniam formas χρέονται, εἰρώτεον etc. frequentissimas verasque esse vidit,

ω saepius in ο correptum esse. Sed quod hac in sententia, ut concessum, sumsit, vocalem ᾱ verborum in ᾱω exeuntium productam esse, id vereor ne non omnibus probetur, quum de eorum multis inter omnes fere constet in epicis carminibus hoc ᾰ correptum, et in paucis tantum metri causa concessum esse, ut produceretur; cf. Matth. gr. gr. p. 435, et ipsum Buttm. p. 480. Praeterea jam supra vidimus Herodotum non νεώς pro ναός sed νηός usurpasse, non νεώς nec νηός sed νεός, νέες etc. a nominativo νηῦς; etiam βασίλεος etc. Ἄρεος, κέρεος etc. Et Gregorii Cor. l. l. praeceptum, Iones in formis ὁρέω, ἐχρέοντο, vocalem ᾰ simpliciter in ε mutasse, quum prorsus nihil neque is neque, quantum equidem sciam, alius quisquam de vocalibus ᾱο in εω mutandis monuerit, documento esse potest, veteres ipsos formas ἐχρέωντο, ἐφοίτεων etc. apud Herodotum non agnovisse. Quo accedit quod ipse scriba codicis F. fere constanter perverse quidem genuinum χρεών mutavit in χρεόν (cf. Var. Lectt. ad I. 41. 57. II. 35. 65. 133. V. 49. 50. VII. 13. 160. VIII. 3. 141. IX. 16. 17. 41. 46. 54. 106) et glossator quidam codicis e. pro vero ἐχόμενος I. 35 (ἀπικνέεται συμφορῇ ἐχόμενος) non χρεώμενος scripsit sed χρεόμενος; et veteres quidam scriptores Herodotea verba excerpentes non χρέωνται aliaque id genus attulerunt sed χρέονται etc. — Sed quum etiam tales formas, quales sunt φοιτέουσι, κομέουσι, ubi non simplex vocalis ο sed diphthongus ου secuta est vocalem ε (α), tamen nonnullis in codicibus in φοιτέωσι, κομέωσι mutatas esse vidissem, suspicio mihi est nata, etiam hic, ut saepius alibi, quosdam epsilon suum importune contractae vocali praemisisse, quamquam Homero forma χρεώμενος Il. ψ' 834 non abjudicanda est (cf. Eust. ad Il. l. l. τὸ δὲ χρεώμενος πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ε κατὰ τὴν ἄρχουσαν, ὁμοίως καὶ τὸ μεμνέωτο. Quem Homeri epicorumque pleonasmum in aliorum quidem Ionicorum, multa miscentium, scripta transiisse haud negari potest; nam saepissime, aliis solis Ionicis formis frequenter interpositis, invenitur in Hippocratis aliorumque libris, nondum quidem ea, qua oportet, critica ratione tractatis. Etiam Abydenus ap. Euseb. praep. Ev. IX, 41 χρεώμενος dixit.); quae mea suspicio et accentus positione in formis ὥρεων, ἐφοίτεων, in antepenultimam retracti, et manifestis epicis formis, immerito nostro inculcatis et ex turpi quadam Herodoteae orationis ignorantia adhuc retentis, κομόωσι, ἠγορόωντο, mire videtur confirmari. His justis, ut puto, rationibus ductus, facere non possum, quin istas formas per εω, εω, pro εο, εου, scriptas, ut ab Herodotea consuetudine abhorrentes, ubique expellam exstirpemque. I. 99 ὁρέουσι (dat. plur.) recte Schaef. solus. Vulgo male ὁρέωσι cum codd. R. F. a. c. ὁρῶσι M. K. — 124 ἐπορέουσι recte Schaef. solus. Vulgo ἐπορέωσι cum codd. F. a. c. ἐπορῶσι M. K. d. b. — 138 ubi jam H. Steph. et e recentioribus Schaef. περιορέουσι reposuerunt, vulgatum est περιορέωσι male cum cod. F. περιορῶσι M. K. R. — 155 χρέο (imperat.) optime restituit Schaef. pro χρέω male vulg.; nam

χρέο (χράεο χρέεο et altero ε ex regula saepius jam commemorata eliso χρέο) sic recte scriptum ubique in Hippocratis libris invenimus cf. modo supra p. 382. Quare etiam pro vulgato πειρῶ VIII. 57 (quamquam a Plut. de Malig. c. 37 repetitum) et 143 ipse Herodotus πειρέο scripsisse censendus est, et pro vulg. μηχανῶ III. 85 μηχανέο, pro ἐμηχανῶ VIII. 106 ἐμηχανέο, quamquam ἰέο et βιέο, quae hanc ad normam formaveris pro vulgatis ἰῶ III. 53 et βιῶ IX. 111 haud negari potest nostris quidem et auribus et oculis minus placere. — II. 22 φοιτέωσι male nunc vulgat. cum F. Alii φοιτῶσι, scribe φοιτέουσι. — 36 κομέουσι edd. κομόωσι S. IV. 191 κομόωσι male vulg. κομῶσι S. V. repone κομέουσι. VI. 11 ἠγορόωντο vulgat., nulla varietate enotata, sed repone Herodoteum ἠγορέοντο. II. 50 τιμέωσι male vulg. τιμῶσι S. repone τιμέουσι. — 60 συμφοιτῶσι S. V. K. P. συμφοιτέωσι F. repone συμφοιτέουσι. III. 69 φοιτέουσι nunc recte vulg. φοιτῶσι S. φοιτέωσι F. — 119 φοιτέουσα nunc recte scribitur, φοιτῶσα S. f. φοιτέωσα F. IV. 180 κομέουσι edd. κομῶσι S. κομέωσι F. Ibid. συμφοιτέουσι vulg. συμφοιτῶσι S. συμφοιτέωσι F. — 182 φοιτέουσι vulg. φοιτῶσι S. φοιτέωσι F. VII. 111 ἡ χρέουσα recte vulgat. (cf. Hesych. χρέοντες προφητεύοντες) recteque non auditi sunt codd. S. V. P. K. F. b χρέωσα exhibentes.

His igitur locis in integrum restitutis, haud jam dubitabo cum iis consentire libris, qui, quamquam forma quaedam per εω aut ω scripta vulgo edita est, tamen veram diaeresin in εο exhibuerunt. Sic I. 37 ἀποχρεομένων S. ἀποχρεωμ. vulgat. — 41 ὁρμεόμενον S. F. a. c. d. e. ὁρμεωμ. vulgat. — 53 ἐχρέωντο male vulg. καὶ ἔχρεον S. V. ἐχρέοντο Schaef. recte. — 71 διαχρέονται Gsf. cum Athen. III, p. 78 (οὐκ οἴνῳ χρέονται). διαχρέωνται vulg. cum S. — 94 χρέονται Schaef. χρέωνται vulg. — 116 χρεόμενος Schaef. χρεώμ. vulg. — 131 χρεομένους Schaef. cum Orig. ctr. Cels. VII, p. 173 (Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσι χρεομένους). Vulgo male χρεωμένους. — 132 χρέονται Schaef. χρέωνται vulg. — 133 χρέωνται αὐτέῳ male vulgat. χρέονται Schaef. cum Athen. IV, p. 144 (χρέονται αὐτῷ, εἰ δὲ μὴ μετιεῖσι κ. τ. λ.). — 167 ὁρμεόμενοι Ald. al. cum a. c. ὁρμεώμ. al. cum F. — 179 χρεόμενοι S. χρεώμ. vulg. — 193 χρέονται Gsf. al. cum S. Alii χρέωνται. — 216 χρέονται cod. b. χρέωνται vulg. II. 77 διαχρέονται cod. a. recte; διαχρέωντ. vulg. cum codd. K. P. K. F. — 79 χρεόμενοι a. χρεώμ. vulg. — 86 χρέονται a. χρέωντ. vulg. III. 48 χρέονται Schaef. cum a. c. χρέωντ. F. S. — 57 ἐχρέοντο a. ἐχρέωντο vulg. — 66 διεχρέοντο a. c. διεχρέωντο vulg. — 106 χρέονται a. χρέωνται vulg. — 107 κτέονται a. κτέωνται vulg. — 119 χρεομένη a. χρεωμ. vulg. Etiam IV. 103. 105. 107. 189 habet cod. a. χρέονται pro vulg. χρέωνται. V. 114 ἐχρέοντο Schaef. cum S. V. ἐχρέωντο vulg. VII. 50, 2 ἐχρέοντο et χρεόμενοι Gsf. cum cod. a. ἐχρέωντο et χρεώμ. vulg. — 102 διαχρεομένη Schaef. cum Stob. VII, p. 90 (Gesn.). διαχρεωμ. vulg. — 104 χρεόμενος a. χρεώμ. vulg. VIII.

133 ὁρμεόμενος S. ὁρμεώμ. vulg. Ubique igitur illis locis formas per εο scriptas retinendas esse censeo, ut etiam his nunc afferendis, ubi non solum in εῶ sed etiam in ῶ contractum aberrarunt librarii: I. 97 χρεόμενοι Schaef. χρώμ. F. χρεώμ. vulg. — 158 ὁρμεομένου Ald. al. cum a. c. ὁρμωμ. M. K. ὁρμεωμ. al. cum F. — 215 τὰ πάντα χρέονται a. χρῶνται S. χρέωνται vulg. II. 37 διασμέοντες a. διασμῶντ. M. K. S. διασμέωντ. vulg. cum F. V. R. c. b. d. — 73 ὁρμεόμενον a. ὁρμώμ. S. ὁρμεώμ. vulg. — 79 ἐπικτέονται a. ἐπικτῶντ. S. ἐπικτέωνται vulgo. III. 128 ἀποπειρεόμενος F. ἀποπειρώμ. S. ἀποπειρεώμ. vulgo. — 159 προορέοντες recte cod. a. et Thom. Mag. s. v. προορῶ p. 319, 14 (τοῦ σίτου προορέοντες). προορῶντ. male S. προορέωντες vulg. IV. 2 φυσεομένας a. φυσωμ. S. V. φυσεωμ. cod. F. (cf. Athen. IX, p. 399 C.) — 3 πειρεομένοισι a. πειρωμ. S. πειρεωμ. vulg. — 172 ἐπικατακοιμέονται b. -μῶνται S. M. K. -μέωνται vulg. cum A. B. V. F. VII. 112 ὁρέοντες bis F. et c. ὁρῶντ. S. ὁρέωντές vulg. IX. 51 ἐξορμεομένους Ald. al. ἐξορμωμ. S. ἐξορμεωμ. nunc male vulg. Sic etiam I. 158 pro vulgato ἐπειρωτῶσι (dat.) cum Schaef. ἐπειρωτέουσι scribendum est, et I. 26 pro vulg. ἐπαιτιώμενος cum cod. c. ἐπαιτιεόμενος; pro ἐωρῶμεν I. 120 (ἐορῶμεν F.) ὡρέομεν (ὁρέομεν Schaef.), pro κτῶνται I. 135 cum Schaef. κτέονται et II. 121, 5 pro εἰρωτώμενον cum Borheckio εἰρωτεόμενον

Etiam ubi in locum vulgatarum formarum per εω scriptarum aliis in libris contractae in ῶ successerunt, aut contractarum in ῶ aliae per εω scriptae, neutras veras esse judico; sic I. 17 ὁρμεώμενοι vulg. cum R. V. F. pr. Alii cum S. et Suid. s. v. Γύγης ὁρμώμενοι. — 36 ὁρμεώμενος vulg. cum R. V. F. pr. (ὁρμιώμ. F. e. corr.) ὁρμώμ. M. S. Paris. — 46 πειρεώμενος vulg. cum P. Paris. πειρώμ. M. F. — 58 ὁρμεώμενος vulg. ὁρμώμ. M. F. c. — 62 χρεώμενος vulg. χρώμ. c. — 86 ἐρωτεώμενον vulg. ἐρωτώμ. M. K. S. F. Paris. — 96 μνεώμενος vulg. cum R. F. a. b. c. d. μνώμ. M. K. II. 32 εἰρωτεωμένους vulg. εἰρωτωμ. S. — 37 δαπανέωνται vulg. δαπανῶνται S. — 151 ὁρμεώμενον vulg. cum R. F. Paris. ὁρμώμ. S. M. III. 73 πειρεωμένοισι vulg. πειρωμ. S. — 74 προσεκτέωντο vulg. προσεκτῶντο S. — 98 κτέωνται vulg. κτῶνται M. P. K. F. S. V. ὁρμεώμενοι vulg. ὁρμώμ. S. — 105 κτέωνται vulg. κτῶνται Gsf. cum codd. Mss. IV. 68 ἐσορέωντες vulg. ἐσορῶντ. F. S. — 71 ἀμιλλεώμενοι vulg. cum S. V. Alii ἀμιλλώμ. — 184 καταρέωνται vulg. καταρῶνται S. V. 13 εἰρωτέωντος vulg. εἰρωτῶντος S. — 31 et 47 ὁρμεώμενος vulg. ὁρμώμ. S. — 75 ὁρέωντες vulg. ὁρῶντ. S. Et V. 125. 126. VI. 17. 26. 44. 84. 90. 95. 137. VII. 21. 30. 42. 179. 235. VIII. 138. IX. 31 ὁρμεώμενος, -νον, -νοι etc. vulgata sunt, sed cod. S. ubique ὁρμώμενος, -νον etc. VI. 3 εἰρωτεώμενος vulg. εἰρωτώμ. S. VII. 88 ὁρμέωντο vulg. ὡρμῶντο S. — 172 μηχανεώμενοι vulg. μηχανώμ. S., item 176 cod. F. — 211 πειρεώμενοι vulg. πειρώμ. S.

V. K. F. II. 37 προτιμῶντες vulgat. προτιμέοντες F. VII. 139 ὁρῶντες vulg. ὁρέωντες Gsf. cum F. — Quae omnes formae non ab Herodoto ipso profectae esse videntur, quem ubique χρεόμενος, ὁρμεόμενος etc. etc. posuisse arbitror. Verumtamen restant satis multa per εω omnibus in libris scripta exempla, ut alia aeque constanter per ῶ contractum; quorum numerus spero fore ut accuratiore quam nunc nos habemus omnium codicum Mss. collatione deminuatur, praesertim quum hic illic quosdam codices jam meliora, quam quae vulgo eduntur, dedisse viderimus. Etiam jure fortasse mireris, quod raro tantum nostris quidem in editionibus formae in εῦ contractae cernuntur, quae quidem in verbis in εω et οω exeuntibus saepius apparent. Fieri igitur potest, ut etiam illo ex numero quaedam hoc modo contractae inveniantur. Interim, ut nihil quod apponendum esset desideraretur, horum enumerationem hic exhibui: χρέωνται I. 153. 172. 173 bis. 195. 197. 215. II. 35. 36. 37. 39. 92. 94. 96 bis. 139. 177. III. 97. IV. 26. 71. 108. 116. 168. 169. 171. 172. 190. V. 3. 58. 87. VI. 58. VII. 58. διαχρέωνται II. 77. III. 117. VI. 58. χρεώμενος I. 203. II. 11. 15. 52. 120. 147. 151 bis. III. 21. 23. 52. 77. 79. 82. 104. 111. 130 (item Suid. s. v. Δημοκήδης). 139. IV. 23. 96. 106. 134. 150. 151. 152. 155. 178. 187. V. 8. 16. 42. 58. 63. 72. 88. 92, 7. VI. 19. 53. 61. 85. VII. 6. 71. 134. 167. 211. 220. 236. VIII. 106. 112. 119. IX. 24. 41. ἐπιχρεώμενος III. 99. διαχρεώμενος I. 171 (item Thom. Mag. p. 82 καὶ τῷ ὀνόματι (Herod. οὐνόματι) τῷ αὐτῷ αἰεὶ διαχρεωμένους τῶπερ νῦν.). III. 72. IV. 43. VII. 9, 2 bis. παραχρεώμενοι IV. 159. VII. 223. — ἐχρέωντο II. 43. IV. 157. V. 58. 68. 82. VII. 74. 141. VIII. 99. διεχρέωντο VI. 10. — ὁρμεώμενοι I. 167. IV. 57. V. 89. 94. VII. 34. VIII. 112. — ὁρέωντες VII. 211. — κτέωνται III. 110. — τιμεώμενοι V. 20. τιμέωντες V. 67. — ἐμηχανέωντο VII. 172.

Quibus in exemplis animadvertendum est tam multa verbi χρᾶσθαι exempla hujus formationis et hic et jam in superioribus inventa esse, unde quum et apud Hippocratem ipsius ejusdem verbi multa obvia sint, Atticam quandam quantitatum permutationem iis subjectam esse colligi posse videtur, quae quidem apud Herodotum eo minus obtinuisse putanda est, quo frequentiores in ejus libris formae χρέονται, χρεόμενος etc., satis librorum auctoritate fideque munitae, apparuerunt, et quo magis diversae formae χρεόμενος et χρεώμενος apud unum eundemque nostrum obviae inter se pugnare videntur. Qua sententia probata ii grammatici, qui χρεώμενος, διαχρεωμένους etc., ex aliorum consuetudine in nostri orationem illata, ut Herodotea laudarunt, exemplaribus jam tum vitiosis in errorem inducti censendi sunt, quum alii, iique antiquiores scriptores χρέονται, χρεομένους attulerint. — Praeterea πειρώμενος omnes ediderunt I. 9. 86. V. 62 bis. VII. 176. VII. 89. 107. IX. 40. ἀποπειρώμενος VII. 196. VIII. 67. πειρώμεθα (conj.) VIII. 100. πειρῶνται II. 95. ἐπειρῶντο IV. 203. V. 20. 85. VII. 139. IX. 26. 33.

53. ἐπειρώτων II. 160. VII. 152. 169. ἐπειρωτῶν V. 92, 6. VII. 100. ἐπειρωτώντων VI. 66. ἐπειρωτῶντα VI. 86, 3. IX. 55. ἐπειρωτῶσι VII. 148. — κοιμώμεθα I. 9. συγκοιμώμενον III. 69. — βιώμενον I. 19. III. 129 (item Suid. s. v. Δημοκήδης). IV. 139. — τελευτῶν III. 65. 75. 77. V. 67 (item Schol. Pind. Nem. 9, 30). τελευτῶντος I. 24. 139. II. 148. ἐτελεύτων VII. 123. τελευτῶσι I. 139. 148. IV. 117. IX. 102 bis. — προσδοκῶν VII. 235. — ἰῶντο III. 132. ἰώμενος III. 134. VII. 181. — αἰτιῶνται IV. 94. καταιτιῶνται VI. 14. αἰτιώμενος V. 27. VII. 168. VIII. 90. καταιτιώμενοι V. 92, 3 (item Thom. Mag. p. 219, 12). — ὀφθαλμιῶντες VII. 229. — σῶσι I. 200 (cf. Etym. Mag. p. 710, 41 Ἡρόδοτος τοῦ σῶ τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν σῶσιν, ἀντὶ τοῦ σήθουσι). — κατεψῶσαι VI. 61. — κατέκλων IX. 62. — ἐξέσμων III. 148. — ἀρώμενοι I. 27. — φυρῶσι II. 36. — φυσῶσι IV. 2. — θηρώμενοι II. 77. — προσεπικτώμενος I. 29. προσκτώμενος III. 134. παρακτωμένοισι IV. 80. ἀνακτώμενοι VI. 83. — μηχανῶνται I. 60 bis. III. 11. μηχανώμενος II. 121, 5. III. 15. IV. 154. V. 37. 62. ἐπιμηχανώμεναι VI. 91. ἐμηχανῶντο VI. 133. — ἐνίκων I. 82. VI. 18. 113 ter. VII. 44. IX. 71. νικῶν VI. 103. 126. VIII. 124. νικῶντες VI. 113. VII. 9, 2. VIII. 94. 102. IX. 68. 76. τοῖσιν νικῶσι I. 144. 207. 214. νικώμενος III. 32. νικώντων V. 1. 95. νικῶσα VII. 175. νικῶσι VIII. 94. 102. — κομῶσαι IV. 168. κομῶντες I. 82 bis. 195. — πεινῶντες I. 133 (item Athen. IV. 144). — γεννώμενον I. 108. — διαιτώμενον I. 120. διαιτώμεθα (conj.) IV. 114. διαιτώμην III. 65. — τιμῶσι I. 134 ter. II. 29. ἐτίμων V. 67. IX. 24. τιμῶνται III. 154. προτιμῶν III. 21. ἐπιτιμῶν IV. 43 (item Thom. Mag. p. 120, 8). τιμῶσαν VI. 52. τιμώμενον VI. 52. — ἐξαπατῶσι I. 153. — ὁρῶν VII. 16, 3. κατορῶν VII. 44. ὁρῶσα I. 185. VI. 61. IX. 76 ὁρῶντες VII. 206. ὑπερορῶντα VII. 36. ὥρων VI. 79. VII. 209, VIII. 38. 55. 78. IX. 18. 68. 98. ἐνώρων VII. 212. VIII. 140, 2. ὁρῶμεν VII. 209. — γελῶ IV. 36. — μνώμενος I. 205. — πλανώμενος II. 115. 133. 180. IV. 9. VI. 37. περιπλανώμενος IV. 151. — ἐρωμένην III. 31. ἠρῶντο VIII. 94. — μελετῶν III. 115. μελετῶντα VI. 105. — ἀλώμενος IV. 97. — θυμιῶντες III. 106 bis. θυμιῶσι III. 112. — φοιτῶσι VII. 103. φοιτῶσαι et ἐκφοιτῶσαι IV. 116. ἐφοίτων VII. 21. ἐπιφοιτῶν VII. 15. ἐπιφοιτῶντες IX. 28. — λωβώμενος VI. 75 (λαβόμενος S. in marg.). — τολμῶντες IV. 150. τολμώντων VII. 10. — ἐγγυῶ VI. 130. — ἀποχρῶσι V. 31. — σιωπώντων VII. 10. — ἐρευνῶν VII. 19. — σιγῶν VIII. 26. σιγώντων IX. 42. — λυσσῶντα IX. 71. — ὀπτῶντι et ὀπτῶντα IX. 120. — ἀπαντῶσας II. 75. — βοῶντα II. 121, 4. βοῶντας III. 78. βοῶσαι II. 60. βοῶσι III. 117. ἀνεβόων III. 4.

His in exemplis memoratu dignum esse videtur nullum verbi χρᾶσθαι inveniri; et quum alia quorundam verborum, quae hic recensita sunt, jam recte per εο scripta exempla invenerimus, nullaque

mihi appareat justa causa varietatis, et haec librariis imputanda esse videntur. Alia quaedam verba sub hac una contracta forma nostris in exemplaribus leguntur, quorum pleraque aeque in εο dissoluta ab ipso Herodoto putanda sunt, quamquam in aliis ipsam contractam formam retinendam esse judicemus, quippe quam omnibus sic tantum usurpatam; ut grammaticus quidam in Etymol. Mag. l. l. testatur, Herodotum σῶσι (I. 200) dixisse, et Iohannis grammatici testimonium, ad universam hujus syzygiae rationem spectans, huc traherem, nisi id ad Homeri potissimum epicorumque carmina trahendum esse videretur. Dixit enim is grammaticus p. 374 (cf. Maitt. (Sturz.) p. 170 τὰ εἰς ῶν ληγούσας μετοχὰς ἀπὸ τῆς α συζυγίας τῶν περισπωμένων γενομένας διαιροῦσιν Ἴωνες, φρονῶν φρονέων. βοῶν δὲ οὐκ ἐθέλει διαιρεῖσθαι· τὰ γὰρ τῆς δευτέρας φεύγουσι τὴν διαίρεσιν, πλὴν ὅμως ἃ διαιρεῖ σπάνιά ἐστιν. — Verum στρωφώμενοι II. 85 (sic recte codd. F. V. a. — στροφώμ. Wessel. στρεφόμ. d. στροφόμ. S.). περιστρωφώμενοι VIII. 135. νωμῶντες IV. 128 nullo modo mutari posse videntur, quum antecedentis syllabae vocalis ω impedimento sit, quin verba illa in flexionem verborum in εω desinentium transeant. Vide Lob. Parerg. 580 sqq. — Alia jam saepius commemorata causa obstabat in formis θεώμενος III. 32. VII. 208. θεωμένου VI. 67. ἑῶσι II. 36. 63. V. 6. ἑῶμεν II. 114. ἑῶν VII. 47. 104. VIII. 61. IX. 66. ἑῶσα VIII. 101. ἑῶντα VII. 16, 2. ἑῶντες V. 96. ἑώντων VI. 109. ἕων IV. 111. 156. 201. VI. 113. VII. 18. 143. 219. IX. 2. 77. Haec enim si dissolverentur, quum duo εε ante ο, ω, ου, ex Herodoteo more non liceat poni, altero ε eliso, plerumque insolita inauditaque fierent.

Praeterea optativi formae nunquam apud Herodotum dissolvuntur, sed dixit: ἐνορῴη I. 89. νικῷεν IX. 69. 100. ἀνιῷτο III. 1. ἀνιῴατο IV. 130. κοιμῷτο III. 68. σιγῷτο III. 82. τιμῷτο III. 154. νικῷτο IX. 13. πειρῷτο VIII. 108. ἐκπειρῷτο III. 135. πειρῴατο IV. 139. VI. 138. ὀπτῷτο VIII. 137 (sic recte codd. S. V. F. Paris. ὀπτῴη Gron. M. P. K.). Quare etiam vulgatum μηχανοίατο VI. 46 sine ulla cunctatione in μηχανῴατο, solum Herodoteum, vertendum est; quamquam apud alios tales formae, quales sunt διαπηδοίη, ἐρωτοίη, possunt genuinae esse.

Hnc pertinent denique futura quae dicuntur Attica et aliorum verborum et verborum in άζω desinentium: ἀποδοκιμᾷ I. 199. διασκεδᾶν I. 79. διασκεδᾷς VIII. 68, 2 (item Plut. de Malig. c. 38) pro quo codd. b. d. male διασκεδάσεις exhibent, quod non est Herodoteum, recteque neglectum. — ἀπελᾷς VIII. 102. ἐλᾷς I. 207. διεξελᾷς V. 52. ἐλᾶν VII. 8, 2. 10, 2. 57. 128. Unde apparet quam immerito a Schweigh. Schaef. et Gsf. ἐλάσει olim male vulgatum I. 77 revocatum sit pro vero et a Wessel. Bekk. cum codd. M. F. a. c. reposito ἐλάσῃ (οὐδαμὰ ἐλπίσας μήκοτε — ἐλάσῃ). — δικᾶν I. 97; sed I. 96 omnes δικασόμενοι, quod non est mu-

tandum cf. Matth. gr. gr. I, p. 404 et Buttm. gr. gr. I, p. 391 sq. — ἐλῶσι I. 207 (item Thom. Mag. p. 118, 12 ἐλάω ἐλῶ ἀντὶ τοῦ ἐλαύνω Ἕλληνες λέγουσιν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐλάσω — Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· οὐ τὸ ὀπίσω φεύξονται, ἀλλ' ἐπ' ἀρχὰς τὰς σὰς ἐλῶσιν.). — ἐλῶν II. 162. VII. 33. 37. IX. 89. ἐξελῶν IV. 148. ἐξελῶντες III. 59. ἐξελῶντα V. 63.

Verba pura in οω desinentia apud Herodotum ut apud alios scriptores constanter vocalium contractionem servarunt; neque, quum nullo loco apud nostrum hac in re librarios aut editores lapsos esse vidissem, opus esse mihi visum est, eorum omnium exhiberi recensum. Peculiaris autem his in verbis contractio in ευ pro in ου, quasi etiam haec in formationem verborum in εω exeuntium transiissent, commemoranda est. Dixit enim noster ἀξιεῦμαι V. 106. ἀξιεύμεθα IX. 26. ἀντιεύμεθα ibid. οἰκηιεῦνται I. 4. III. 2. οἰκηιεύμενος IV. 148. ἀξιεύμενος VII. 16. I. 199. IX. 111. ἀντιεύμενοι VII. 139. ἀντιεῦνται VII. 236. μισθεῦνται III. 131. στεφανεῦνται VIII. 59 (sic S. V. στεφανοῦνται F. al.). ἐναντιευμένου VII. 49, 2. ὁμοιεύμενοι VII. 50, 2. ἀποσιεύμενος IV. 203. 154 (sic vulg. ἀποσιούμ. S. V.). παρισεύμενος IV. 166 (sic S. V. Alii παρισούμ.). VIII. 140, 1 (sic vulg. cum S. V. παρισούμ. F.). ἀνδρευμένῳ I. 123. ἐξομοιεῦντες III. 24. ἐδικαιεῦντο III. 29. δικαιεῦσι I. 133 (item Athen. IV, p. 143 F.) II. 47. III. 8. IV. 186. δικαιεῦντος IX. 42. ἐδικαίευ I. 100. III. 52. 118. 148. IV. 154 (ubi cod. F. ἐδικαίου). VIII. 126. ἐδικαίευν III. 79. VI. 15. 73. 138. IX. 19. 26. ἐδηΐευν V. 89 (alii ἐδήευν vel ἐδήουν). Quibus omnibus in ευ contractis formis vocales οε, οο, οου, subjectae sunt; quare haud spernenda esse videtur Wesselingii quaedam conjectura, ex qua pro malo vulgatoque et e cod. S. adnotato ἐκυκλέοντο VIII. 16 scribi voluit ἐκυκλεῦντο, ad quod etiam id, quod olim edebatur ἐκυκλεύοντο ducere nos potest. Nam ἐκυκλοῦντο vel ἐκυκλεῦντο hic, ut VIII. 78 περιεκυκλοῦντο pro vulgato male περιεκυκλέοντο, quamquam in codd. M. P. K. invento (περικυκλέοντο F.) nostro restituenda esse, quum alia recte scripta hujus verbi exempla docent, tum grammaticorum praecepta cf. Thom. Mag. s. v. κυκλέω τὸ στρέφω, κυκλόω τὸ περιλαμβάνω. Fragm. lex. Graec. (Herm.) p. 339 καὶ κυκλῶσαι μέν τινα ἀντὶ τοῦ κύκλῳ αὐτοῦ στῆσαι, κυκλῆσαι δὲ τὸ κατὰ κύκλον στρέψαι. Quam cingendi includendique notionem solam illis Herodoteis locis accommodatam esse apparet; nam priore isto loco (8, 16) haec sunt Herodoti verba: οἱ δὲ βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν ἐκυκλεῦντο (sive ἐκυκλοῦντο) ὡς περιλάβοιεν αὐτούς, et in altero (8, 78) ᾔδεσαν δὲ οὔκω, ὅτι σφέας περιεκυκλοῦντο τῇσι νηυσὶ οἱ βάρβαροι. Vide praeterea κυκλωσάμενος III. 157 bis. IX. 18. ἐκυκλώσαντο. VIII. 10 ἐκυκλοῦντο. — 76 κυκλούμενοι. Aesch. Pers. 450 ἐκυκλοῦντο (κυκλοῦντο). Thucyd. ἐκυκλοῦντο VII, 81 et alibi. Xenoph. Anab. I, 8, 13. VI, 2, 20. Cyrop. VI, 3, 30. VII, 1, 5. 5, 2. Interppr.

ad VI, 2, 12. — *) Verbi κυκλέω plura exempla et alii et Aristophanis comoediae tibi praebebunt cf. Suid. lex. (Bernh.) s. vv. ἐγκεκύκληται, ἀνέστραψαι. ἐγκυκλήθητι, ἐκκυκλεῖ, εἰσκεκύκληκεν, εἰσκυκλεῖ, ἐξεκύκλησαν, ἐπεισκυκλεῖ, ἐπικυκλῆσαι. Plat. Resp. X, p. 617. — VIII. 78 nostris in exemplaribus vulgo legitur ἐκδεδωρίευνται; sed codd. P. K. b. ἐκδεδωριεῦται praebent, cod. F. ἐκδεδωρίατε (Steph. marg. ἐκδεδωρίαται) unde fortasse conjiceres ἐκδεδωρίδαται rescribendum esse, praesertim quum talia verba in ζω haud raro etiam transitivam habuisse videantur significationem (cf. Th. Mag. s. v. ἑλληνίζω οὐ μόνον ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ ἄλλον. Lob. Aj. p. 384), nisi majorem a verisimilitudine commendationem haberet Valcken. opinio, ἐκδεδωρίωνται ibi scriptum fuisse. Sed δικαιεῦν VI. 82, quod Gsf. aliique reposuerunt pro vero atque in codd. S. V. F. a. d. reperto δικαιοῦν, non est Herodoteum. Nunquam enim ullum infinitivum in ευν sed constanter in ουν contraxit; sic ipsum δικαιοῦν habes, omnibus in libris sic scriptum, II. 172. VI. 86. πληροῦν VI. 7. ἐξορκοῦν VI. 74. ζημιοῦν VII. 35. σεμνοῦν I. 95. III. 16. δηλοῦν II. 121, 2. καινοῦν II. 100. Etiam V. 72, 7 ῥιγοῦν, quum Hippocrat. hac quoque in re ad Atticorum usum propius accedens, ῥιγῶν usurpaverit, cf. Hipp. de salub. vict. rat. p. 337, 33. Buttm. ad Plat. Gorg. (ed. Heind.) p. 527 sq. — χοῦν II. 137. συγχοῦν IV. 120. διαχοῦν VIII. 97. ἀξιοῦν II. 162. νεοχμοῦν IV. 201. ἐλευθεροῦν IV. 137. V. 62. 63. VI. 123. VII. 158. VIII. 132. κεντοῦν III. 16. Ibid. μαστιγοῦν, quod verbum μαστιγόω (μαστιγώσας, μαστιγώσαντι III. 154. VII. 55) idem valet ac μαστιγέω Herod. I. 114. Neque aliter contracti inveniuntur infinitivi passivi. — Praeterea formas λοῦσθαι Herod. III. 124. ἐλοῦτο III. 125 quas Buttm. gr. gr. II, p. 236 sq. affirmat ex Attico λόω contractas esse, etiam noster contracte usurpavit, vide et λοῦνται I. 198. II. 37. IV. 75, quo postremo loco codd. S. V. λούονται substituentes recte non auditi sunt; quamquam vulgatum λουόμενοι III. 23 eo minus in suspicione ponendum esse videtur, quo magis certum est, hoc ipso in participio etiam Xenophonti placuisse diaeresin, cujus exempla ex alio modo aut tempore inventa magis sunt suspecta ac recentioribus relinquenda. cf. Thom. Mag. p. 220 λοῦμαι πάντες Ἀττικοὶ καὶ λούμενος καὶ λοῦσθαι. Lob. Phryn. p. 189. Sturz. lex. Xenophont. s. v. Interppr. ad Xenoph. Cyr. I, 3, 11. Hippocrat. λούεσθαι de Morb. II, p. 471, 13 et 27. λουόμενος ibid. p. 465, 8. λουέσθω de Vict. Rat. III, p. 374, 7. Porphyrius de abstin. IV, 7 τρὶς δὲ τῆς ἡμέρας ἀπελούοντο ψυχρῷ, ἀπό τε κοίτης, καὶ πρὸ ἀρίστου, καὶ πρὸς ὕπνον. — Schol. Od. γ' 464.

*) cf. Phot. Ctes. Persic. § 24 (Baehr.) ἔμαθεν (Ξέρξης) ὡς οὐκ ἂν ἡττηθεῖεν Λακεδαιμόνιοι, εἰ μὴ κυκλωθείησαν — καὶ κυκλωθέντες ἀπέθανον μαχόμενοι ἀνδρείως ἅπαντες. — Xenoph. Οἱ κυκλούμενοι ἐκυκλώθησαν.

V. De verbis in μι exeuntibus.

Ex verbis in μι terminatis primum de Herodoteo usu verborum τίθημι et ἵημι dicetur. Quorum verborum prima praesentis indicativi persona, quamquam tertia est τιθεῖ et ἱεῖ, tamen constanter vulgari modo τίθημι (VII. 8, 4. 11) et ἵημι (I. 40. VIII. 140 cod. F. μετίειμι) a nostro formata est. Tert. pers. τιθεῖ habes I. 113. 133 (προτιθεῖ, sic et Athen. IV, p. 144 B.). IV. 73. V. 95. VII. 35 (ἐπιτιθεῖ, item Hermog. περὶ ἰδ. II, p. 318 Walz.) et ἵει, ἐξίει etc. I. 180 ἐξίει vulg. (ἐξιεῖ Schaef.) ἐξήει d. — 191 ἐξίει nunc recte vulg. cum M. K. a. (ἐξιεῖ Schaef.) ἐξήει Ald. S. V. b. c. d. ἐξ^{η}ιει F. (sed de fluvio in mare sese exonerante ἐξίημι, ἐσβάλλειν dictum esse, nunc fere constet cf. Lobeck. Aj. p. 189. Quare II. 10 nunc vulg. cum codd. M. K. R. F. a. b. c. ἐξιεὶς ἐς θάλασσαν retinendum est, nec cum Ald. S. V. d. Eust. ad D. P. 431 ἐξιοῦν recipiendum*). II. 17 ἐξίει. — 70 μετίει vulg. (μετιεῖ Schaef.) μετήει F. I. 6 ἐξίει recte vulg. (ἐξιεῖ Schaef.) ἐξήει d. II. 96 ἀπίει. — 113 ἀνίει (ἀνήει F.). III. 109. IV. 28. V. 16 κατίει vulg. (κατιεῖ Schaef.) κατήει F. — 42 ἀπίει (ἀπήει F.). VI. 20 ἐξίει (ἐξήει F.). — 37 μετίει (μετιεῖ Schaef.) μετήει F. b. — 59 μετίει (μετήει F.). VII. 124 ἐξίει (ἐξήει F.). Quare nunc vulgatum ἀπίει VI. 62 solum est Herodoteum, neque audiendi sunt codices M. P. K. F. b. ad Atticum ἀπίησι aberrantes, neque audiendus est Schaeferus hanc praesentis formam vulgo circumflexo accentu insigniens contra omnium librorum auctoritatem. Deceptus est ille fallaci formae τιθεῖ analogia, cf. Buttmann. gr. gr. I, p. 523 Not.

Tertiam pluralem praesentis indicativi personam ubique Herodoteis in libris et τιθεῖσι et ἱεῖσι contracte scribendam esse, non solum multis ipsius exemplis omnibus in libris recte scriptis potest demonstrari, sed etiam similitudine quadam, quae hac in re Iones inter et veteres Atticos intercessit; quum minus antiqui Attici et Hippocrates quoque formis in εασι exeuntibus usi sint. Hinc est, quod dicunt Aeschyleum τιθεῖσι ex Ionica dialecto petitum esse (cf. Bernh. synt. gr. p. 12). Quod autem grammatici quidam terminationem in εασι vulgo Ionicam nominarunt, id ex eo perverso more repetendum est, ex quo illi omnem vocalium diaeresin Ionicam appellare soliti sint, etiamsi revera aliis quam Ionibus sit propria; sed alii, ut Apollonius, jam rectius eam Atticis tribuerunt cf. Maitt. p. 169. Lob. ad Phryn. p. 244 sq. Matth. gr. gr. I, p. 483.

---

*) Neque est ἐξήει Herodoteum, quem constanter ἐξήϊε dixisse mox infra viderimus; neque istis locis imperfectum accomodatum, quare illud ἐξήει pro ἐξίει non nisi ex aurium oculorumque errore profectum esse mihi videtur.

Theodos. Canon. in Bekk. Anecd. II, p. 1405 sq. Hippocrat. de morb. sacr. p. 304, 30 ἀφιᾶσιν. de vict. rat. in morb. acut. p. 384, 38 διδόασιν. — Sed Herodotus τιθεῖσι I. 20. II. 91. 96. IV. 43 bis. 67. V. 8. VII. 197; unde apparet, nunc vulgatum προτιθέασι III. 53, quamvis etiam Stob. 23, 12 hoc ex nostro loco attulerit, non ipso ab Herodoto profectum esse, sed in προτιθεῖσι, jam olim hoc loco vulgatum, mutandum. Similiter συντιθέασι IV. 23 et προτιθέασι V. 8 damnanda esse censeo, iisque substituenda, quae genuina utrobique codex S. suppeditavit συντιθεῖσι et προτιθεῖσι. Porro μετιεῖσι I. 133 libri Herod. quo quidem ex loco Athen. IV, p. 144 suo dicendi genere usus μετίασι posuit. II. 36 ἀνιεῖσι. 87. IV. 30. 62. 69. 195. VII. 109; quare recte censeo Bekkerum I. 194 cum codicibus M. K. F. a. c. ἀπιεῖσι nostro restituisse pro ἀπιᾶσι olim male vulgato; quod idem vir doctissimus etiam alio loco II. 41, ubi omnes in scriptura non Herodotea exhibenda ἀπιᾶσι consentire videntur, facere debebat. Equidem nullus dubito, quin isto quoque in loco Herodotus ipse ἀπιεῖσι scripserit. Sic Hom. Il. π' 262 τιθεῖσι. ψ' 152 ἱεῖσι. λ' 270 προϊεῖσι. Goettl. ad Hes. Theog. 875. Quae conjunctivi forma ἀπίῃ hoc acuto notata IV. 190 vulgatur in verbis ἐπεὰν ἀπίῃ τὴν ψυχὴν κ. τ. λ. non Herodotea est, nec consentanea cum tertia plurali ἀπιέωσι VII. 226 (codd. S. V. male ἀφίωσι) quae, si illa vera esset, nunquam in εωσι potuisset dissolvi. Quare ἀπιῇ perispomenon scribi necesse est, ut VII. 161 ἐπιῇ (οὐδ' ἢν ὁ Λάκων ἐπιῇ τοι ἄρχειν αὐτῆς, ἡμεῖς ἐπήσομεν) pro vulgato ἐπίῃ (ἐποίῃ S.) et III. 72 παριῇ (ὃς ἂν — ἕκων παριῇ) pro quo Bekk. al. cum cod. S. παρίῃ receperunt, alii παρείῃ. Quamquam minime nego, hunc conjunctivi e verbo ἵημι retractum accentum omnino in usu fuisse, quin etiam ad eum confirmandum illa quoque arbitror in Herodoteam orationem falso invecta exempla adhiberi posse. Xenophontis quidem nostra exemplaria Cyrop. VIII, 1, 6 ἀφίῃ (al. ἀφείῃ, al. ἀφειέῃ) et Platonis Apolog. p. 29 D. ἀφίοιτε Attice scriptum exhibent, et in Hym. in Ven. 153 προίοι (προίῃ) (Lex. Seg. p. 471 ἀφιοῖ τὸ εὐκτικὸν περισπῶντες λέγουσιν) et Buttm. in Soph. Philoct. vs. 705 ἐξανίῃ ab ἐξανίημι retinuit; verumtamen recte mihi in Plat. Rep. III, p. 388 E. ἐφιῇ. V, 458 E. παριῇς restituta esse videntur, quum παρίῃς aliaque id genus ex confusione verborum ἵημι et ἰέναι profecta, neque a quibusdam abjudicanda (cf. Lob. Phryn. p. 15 sq.) verum Platonis Atticismum haud deceant; nisi si proprie Atticam hanc accentus positionem fuisse contendis. Ut ἀπιέωσι sic dixit noster προσθέω, θέωμεν, θέωσι I. 108. III. 81. IV. 71. Nec vero mutandum est vulgatum ὑποτίθοιτο III. 41, jam ab Aldo receptum (cod. S. male ὑποτιθεῖτο, Gsf. alii cum codd. M. P. K. F. aeque damnandum ὑπετίθετο praetulerunt) quem Atticismum minime ab Ionum usu abhorruisse jam Fischer. ad Vell. II, p. 469 sqq. exemplis demonstravit. Qua cum optativi forma conjunctivus προτι-

θώμεθα V. 18 omnibus in libris sic scriptus conjungendus est, qui nisi hanc normam esset secutus, a nostro haud dubie προτιθεώμεθα formatus fuisset. Similis est ratio optativi aoristi secundi medii προσθέοιτο I. 53 bis. (cf. Maitt. (Sturz.) p. 78 sq.) et ὑποθέοιτο VII. 237; quibus non convenit ideoque valde suspecta est altera forma προθεῖτο III. 148 vulgata, quam quis haud immerito in προθέοιτο mutari maluerit. Sed conjunctivi ejusdem temporis forma ubique aliam Herodoteam rationem secuta est: ὑπερθέωμαι V. 24. VII. 8, 1. προσθῇ VI. 109. θῆται I. 29. ὑποθῆται VI. 134. VIII. 97. διαθέωνται I. 194. VII. 191. VIII. 4; quum Attici πρόσθηται etc. dicere consueverint cf. Aesch. Pers. 523. Poppon. Thucyd. Vol. I, p. 228 sq.

Imperfectum activi verbi τιθέναι Herodoteo ex more, alias in plusquamperfectis obvio, formatum est ὑπερετίθεα III. 155, et tert. singul. προετίθεε I. 206. VIII. 49; quare facile quisque mihi assentietur, vulgatum περιετίθει VI. 69 in Herodoteum περιετίθεε mutanti. Sed eadem tertia singul. imperfecti verbi ἵημι eandem quam praesentis temporis refert formam ἀνίει IV. 152. ἀπίει 157 et V. 107 (ubi cod. F. suo more ἀπῄει) nec probare possum vulgatum ἀνίεε IV. 125, quod fallaci analogiae specie formatum, sive illi diaeresi, ut in imperfecto tempore ἐδίδου, ratio quaedam sive ipsa vocalitas obstabat, in id, quod jam codd. S. V. hoc loco exhibuerunt ἀνίει vertendum est. (cod. P. habet ἀνίτε) cf. Buttm. gr. gr. I, p. 523 Not. — Verbum medium ἵεσθαι notione conferendi esse aliquo festinanter plerumque in libris Mss. et quibusdam editionibus perverse leni spiritu notatum est aut cum verbo ἵκεσθαι confusum. Quod utrumque vitium nunc quidem praecipue in editione Bekkeriana ubique correctum est, nec debebat Buttmannus gr. gr. I, p. 534 veteri vitiosaeque scripturae patrocinari, nec Suidas s. v. πρόκα ex Herod. VI. 134 ἵεσθαι ponere pro ἵεσθαι (cf. Suid. l. l. Ἡρόδοτος· καὶ πρόκα τε φρίκης αὐτὸν ἐπελθούσης (Herod. ὑπελθ.) ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἵεσθαι (Herod. ἵεσθαι) cf. Bernh. ad D. P. p. 766. Suid. ἱέμην, ἐπορευόμην. ἵενται ὁρμῶσιν. ἵεται, πορεύεται. Matth. gram. graec. I, p. 497 et quos laudavit, Herodotea exempla vide in Schweigh. lex. s. v. ἰέναι falso posita, s. vv. ἀπίεσθαι et κατίεσθαι.

Restat, ut de vitiosa codicis F. scriptura ἀνέωνται II. 165 (τούτων βαναυσίης οὐδεὶς δεδάηκε οὐδὲν, ἀλλ' ἀνέωνται ἐς τὸ μάχιμον) pauca quaedam dicam. Hoc ἀνέωνται valde mirareris tam avide arreptum probatumque esse, nisi id tum vulgo fieri haud ignorares, quum forma quaedam jam olim conjectura proposita postea cujuslibet codicis auctoritate confirmari videatur. Henricus enim Stephanus ἀνέωνται conjecit rescribendum esse pro vulgato rejiciendoque ἀνέονται. Sed ἕωκα, ἀφέωκα, ἀφέωμαι quae alii grammatici recte docent Dorica esse (cf. Bekk. Anecd. p. 470. Interppr. Suid. s. v. ἀφεῖκα) alii falso Attica (cf. Etym. Mag. s. v. Maitt. (Sturz.) p. 66) alii autem perverse interpretati sunt (cf. Eu-

stath. Hom. Il. p. 1101 = 1077: ὥσπερ δὲ ἐν τῷ ἀφέῃ οὕτω καὶ ἐν τῷ ἀφέωνται πλεονάζει τὸ ε. Etymol. Gud. p. 96, 11, ubi ἀφέωνται primum pro perfecto pass. tum pro conjunctivo aorist. habitum est.) ea nec cum ulla alia Herodotea forma comparari possunt, neque ullo modo nostro sunt obtrudenda. Quamquam enim ἀνέωσθαι jam in Tabul. Heracl. I, lin. 105, quas tabulas constat jam ante Alexandri Mag. mortem conscriptas esse, invenitur, et tota illa formatio jam ab antiquiore tempore vulgo quorundam Doriensium frequentata erat (ex quo vulgari Dorico sermone, neque, qui est Giesii (l. l. p. 334 sq.) error, ex Ionico, illae formae in Nov. Foed. scripta immigrarunt (cf. Matth. 12, 31, 32 et alibi saepius: ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, quamquam Lachm. male ἀφίενται Matth. 9, 2 et 5. Marc. 2, 5 vulgatae perfecti formae, his locis et hac in locutione necessarii, substituit (cf. Suid. s. v. ἀφέωνται. Winer. grammat. Nov. Foed. p. 74), quum ἀφίενται nihil nisi interpretamentum sit: Suid. ἀφεῖνται, προίενται, ἠμέληνται; glossator Herod. cod. P. ἀνέονται (ἀνέωνται ἀνίενται) tamen solus est Dorismus, nulli antiquiori Ionico scriptori concedendus, et ex Herodotea genuina oratione, ut βεῦν, ἐσλός, ἅτερος etc., ejiciendus. Atque scriba codicis F., vel quis alius ante eum, fortasse sacrorum librorum orationi adsuetus, quum vulgatum ἀνέονται merito displiceret, simillimum ἀνέωνται reposuit. Nam ἀνέονται, quod litteris ι et ο inter se confusis facile ex vero ἀνεῖνται exsistere potuit, et propius ad Dorica ac poetica ἔοντι, κέονται, προθέουσι, ποτίθει (Theocr. 14, 45) accedere videtur, nihili est, nec minus vituperandum quam ἀκεωμένου, quod III. 109 Gsf. e cod. F. in ordinem recepit. Quo accedit, quod ut illis Nov. Foed. locis, sic nostro (II. 165) perfectum tempus requiritur; quare nihil nisi ἀνεῖνται genuinum esse potest *).

Verbi ἵστημι praesens et imperfectum apud Herodotum non ab alia quadam forma in άω terminata formantur, sed sequuntur flexionem verborum in μι exeuntium; unde ἵστησι positum est II. 95. ὑπίστησι V. 16. quamquam κιρνᾷ vulgatum est IV. 52 et 66, quo posteriore loco codd. S. V. male in κίρναται aberrarunt (cf. Eust. ad D. P. vs. 1143), sed κεράω poeticae licentiae relinquendum est. cf. Buttm. gr. gr. II, p. 215. Lob. ad Buttm. II, p. 70 sq. Thom. Mag. p. 211, 5. Poll. VI, p. 276 (Seber.). Similiter noster διασκιδνάντες II. 25 dixit. Etiam ἐμπιπλέει VII. 39 recte, ut puto, vulgatum est (ἐπιπλεῖ b. ἐμπιπλεῖ F. Stob. Serm. 20 p. 173 (Gesn.) ἐμπίπλησι; codd. Mss. ἐμπίπλῃ) nec fides est

---

*) cf. Herod. II. 65 ἀνεῖται. — 167 ἀνειμένους. VII. 103 ἀνειμένοι (cf. Suid. ἀνειμένοι, ἀνειμένη, ἀνειμένον ἄλσος. Soph. Electr. 506 ἀνειμένη). IV. 98 μετεῖσθω. VIII. 49 ἀπεῖτο (ἀφεῖτο vulg. plusq.) ἀφεῖται Ald. a. b. (Praes. προσίενται I. 135, non προσέονται). Neque etiam ἀνέαται isto loco reponam pro ἀνεῖνται, quum ἕαται ad ἧμαι tantum referendum esse videatur.

habenda scripturae cod. f. ἐμπιπλῷ. Sed ἐπίμπλατο, quod III. 108 nonnulli e codd. M. P. K. F. receperunt, defendendum esse existimo contra alterum ἐπιπλέετο (Ald. S. V. a.) vel ἐμπιπλέετο (cod. c.) quum nihil nos cogat, ut etiamsi ἐμπιπλέω Herodotum dixisse statuamus, etiam in imperfectum tempus passivi hanc flexionem transiisse putemus; praesertim quum πιμπλᾶσι II. 40. ἐμπιπλᾶσι IV. 72. ἀποπιμπλάναι II. 129. πίμπλασθαι et πίμπλαται II. 93. ἐμπιπλάμενοι I. 112. VIII. 117 omnibus in libris recte retineantur. — In Hippocrateis quidem nostris exemplaribus non solum ἐμπιπλεῖ, ut in Hesiod. Theog. 880 πιμπλεῦσαι, sed etiam ἐμπιπλείς legitur, de morb. II, p. 464, 26. 466. et ἐμπιπλῶντα ibid. p. 464, 52; haud neglectis ἐμπίπλησι, ἐμπιπλάναι, ἐμπιπλάς etc. etc. cf. de Morb. II, p. 462, 46. 466, 20. 467. 465 et alibi. — Neque etiam Herodoteum esse puto quod VIII. 109 codd. M. P. K. ἐμπιπρείς praebent pro vulgato ἐμπιπράς, ubi cod. F. ἐμπιπρήσας, quod ad alterum ἐμπιπράω nos ducit, cujus imperfectum ἐνεπίπρων (ἐνεπίμπρων?) in Xenoph. Hell. 6, 2, 22 vulgatum est, aeque non Herodoteum. Quare jure merito ἱστᾷ apud Herodotum IV. 103 vulgatum in suspicionem vocari debet, pro quo Herodotus ipse procul dubio ἵστησι posuit, ut II. 95 ἵστησι vulgatum erat et V. 16 ὑπίστησι. Et recte fecerunt, qui II. 143 scriptura Aldinae et codicum S. V. a. c. ἱστᾷ relicta, alterum ἵσταται auctoritate codd. M. P. K. F. b. d. munitum receperunt; et recte olim vulgata ἱστῶντες IV. 129. ἱστῶσι III. 24 (fin.) (sic Ald. et cod. c.). ἐπιστῶσι (cod. b.) vel ἐπιστεῦσι*) (cod. S.) VI. 38 posthabita sunt nunc editis ἱστάντες (sic codd. S. V. P. K. M. F. Paris.), ἱστᾶσι (sic codd. M. P. K. V.) et ἐπιστᾶσι. Nec minus imperfecta κατίστα VI. 43 et ἵστα 61 in genuina Herodotea oratione tolerari possunt, quum ἀνίστη I. 196. II. 102. ἐνεπίμπρη I. 16 (cf. Suid. s. v. Γύγης). ἐμπιπραμένου I. 19 omnium librorum auctoritate nitantur, et pro ἵστα male vulgato II. 106 codd. S. b. verum ἵστη praebuerint. Formae enim a praesente in άω exeunte deducendae non Herodoteae sunt, sed aliis, imprimis recentioribus relinquendae cf. Popp. ad Thucydid. VIII, 64, 5 et grammaticos graecos, qui saepius talibus formis usi sunt, sic Eust. ad Il. ν' vs. 745 ἱστᾶν. Suid. s. v. ἀφίστων. s. v. πίμπλαται καὶ ὑποπίμπλαται· ἐμπιπλᾷ δέ. Photius Excerp. ex Ctesiae Pers. § 52 (Baehr.) ἀφιστῶσι. § 6 ἱστῶσιν. Polyaen. V, 33 καθίστα (alii καθῆκεν) cf. Matth. gr. gr. I, p. 484.**) De ἐξεπίστεαι VII. 104. 135. ἐξεπίστασο VII. 39. ἐπίστασο VII. 209 et de ἱστέατο jam supra est dictum.

Tertiae pluralis praesentis activi nulla alia apud nostrum legitima forma esse potest quam vulgaris ἱστᾶσι, quae dativo plurali participii masculini respondens, ut illae aliae hujuscemodi verborum ἱεῖσι, τιθεῖσι, διδοῦσι, δεικνῦσι, et analogia et librorum auctori-

*) cf. Hesych. in ἐπιστεῖ.
**) Schol. Od. II, 171 συνιστῶν.

tate satis munita est; sic habes ἱστᾶσι II. 65. III. 24. V. 16. ἐπιστᾶσι I. 167. V. 27. VI. 38. ἀπιστᾶσι IV. 160. περιιστᾶσι III. 24. πιμπλᾶσι II. 40.*) IV. 72. Quare unum ἀνιστέασι V. 71 contra atque Herodotea ratio postulabat vulgatum, nemo facile dubitabit mecum in ἀνιστᾶσι mutare, quod ipsum Herodotum posuisse mihi constat.

Sed de tertia plurali perfecti temporis fortasse dubitaveris, utrum illa ἑστᾶσι an ἑστέασι apud nostrum sit scribenda, quum ei forma ἑστάασι (ἑστήκασι) subjecta sit, ac, quamquam unum tantum pateat posse verum esse, fluctuatio inter utramque formam nostris in libris cernatur. Verum ἑστᾶσι ab ipso Herodoto ubique positum esse ut judicemus, suadet et analogia formae ἱστᾶσι, et grammatica ratio Herodotea, ex qua vocales αα non nisi in ᾱ transire possunt, et denique ipsa codicum auctoritas, qui fere constanter ἑστᾶσι praebuerunt. Sic ἑστᾶσι est I. 14. 51. 155. 179. 199 (ubi Ald. F. a. ἱστᾶσι). II. 26. 63 bis. 83. 91. 124. 127. 130 bis. 149. 153. 170. 176. IV. 15 (item Origen. ctr. Cels. III, p. 126). VIII. 98. 122. II. 70 κατεστᾶσι cod. S. recte servavit, ubi nostri editores falso κατεστέασι praetulerunt. I. 200 κατεστᾶσι Ald. al. cum codd. S. M. K. F. a. b d., ubi nunc male cum cod. R. κατεστέασι vulgatum est (κατεστεᾶσι c.). I. 196 ubi nunc male cum cod. F. κατεστέασι editur pro κατεστᾶσι, alii ad κατεστέαται aberrarunt, quod nullo modo defendi potest; vide huic simile vitium in Xenophontis Anab. IV, 8, 5 commissum. Sed quattuor in locis, ubi nostra exempla κατεστέασι (I. 200. II. 84. IV. 63) et ἀνεστέασι (III. 62) retinuerunt, nullam varietatem e codd. Mss. adnotatam reperi; verumtamen nulla jam mihi relicta est dubitatio, quin etiam istis locis Herodotus ἀνεστᾶσι et κατεστᾶσι scriptum reliquerit. Ac quam inepte tales in formas librarios epsilon suum inseruisse, manifesto apparet ex vitioso προεστέατε V. 49 a nonnullis editoribus immerito praelatum, atque immerito adhuc a nostris grammaticis pro vero agnitum, quum ne cogitari quidem possit, quo modo ex προέστατε (nam hanc tantum formam, ut alii omnes prosae orationis scriptores, Herodotus usurpabat, neque eam sibi ex more grammaticorum in προεστήκατε, προεστάατε explicuit) προεστέατε exsistere potuerit, et quum a codd. M. S. P. K. F. a. verum προέστατε, a quibusdam jure merito in ordinem receptum, exhibitum sit. Etiam summo in errore ii mihi versari videntur, qui istud προεστέατε Homerica forma ἕστητε Il. 4, 243. 246 defendi posse putant, quum alia epicorum sit dicendi ratio, alia Herodotea. Neque etiam participii formae Ionicae ἑστεώς, τεθνεώς pro isto afferri possunt, quum τεθνεώς, etiam ab Atticis scriptoribus frequentatum, et ἑστεώς, τεθνεός ex τεθνηώς ἑστηώς, ἑσταότες etc. nata esse appareat

*) cf. Schol. Aristoph. Acharn. 235 et Suid. s. v. ἐμπλείμην. Fischer. ad Vell. III, a. 157 sq. Schol. Il. III, 152. IX, 270.

(cf. Buttm. gr. gr. II, p. 30). Sed etiam τεθνώς non prorsus inusitatum fuisse conjecit Lob. ad Buttm. II, p. 199; quamquam in Herodoteis libris summa cum constantia et τεθνεώς et ἑστεώς servanda sunt; neque audiendi sunt codd. M. P. epicum τεθνηώς IV. 14 exhibentes pro τεθνεώς a codd. S. V. praebito *), et recte spretum est a Bekkero aliisque vulgatum τεθνηώς IV. 90 (τεθνηκώς cod. d.) pro vero τεθνεώς in codd. K. F. habito **); quamquam Aretaeus 54, 5 ἑστεότες non evitavit. Praeterea ἑστεώς, τεθνεώς etc. recte apud nostrum vulgata sunt his locis: ἑστεώς I. 132. II. 151. III. 8. 63. 78. IV. 60. VIII. 114. IX. 81. 107. ἑστεῶτος I. 59. 120. II. 38. III. 35. 54. V. 88. ἑστεῶτα I. 65. 86. 98. 111. II. 121. III. 3. 66. 78. 134 (ubi cod. S. male προεστῶτα). IV. 14. VII. 117. 129 (διεστεῶτα' nunc recte vulg. cum M. P. B. Olim cum S. male διεστῶτα). ἑστεῶτες I. 59. II. 63. 148. 162. III. 63. IV. 28. 79. V. 92, 3. VII. 119. VIII. 27. 36. ἑστεώτων I. 83. 102. 155. 194. VII. 35. ἑστεῶσι I. 59. VII. 23. VIII. 126. ἑστεῶτας IV. 84. V. 16. VI. 94. 108. VII. 4. 7. 23. 170. 205. IX. 41. ἑστεῶσα V. 92, 4. ἑστεώσης I. 74. 118. ἑστεῶσαν II. 125. ἑστεώσας I. 94 et III. 72 bis (ubi cod. S. male διεστώσας et κατεστώσας). τεθνεός et τεθνεώς I. 112. IX. 120. τεθνεῶτος III. 62. V. 68. τεθνεῶτα IV. 95. τεθνεῶσι I. 214. — Sed quum II. 90. IV. 14 et 26 scriptura quorundam codicum τεθνηκώς et τεθνηκότα recte posthabita sit, tamen omnes editi libri III. 89 κατεστηκός exhibent, quod quidem in id, quod Schweigh. jam conjecit et ad quod etiam codicis S. scriptura κατεστεώς nos ducere potest, in κατεστεός mutari malim ***); quamquam feminini formas ἑστηκυῖαν II. 126. ἀνεστηκυΐῃ V. 29. ἀνεστηκυῖαι VII. 142. βεβηκυῖαν VII. 164 non sollicitandas esse puto, sed utramque fuisse Herodoteam. cf. Lob. ad Buttm. II, p. 41. Infinitivi autem brevior forma ἑστάναι (etiam τεθνάναι I. 31. συμβεβάναι III. 146) apud Herodotum ut apud alios antiquiores tam constanter legitur, ut ex posteriorum demum scriptis Lobeckius ad Buttm. II, p. 488 pauca quaedam longioris formae ἑστηκέναι exempla afferre potuerit.

Conjunctivi praesentis et aoristi activi quum ex contractione sint formati, ex Herodoteo more solute scribuntur: ἀποστέωσι I. 155 bis et III. 15 (ubi cod. d. male ἀποστέασι) ἐξαναστέωμεν IV. 115. ἐπιβέωμεν VII. 50, 2. Verumtamen φῶσι, quamquam verbum φημί ad similitudinem verbi ἵστημι flectitur, atque epicum φήῃ in Homeri carminibus (Od. 11, 128. 23, 275) invenitur, omnes retinent libri IV. 68. Sed ἀνιστῇ VII. 53. ἀποστῇ VIII. 130. ἀνα-

*) τεθνεώς etiam Origen. contra Cels. III, 463 ex hoc loco attulit: τεθνηκώς habent Ald. et codd. K. A. B. F., ut IV. 26 pro vulgato τεθνεῶτα e codd. F. a. c. τεθνηκότα adnotatum est.

**) IV. 166 habet cod. f. pro vulgato κατεστεώς male κατεστακώς.

***) Hippocrat. III, p. 247 τεθνεός. p. 255 ἑστεός.

βῇ et ἐκβῇ II. 13. 68. VII. 209 aliter ex Herodotea consuetudine formari non possunt. Conjunctivi autem et optativi praesentis passivi quum accentu retracto apud Herodotum in vulgarem flectendi rationem transeant, nullo unquam modo vocalium diaeresin recipere potuerunt; et ἐπανίσταιτο quidem Bekk. recte scripsit IV. 166 pro ἐπανιστέαιτο (cod. P.) aut ἐπανιστέατο (codd. M. S. K. F. f. Paris.) aut ἐπανισταίατο edd. vett. II. 116 ἐπίσταιτο vulg. ἐπίσταται K. F. III. 130. 136. 180. — VI. 44 δύναιντο (codd. S. P. a. δύνωνται) cf. et I. 46. 79. V. 30. Δύνηται VI. 125. δύνῃ VIII. 57. πίμπληται VII. 37. δυνώμεθα VIII. 143. δύνωνται IX. 11. VI. 59 ἐνίστηται recte vulg. sed cod. F. ἐνίσταται. cod. b. ἀνίσταται. Quam ob rem VII. 163 δύνωνται codicum M. P. K. F. (item Suid. s. v. δείσαντες) praeferendum esse censeo alteri δυνέωνται codic. S. V., et IV. 97 δυνώμεθα codicis S. alteri δυνεώμεθα codicum M. P. K. F., ac male vulgâtum ἐπιστέωνται III. 134, quamquam nihil varietàtis enotatum est, et in decreto quodam Byzantiorum ap. Demosth. de cor. p. 256 (Wunderlich.) ἐπιστέωνται verum esse potest, in proparoxytonon ἐπίστωνται mutandum esse judico, quum ἐνίστηται, δύνωνται etc. et δυνέωνται, ἐπιστέωνται ab uno eodemque Herodoto dici non potuerint; praesertim quum constet δύνωμαι ut κρέμωμαι alia semper proparoxytonesin servasse cf. Choerob. in Bekk. Anecd. II, p. 1269. Suid. s. v. δύνωμαι. Similiter dixit Plato ἐπίστωμαι et ἐπίστῃ Euthyd. p. 296 a. et c. Isocrat. ad Demonic. p. 11 A. cf. Schneid. ad Plat. Civ. IX, p. 579 E. ἐπίστηται. Sed apud Thucydidem καθιστῶνται, ἐφιστῶνται, καθιστῆται etc. genuina esse docet Poppo ad Thucyd. Vol. I, p. 228 sq. — Vulgatum ἀναπτῆσθε IV. 132, cui simile quiddam jam supra in conjunctivis ὑπερθέωμαι, ὑποθῆται etc. vidimus, nemini offensioni esse potest, praesertim quum ipsa illa syncope accentum in penultima retinuisse videatur, ut in illo ἀναπτῶνται Aristoph. Lysistr. 774. Vide et ἀντιστῆται Xenoph. Anab. 7, 3, 11 (Popp.). Et μεμνεώμεθα denique VII. 47 a recentioribus editoribus cum codd. S. V. P. F. servatum ego quoque retinebo, quamquam Eust. ad Il. 767, 36 Atticum μεμνώμεθα ex hoc loco attulit, et Buttm. gr. gr. I, p. 426 sqq. his in conjunctivis nullam agnovit contractionem, ideoque accentum retrahendum esse putavit. Sed veteres grammatici aliter praecipiunt, et huic praecepto convenienter nostris in exemplaribus scriptum invenitur; vide grammaticos a Buttm. l. l. citatos, exempla a Matth. I, p. 464 allata, Herm. ad Sophocl. Philoct. 119. ad. Oed. Tyr. 49. Schneid. ad Plat. Civ. II, p. 262.

Verbi δίδωμι prima persona singularis praesentis indicativi activi quamquam constanter apud nostrum ut apud alios vulgarem in μι desinentem formam servavit (cf. I. 117. 210. III. 42. 139. 140. VI. 130. VII. 29. VIII. 137. IX. 111) tamen statim secunda persona Ionum more in οῖς et tertia in οῖ exiit; sic διδοῖς V. 18. VIII. 137. διδοῖ I. 80. 107 bis. 113. 179. 189 bis. 193. 202. II. 22. 29. 34. 48. 65. 150. 169. III. 9. 20. 119 bis. 128 bis. IV. 37. 44.

49. 50. 52. 54. 55. 56. 57. 85 bis. 90. 99. 100. 154. 163. 167. 172 bis. 175. 178. V. 14. 67 (item Schol. Pind. Nem. IX, 30). 92, 3. 101. 113. 118. VI. 4. 75. 82. 86, 4. 103. 125. VII. 26. 30. 155. 198. 200 bis. 236. VIII. 5. 98. 127. IX. 7, 1. 73. 109 bis. 122 bis. Quibus multis locis quum formam Herodoteam διδοῖ omnes retinuerint libri, meo mihi jure videor II. 2 scripturam διδοῖ codicum S. V. R. b. d. praeferre alteri δίδωσι a codd. M. K. F. a. c. f. praebitae, ac vulgatam δίδωσι II. 154 bis et παραδίδωσι VIII. 24 vel invitis omnibus codd. Mss. in διδοῖ et παραδιδοῖ mutare. — Imperfectum summa cum constantia ἐδίδουν, ἐδίδου etc. nostris in libris scriptum exstat, vide enim ἐδίδουν VI. 86. ἐδίδου et simplex et composita I. 45. 74. 114. 163. 208. 209. II. 174. III. 50. 128 bis. 160. IV. 119 162. V. 11. 18. 37. 67. 82. 94. IX. 109. Imperat. δίδου III. 139; et tertia plural. praesentis, ut analogia et Herodotea ratio postulant (cf. Lob. Phryn. p. 244) διδοῦσι II. 30. 89 bis. III. 15. IV. 49 bis. 80. 119. 123. 132. V. 73 bis (item Suid. s. v. ἀπεκορύφου). VI. 49. 89 bis. 100. 101. VII. 26. IX. 94. Quare minime ferendum erat I. 93 vulgatum ἐκδιδόασι, e vulgari Atticaque consuetudine nostro inculcatum (sed vide Antiatt. Bekk. I, p. 88, 24 διδοῦσιν οὐ διδόασιν. Ἀριστοφάνης Μητροφῶντι) sed id, quod Herodotus ipse scripsit ἐκδιδοῦσι restituendum. Ac conjunctivos verbi δίδωμι Herodotus nisi a sua ipsius loquendi ratione desciscere voluit, nunquam dissolvere potuit, quum formae διδώω, δώω etc. epicorum essent poetarum; neque etiam unquam inveniuntur nostris in libris solute scripti, sed ἐπιδιδῷ recte vulgatum est et ἀποδιδῷ II. 13. παραδιδῶσι III. 45. καταπροδιδῶσι VII. 157. ἐκδιδῶσι IX. 86. δῷς III. 53. ἀποδῶμεν V. 91. παραδῷ V. 106. δῶσι VI. 133 et IX. 93. μεταδῶσι IX. 34. παραδῶτε et δῶμεν IX. 87. Conjunctivus passivi παραδίδωται III. 117 ex aliorum analogia retracto accentu scribendus esse mihi videtur, quamquam alii (Ald. Bekk.) παραδιδῶται praetulerunt, neque quidquam e codd. Mss., quibus quidem his in rebus non multum est tribuendum, adnotatum reperi, neque ullum aliud exstat exemplum; sed vide Buttm. gr. gr. I, p. 518. Matth. gr. gr. I, p. 496. — Huc pertinet etiam conjunctivi forma ἁλῷ I. 84. ἁλῶσι II. 93; atque aperta corruptela Herodoteus locus IV. 127 liberandus est, ubi vulgatum ἁλώῃ sive ἁλῴη his in verbis δείσαντες μὴ ἁλώῃ (ἁλῴη et codd. S. V. ἁλοίη) ἢ καρῇ, ex male repetita vocula ἤ, nisi gravior etiam subest error (cf. Lob. Phryn. p. 345. Herm. Opusc. I, p. 241) natum esse videtur. Nam conjunctivi forma ἁλώῃ epicis relinquenda erat, saepius quam vulgo legitur iis restituenda (cf. Lob. ad Buttm. II, p. 107. Matth. gr. gr. I, p. 529), et optativi forma ἁλῴη, praeterquam quod illa plane abhorret ab hoc loco, vereor ut Herodotea sit; δῴην enim, quod codd. K. F. a. b. d. IX. 111 exhibent (ἀντιδῴην P.) pro δοίην a cod. S. praebito et a plerisque editoribus merito recepto, procul e genuina Herodotea oratione ejiciendum est. Sic et apud Thom. Mag. p. 92, ubi hic Herodoteus locus af-

fertur, e codd. R. b. δοίην recipiendum fuisse arbitror pro δώην aut ἀντιδώην codicum G. C. D. P. F. — Herod. I. 86 διδοίη omnes, et IX. 94 δοίη. VII. 135 δοίητε. διαγνοίη I. 134. IV. 74. cf. Piers. Moer. p. 117 (coll. p. 325). Thom. Mag. p. 91 sq. Popp. ad Xenoph. Cyr. III, 1, 35. Lob. Phryn. p. 343 sq. 345 sq.

Verba in $\overline{\nu\mu\iota}$ terminata ut certis quibusdam in formis constanter, sic etiam in aliis apud Iones et Atticos maxime inde a Xenophontis temporibus in flexionem verborum barytonorum in $\overline{\nu\omega}$ desinentium saepius transiisse notum est (cf. Matth. gr. gr. I, p. 474 et quos laudavit Popponem et Porson., qui quidem a tragicis poetis usum verborum in $\overline{\nu\omega}$ pro $\overline{\nu\mu\iota}$ abjudicavit). Et Herodotus quidem dixit ἀποδείκνυμι II. 16. 18. ἀποδεικνύναι I. 113. 125. II. 139. 148. 177. δεικνύς I. 114. II, 78. δεικνύντες II. 143 ter. 142. ἀποδεικνύντα II. 136. ἀποδείκνυνται VII. 23. διαδεικνύσθω III. 72. ἀπεδείκνυσαν II. 143. 144. VII. 119. 181. IX. 80. ἀποδεικνύναι IV. 179. VI. 57. 61. ἀποδείκνυσθαι VII. 10. 24. 146. VIII. 68, 1. ἀποδεικνύμενος III. 134. IV. 137. V. 83. VI. 15. VII. 6. 211. VIII. 90. 141. δεικνύντας I. 90. δεικνύς V. 49. VIII. 114. IX. 82. ἀποδεικνύντι I. 136. V. 94. ἀπεδείκνυντο I. 176. 207. III. 82 ἀπεδείκνυτο (ubi codd. S. V. ἀπεδείκνυε) VII. 223. VIII. 108. IX. 40. 58. — καταρρηγνύμενοι VII. 23. καταρρήγνυσθαι III. 111. ἀναρρηγνύντες II. 14. περιρρήγνυνται II. 16. — ἐζεύγνυσαν VII. 33. 36 bis. ζευγνύναι IV. 69. 189. ζεύγνυσθαι IV. 83. ζευγνυμένους V. 9. ζευγνύς I. 206. IV. 89. — ὀμνύναι IV. 68 bis. κατομνυμένην VI. 69. ὀμνύντες II. 118. κατομνύμην VI. 69. κατόμνυται VI. 65. ἀπόμνυμι I. 212. ἐπόμνυμι V. 106. — ἀπολλύναι I. 11. IV. 148. ἀπόλλυσθαι I. 11. IV. 68. VII. 104. ἀπολλύμενος III. 14. IV. 93. 105. VII. 168. 223. VIII. 89. ἀπολλυμένης III. 155 vulgat. (ἀπολυομένης c.). ἀπώλλυντο II. 120. ἀπόλλυται V. 126 et VI. 37. σβεννύναι I. 86. σβεννύντα I. 87. — ζωννύμενον IV. 9. — ἀγνύμενος I. 185. — πήγνυται IV. 28. 53. 119. — στορνύντες VII. 54. — Sed III. 79 δεικνύοντες. ἐπιδεικνύουσι IV. 168. ὀμνύουσι IV. 172. V. 7. προδεικνύουσι I. 209. ἀποδεικνύουσι V. 45. προσαπολλύουσι VI. 138. πηγνύουσι IV. 72 vulg., ubi cod. S. πηγνῦσι, ut pro vulgato nunc cum codd. K. F. ὀμνῦσι IV. 105 alii ὀμνύουσι praebent et II. 86 pro ἐσεργνῦσι codd. S. V. d. ἐσεργνύουσι; utrumque rectum. Sed vulgatum nunc cum codd. M. P. K. F. b. d., et Athenag. πρεσβ. περὶ Χριστ. p. 36 et Thom. Mag. s. v. ζευγνύασι II. 86 δεικνύασι τοῖσι κομίσασι posthabendum est alteri δεικνύουσι, quod Ald. al. cum codd. S. a. c. suppeditarunt, et quod eod. cap. paulo post jam alii cum codice S. reposuerunt pro vulgato male cum codd. M. P. K. F. δεικνύασι ὑποδεεστέρην. Etiam III. 119 habent Ald. al. et cod. S. δεικνύουσι, quum iidem illi codd. M. P. K. F. Paris. ad δεικνύασι aberraverint. Nam vulgare Atticumque δεικνύασι non ferendum esse et alia Herodotea exempla omnium consensu in $\overline{\nu\sigma\iota}$ terminata satis docent (συρρηγνῦσι I. 80. κατεργνῦσι IV.

69. ἀπολλῦσι ibid. ἀποδεικνῦσι I. 171. IV. 8. V. 45 bis.), et grammaticorum praecepta, ex quibus antiquissimis Atticis scriptoribus haec terminatio in ῦσι simul cum Ionibus familiaris fuisse dicitur, quum terminatio in ύασι minus antiquis maxime frequentata fuisset. cf. Buttm. gr. gr. I, p. 505 Not. Matth. gr. gr. I, p. 483. Schneid. ad Plat. Civ. VII, p. 514 B. Hinc interpretanda sunt quae Atticistae praecipiunt: Moer. (Piers.) p. 25 (coll. p. 127 et 171) ἀπολλύασιν ἀττικῶς, ἀπολλύουσιν ἑλληνικῶς. Thom. Mag. p. 168, 16 ζευγνύασι κάλλιον ἢ ζευγνῦσι, τὸ δὲ ζευγνύουσι κοινόν. — Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ· ἐπεάν σφι κομισθῇ νεκρός, δεικνύασι (Herod. δεικνύουσι) τοῖσι κομίσασιν. — Phryn. app. soph. in Bekk. Anecd. I, p. 8, 12 ἀπολλύασιν, δεικνύασιν, καὶ ὀμνύασιν Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ὀμνύουσι. — Atque ut jam in Hesiod. Opp. 451 δεικνύει vulgatum est, sic ap. Herod. VII. 37 προδεικνύει. I. 30 ἐπεδείκνυον Ald. al., nunc vulgo ἀπεδείκνυσαν cum S. M. (II. 15 ἀποδεικνύοιμεν). VI. 86, 2 habet cod. S. ἀποδεικνύοντες pro vulgat. ἀποδεικνύντες. — I. 205 ζευγνύων. — 207 προσαπολλύεις. II. 162 διεδείκνυε. IV. 150 ἐδείκνυε. I. 112 ἀπεδείκνυε. IV. 69 ἐζεύγνυε. VII. 36 ἐπεζεύγνυον. Etiam pro vulgato nec ferendo ὀμοῦντες I. 153 fortasse ὀμνύοντες Herodotus scripsit, quamquam etiam id, quod Bekkerus reposuit, ὀμνύντες genuinum esse potest, ut jam supra II. 118 ὀμνύντες vulgatum vidimus. Sed ὀμοῦντες, quod a simplici themate ὀμόω, a grammaticis tantum (veluti ab Eust. ad Od. κ' p. 1660 = 400) ut inde quaedam tempora verbi ὄμνυμι repeterent, proposito, formatum esse volunt, vereor ne nullo unquam in usu fuerit; τὰ ὀνοῦντα quidem et ὀνούμενος, ὀνεῖται pro ὀνίναται etc. Lobeckius attulit ad Buttm. II, p. 256 et p. 488, sed haec ipsa raritate sua atque insolita ratione notanda labentis Graecitatis sunt, quippe quae e Luciani, Stobaei, Galeni scriptis sumta, quibus temporibus non pauca e grammaticis studiis profecta simplicia verborum themata, multa, quae antea sua quaeque aetate suisque quaeque a scriptoribus erant usurpata, promiscue in usum recepta esse notum est. Ex hac tantum Graecitate, si quod genuinum exemplum verbi ὀμόω pro ὀμνύω vel ὄμνυμι aliquando inventum fuerit, profectum esse posse conjicio.

Verbi εἰμί secundae personae singularis praesentis indicativi forma Ionica, ab Herodoto constanter usurpata, est εἷς, sic I. 121 περίεις (cod. S. male περιεἰς, al. περιεῖς). — 124 περίεις recte vulg. cum codd. F. a. c. P. textu, περίης marg. περιεἰς S. Alii περιεῖς. — 207 εἷς et III. 71. 134 (ἕως νέος εἷς vulgat. ᾗς Ald. ἧς S.). IV. 80. VII. 9. 11. 17 (εἷς recte nunc vulg. cum S. V. K. F. b. Alii ἧς). 101. 234. IX. 111 bis. Quare Bekkerus aliique et I. 45 (εἷς δέ μοι οὐ σὺ κ. τ. λ. item Hermog. περὶ μεθόδ. c. 32) et IX. 76 εἷς recte retinuerunt, quamquam priore loco cod. S. Atticum εἶ praebuit, et posteriore Gsf. al. contra codd. S. V. εἷς praebentium auctoritatem εἶ perperam praetulerunt. Etiam III.

140 (σὺ εἶ) et 142 (ἄξιος εἶ) quibus locis omnes male in Atticam formam concordasse videntur, procul dubio Herodoteum εἷς est reponendum. Ionicum Herodoteumque εἰμέν (I. 97. VII. 9, 3. 51. IX. 21. 26. 27 ter. 46 ter) raro tantum a librariis in vulgarem formam ἐσμέν est corruptum (ut VI. 109 εἰμέν edd. ἐσμέν b. VII. 172 ἑτοῖμοί εἰμεν edd. ἐσμεν codd. P. K. F. b.), a quibus hac in re editores fere omnes recte dissentiunt, ubique εἰμέν retinentes. — Tertiae autem pluralis formam Herodoteam congruere cum vulgari εἰσί cuique vel obiter tantum Herodoteos libros inspicienti patebit, quo magis est mirum, uno loco I. 125 pro vulgato ἀροτῆρές εἰσι cod. F. ad poeticum ἔασι aberrasse, merito ab editoribus spretum. — Participii forma Herodotea ἐών, ἐοῦσα, ἐόν, ἐόντος etc. etc. ubique nunc, quamquam librarii haud raro in vulgarem formam aberrantes deprehenduntur (veluti I. 20 παρεόν nunc vulg. cum codd. M. R. F. a. c. Alii cum S. παρόν. — 26 ἐών vulg. ὤν Ald. Ven. S. e. — 30 ἐόντα vulg. ὄντα e. — 35 τίς τε ἐών vulg. ὤν S. d. e. — 86 ἐόντι vulg. ὄντι S. — 155 ἐόντα vulg. ὄντα F. — 166 περιεοῦσα nunc vulg. περιοῦσα Ald. al. II. 25 ἐόντων vulg. ὄντων S., vide et Var. Lectt. ad I. 5. II. 12. 66. 106. III. 71. IV. 42. V. 19. 83. 114. VI. 38. 105. VII. 3. 16, 3. 73. VIII. 97. IX. 85) recte praecipue in edit. Bekker. restituta est. Etiam optativus huic participii formae respondens ἐνέοι semel invenitur VII. 6, quum alibi constanter noster alterum εἴην, εἴη, εἴησαν, εἶεν usurpaverit (in Hom. carminibus vide ἔοις, ἔοι Il. 9, 284. 142). — Quod autem Buttm. gr. gr. I, p. 529 conjunctivi formam ἔω cum participio ἐών et optativo ἔοιμι, quippe quo utroque ex prima verbi εἰμί positione ἔω profecto ejusque flexionem secuto, composuit, id vereor, ut Herodoteo declinatu illius conjunctivi formae confirmari possit. Quum enim ἔω, ᾖς, ᾖ, ἔωσι noster flexerit, ac non ἔῃς, ἔῃ, apparet non ad primam verborum purorum syzygiam illum conjunctivum esse referendum, sed ad verba in μι exeuntia, quorum conjunctivos praesentis temporis, ut aoristi passivi vulgaris verbi barytoni, quamquam ex contractione profectos, iis tantum in formis, quae in ῶ sunt contractae, vocalium diaeresin apud nostrum recepisse constat. Qua ipsa in re positum est discrimen inter hos conjunctivos et verborum circumflexorum, quorum conjunctivos per omnes personas Herodotum dissolvisse supra jam vidimus. Παρέω igitur noster dixit IV. 98. ἔωσι I. 155. 185. II. 39 bis. 45. III. 119. IV. 46. 66 bis. 104 (item Stob. Serm. 42 p. 294). 140. V. 68. 69. VII. 3. 29. 146. 149. 218. VIII. 61. 97. IX. 96. 99. Unum restat contrarium exemplum II. 89 ὦσι, quod, quamquam nihil e codd. Mss. adnotatum reperi, illis convenienter ἔωσι Herodotum ipsum scripsisse, nemo non mihi concedet. Sed περιῇς sic recte scriptum omnes tenent VIII. 102, et ᾖ I. 80. 134. II. 30. 39. 85. III. 109. 130. IV. 46. 61. 66. V. 79. VII. 29. 38 et saepissime alibi sine ulla varietate; quamquam Hippocrates aliique recentiores Iones prosae orationis etiam poeticum ἔῃ sibi sumsisse

videntur (cf. exempla a Matth. gr. gr. I, p. 505 allata) non Herodoteum. Quare jure merito Elmsleii sententiam (ad Medeam 167), apud Herodotum ἔῃ scribendum esse, improbavit Hermannus (Opuscul. III, p. 189) recte monens, ἔω et ἔωσι quidem nostrum dixisse, sed constanter ᾖ. — Imperfecti primae personae singularis formam Herodoteam ἔα (II. 19) et secundae ἔας (I. 187 sic recte codd. M. K. F. a. c. ἔεις Ald. S. b. d. Alii ἔης) secundae pluralis ἔατε (IV. 119. V. 92, 1) fuisse, nunc fere constat; sed de tertiis personis ἦν et ἦσαν ambigitur, licet Bekkerianam editionem ubique recte, uno tantum loco excepto, ἦν exhibentem invenerim. Is unus locus est VII. 143 τῷ οὔνομα ἔην Θεμιστοκλέης, ubi quidem alii etiam omnes poeticum ἔην perperam retinuerunt pro vero restituendoque ἦν. Sed I. 196 Bekk. al. recte cum cod. S. ἦν, ubi ᾖε Gsf. al. ᾖ K. εἶ F. II. 102 τῷ οὔνομα ἦν Bekk. cum codd. S. V. K. F. ἔην Gsf. al. III. 143 τῷ οὔνομα ἦν Λυκάρητος Bekk. al. cum S. F. a. ἔην Gsf. al. II. 172 εἰ γὰρ πρότερον εἶναι δημότης, sic εἶναι nunc recte vulg. cum M. P. K. V. S. F. Paris. Vulgo male ἦεν. IV. 14 (init.) ὅθεν ἦν Ἀριστέης Bekk. cum F. S. et Orig. ctr. Cels. III, p. 125. ἔην Gsf. al. I. 181 in verbis olim sic vulgatis et in codd. repertis ἐν τῷ ἦεν (εἶεν F.) τὰ βασιλήϊα, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ κ. τ. λ. illud ἦεν bene perspexit Gronovius ex vero μέν corruptum esse, quum nullum verbum finitum in hoc sententiae membro requiratur, sed particula μέν, statim subsecuto δέ respondens (cf. supra p. 59). — IV. 132 Δαρείου γνώμη ἦν Bekk. al. cum codd. M. P. S. V. F. f. ἔην Gsf. al. — 151 τῷ οὔνομα ἦν Κορώβιος Bekk. al. cum F. S. ἔην Gsf. al. — 152 τῆς ναύκληρος ἦν Bekk. al. cum S. ἔην Gsf. et vulg. — 170 ἐπῆν Bekk. ἐπέην Gsf. et vulg. — 184 ἀπαθὴς ἦν Bekk. al. cum codd. S. V. P. K. F. ἔην Gsf. et vulg. Ibid. πλῆθος ἦν Bekk. ἔην Gsf. et vulg. IX. 25 ὁ δὲ νεκρὸς ἦν θέης ἄξιος nunc recte vulg. cum S. K. V. F. a. et Eust. ad Il. 626, 52. Olim cum aliis codd. ἔην. — 116 ἔνθα ἦν nunc vulg. cum S. V. K. F. Olim ἔην. His igitur locis ut fere innumeris aliis solam veram Herodoteamque formam esse ἦν, neque ἔην aut ἦεν aut ᾖε aut ᾖ (quod postremum veteres quidam Attici pro prima persona ἦν usurpasse videntur (cf. Bernh. Suid. s. v. Herm. praef. ad Oed. Tyr. p. VII sqq.) admittenda esse et Hermannus agnovit, et ex forma ἐείκοσι jam supra ex Herodotea oratione ejecta concludi potuit. Ac plane inepte Schweigh. pro vulgato recte ᾔϊε I. 122 (ᾔϊε — αἰνέων) illud vitiosum ᾖε reponi voluit. — Praeterea tertiam pluralem constanter ab Herodoto illi singulari ἦν convenienter ἦσαν formatum esse et in simplici et in compositis meo mihi jure contendere videor. Bekkerum quidem scripturam simplicis verbi putasse aliam fuisse ac compositorum, ex ejus editione apparet, quippe in qua composita παρῆσαν, ἐπῆσαν, ἀπῆσαν etc. etc. (περίεσαν IX. 31 excepto) ubique ista sub specie codd. Mss. consentientibus obvia

sint, simplicis autem verbi forma ἔσαν per ε scripta constanter legatur, non consentientibus codd. Mss., neque alius quisquam eandem rationem secutus est *). Neque etiam est sequenda. Nam praeterquam quod nulla justa apparet causa, cur simplicis aliam quam compositorum fuisse scripturam statuamus, neque apparet, cur Herodotus prosa oratione usus poeticum ἔσαν, apud Homerum, Pindarum, Theocritum poetas obvium, admisisse censendus sit, etiam codices Mss. alii, ubi alii ad poeticum ἔσαν aberrarunt, verum ἦσαν servant, ita ut nullo fere loco scriptura ἔσαν omnium librorum auctoritate muniatur, sed ἦσαν plerumque, si enim silentium collatorum pro consensu habendum est. Atque in Homeri carminibus non solum simplex ἔσαν poetice per ε scriptum invenitur, sed etiam composita ἄπεσαν, ἔνεσαν, ἔπεσαν, πάρεσαν, quam compositorum scripturam ab Herodotea dialecto fuisse alienam omnes et scribae et editores haud obscure significarunt, et ipsa Herodoti dicendi ratio evincit. Neque enim cum Herodoteis formis ἐσσῶν, ἑσσόω id imperfectum ἔσαν comparari potest, quod a Pindaro (Ol. 9, 53 Boeckh.) ut penultima rursus produceretur etiam ἔσσαν est scriptum, ut Homericum ac Doricum ἔσσομαι, ἐσσοῦμαι, quae aeque ab Herodoteo usu abhorrent. Neque etiam ἔσαν, ἐώθεσαν, ἐτίθεσαν, quamquam primae personae sunt ἔα, ἐώθεα, ἐτίθεα, recte inter se componi posse, vel ex aperta tertiarum personarum singularium dissimilitudine ἦν, ἐώθεε, ἐτίθεε, apparet. Ut igitur Herodotus non ἴσαν pro ἤϊσαν ex sua dialecti ratione dixit, sic neque ἔσαν pro ἦσαν. I. 6 ἦσαν ἐλεύθεροι sine varietate, item Suid. s. v. Κροῖσος — ἐλεύθεροι ἦσαν. — 7 ἦσαν ἀπόγονοι sine varietate, item I. 13. 29. 30. 34. 57 bis. 63. 65. 66. 80. 93. 100. 102. 111. 114. 126. 141 bis. 143 bis. 149. 166. 175. 180. 185. 186. 192. II. 20. 30 bis. 43 bis. 44. 53. 57. 75 bis. 100. 108. 125 bis. 140. 144. 147. 148. 154. 171. 175. III. 11. 14. 27. 45 bis. 50. 58 bis (οὐκ οἷοί τε ἦσαν γνῶναι, item Greg. Cor. d. d. Ion. § 18. — αἱ νέες ἦσαν). 61. 88. 97. 138. IV. 137. 138 bis. 144. 147. 165. V. 15. 58. 62. VI. 112. 124. VII. 139 ἦσαν ἐληλάμενοι. — I. 45 παρῆσαν item 48. 82. 115. 119. 126. V. 13. 99. 108. VI. 8. VII. 53. 202. 218. VIII. 67. IX. 30. 31; et III. 86 παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων Gsf. Bekk. al., παρήϊσαν S. V. Schaef. — ὑπῆσαν VII. 86. συνῆσαν IX. 115. — ἐπῆσαν I. 180 (κυλίδες ἐπῆσαν nunc vulgat. cum F. K. a. c. (ἑστήκεσαν S.) ἐπήεσαν olim male vulgat.). VII. 176 πύλαι ἐπῆσαν. ἐπῆσαν VII. 96 (ἐπήϊσαν S.). 176. II. 142. VII. 76. 78. — ἀπῆσαν IV. 1. IX. 70 (ubi quidem cod. S. male παρήεσαν, superscr. ἐκ). — ἐνῆσαν V. 101. IX. 32 (ἦσαν S. V.). — περι-

*) Sed Bekkerus ipse Schaeferi auctoritatem hac in re secutus esse videtur, ut hic rursus Aldinae, quae quidem nescio quo jure quibusve codicibus confisa istud ἔσαν exhibuerit; ac conjicio plerumque nullo jure nullaque codicum auctoritate.

ἦσαν VII. 188; quae sola vera Herodoteaque forma et IX. 31 restituenda erat, pro vulgata cum cod. S. περιέασαν, vel περίεσαν (Schaef. Bekk.). I. 31 ἀεθλοφόροι ἦσαν S. V. al. ἔσαν male vulgat. — 70 αὐτοὶ ἦσαν ἑτοῖμοι Gsf. al. cum S. F. a. b. c. d. e. ἔσαν edd. — 72 ἦσαν δὲ οἱ Σύριοι οὗτοι Gsf. Matth. Apetz. cum codd. S. F. a. b. d. e. ἔσαν Ald. al. — 74 ἦσαν οἵδε Gsf. al. et Mss. praeter e. ἔσαν Ald., item infra eodem capite οὗτοι — ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald. — 79 καὶ αὐτοὶ ἦσαν Gsf. al. cum S. F. a. b. c. d. ἔσαν Ald. III. 125 ὅσοι ἦσαν Σάμιοι Gsf. al. cum codd. S. V. P. K. F. a. ἔσαν Ald. Ibid. ὅσοι ἦσαν ξεῖνοι Gsf. et cod. S. al. ἔσαν Ald. — 137 ἑτοῖμοι ἦσαν Gsf. al. F. S. ἔσαν Ald. — 152 ἦσαν ἐν φυλακῇσι Gsf. al. cum S. F. b. d. ἔσαν Ald. — 157 ἑτοῖμοι ἦσαν Gsf. al. cum S. F. ἔσαν Ald. Ibid. πᾶν δὴ ἑτοῖμοι ἦσαν ὑπηρετέειν Gsf. al. e codd. nihil; ἔσαν Ald. IV. 102 ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες Gsf. al. cum S. F. ἔσαν Ald. — 111 ἦσαν bis Gsf. al. cum S. F. ἔσαν Ald. — 202 αὐτῶν ἦσαν Gsf. al. cum S. F. αὐτέων ἔσαν Ald. V. 17 ἦσαν δοκιμώτ. Gsf. al. cum F. S. ἔσαν Ald. — 20 ἦσαν οἱ Πέρσαι Gsf. al. cum S. F. ἔσαν Ald., item variatur 57 bis et 72. 77. 78. 82. 83. 90. 101 bis. 113. VI. 5 πρόθυμοι ἦσαν Gsf. al. cum codd. S. F. K. P. ἔσαν Ald. — 6 ἦσαν προθυμότατοι Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 8 οὗτοι — ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 9 τὸ πλῆθος ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 16 ἀδύνατοι ἦσαν Gsf. al F. S. ἔσαν Ald. — 44 αὗται ἦσαν Gsf. al. cum S. F. ἔσαν Ald. — 67 ἦσαν γυμνοπαιδίαι Ald. Gsf. cum S. V. al. Alii ἔσαν. — 89 ἦσάν σφι Gsf. al. cum F. S. ἔσαν Ald. — 91 ἐμπεφυκυῖαι ἦσαν Gsf. al. cum F. S. ἔσαν Ald. — 92 ἦσαν αὐθαδέστεροι Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 97 ἵνα ἦσαν Gsf. al. cum quibusdam codd. Alii ἔσαν. — 112 ἦσαν στάδιοι Gsf. al., e codd. nihil. — 123 ἦσαν Gsf. al. ter. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 125 ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 126 ἦσαν Gsf. al. (εἶναι F.) ἔσαν Ald. — 128 ὅσοι ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. VII. 2 ἦσαν γὰρ Δαρείῳ Gsf. al. cum F. ἔσαν Ald. — 6 οὗτοι ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 40 ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 61 οἵδε ἦσαν Gsf. al. cum S. F. ἔσαν Ald. — 62 μιτρηφόροι ἦσαν. Gsf. al. cum F. S. ἔσαν Ald. — 65 ἐσταλμένοι ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 66 ἐσκευασμένοι ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 67 ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 68. 69. — 73 σύνοικοι ἦσαν Gsf. al. cum S. V. συνοίκησαν M. P. K. F. (συνοίκουν Ald. — σύνοικοι ἔσαν Schaef. Bekk.) — 81 οὗτοι ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. Ibid. ἦσαν ἄλλοι et ἦσαν μὲν οὗτοι Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 83 bis. 88. 89. 95. 96 ter. 98. — 139 οὗτοι ἦσαν Gsf. al. cum codd. S. V. K. F. ἔσαν Ald. — 140 ἦσαν ἑτοῖμοι Gsf. al. cum S. V. K. F. ἔσαν Ald. — 145 ἦσαν Gsf. al. cum S. F. ἔσαν Ald. — 147 ἑτοῖμοι ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 152 Ἀργεῖοι ἦσαν Gsf. al.

cum Plut. de Malig. c. 28. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 156 ἦσαν ἅπαντα Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 172. 179. 202. 204. 215. 229. — 212 κεκοσμένοι ἦσαν Gsf. al. cum F. S. ἔσαν Ald. — 219 ἐπὶ δὲ καὶ αὐτόμολοι ἤϊσαν Schaef. Gsf. al. cum S. (ἤισαν F.) ἔσαν Bekk. et vulg., sed ἦσαν, quod procul dubio reponendum est, latet in ἤϊσαν. VIII. 1 ἦσαν οἵδε Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 2. 5. 6. 10. — 18 τετρωμέναι ἦσαν Gsf. al. cum Plut. de Malig. c. 34. ἔσαν Ald., e codd. nihil. — 24 ὅσοι ἦσαν et ἦσαν δέ Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 37 bis. 39. 44. 46. 47. — 69 ὅσοι μὲν ἦσαν Gsf. al. cum S. ἔσαν Ald. — 72 οἵδε ἦσαν et οὗτοι μὲν ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 86. 87. 93. 96. 99. 107. 110 bis. 113. 129. 130. 136. 137. — 111 κατὰ λόγον ἦσαν Gsf. al. cum S. V. ἔσαν Ald. — IX. 16 ἦσαν Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 22. 23. 28. 29 ter. 30. 32 bis. 41. 49. 51. 53. 62 bis. 70. 81. — 85 τῶν καὶ — ἦσαν Gsf. al. cum quibusdam codicibus, ἔσαν Ald. Ibid. ἦσαν οἱ ἱρένες Gsf. al. ἔσαν Ald., e codd. nihil, item 86. 102. 106. 118. — Quibus omnibus locis formam ἦσαν, ut solam Herodoteam, ex causis modo supra expositis praeferendam esse duco; ac memoratu dignum esse videtur, quod nullus alius scriptor, Herodotea afferens, ad illud ἔσαν aberravit, sed ubique ἦσαν repetitum est; neque ullus Graecus grammaticus poeticum ἔσαν etiam apud Herodotum inveniri testatur. — Futuri ἔσομαι, ἔσεσθαι, ἔσεαι, ἔσται, πάρεσται etc. sola Herodotea sunt; qua a legitima forma nunquam, quod equidem sciam, aberratum est; nec fides habenda codici a. apud Gregor. Cor. d. dial. Ion. § 60 Herodotea ἔσεαι γὰρ ἀποθανών II. 78 laudantem, pro hoc vero ἔσεαι substituenti ἔσσεαι.

Ex Herodoteo verbi εἶμι usu praecipue est consideranda imperfecti formatio, quam apud nostrum ut apud alios Iones ἤϊα, ἤϊε, ἤϊσαν fuisse manifesto veteris alicujus grammatici verba, quum ab aliis tum a Suida memoriae tradita docent: ᾖα δισυλλάβως τὸ ἐπορευόμην σὺν τῷ ἰῶτα γράφεται· οἱ γοῦν Ἴωνες ἤϊα λέγουσιν καὶ ἤϊσαν τὸ ᾖεσαν. Vide et Etym. Mag. s. v. εἰσῇμεν et Eust. saepius. — Nam praesentis temporis formae apud nostrum non alius quam vulgaris sunt speciei, praeterquam quod, ut in verbo εἰμί, sic etiam in hoc ille secundam personam singularem non Attice εἶ, sed Ionice εἷς dixisset; sed nunquam invenitur ea in Herodoteis libris. Ceterum dixit ἔξεισι VII. 197. ἴμεν IX. 42. ἀπίασι VIII. 60, 3. ἴωσι, ἐξίωσι (I. 67. 207. VII. 236.) ἐσίῃ, ἐπίῃ (II. 41. 93. 149. IV. 119.) ἀπίοι, ἀνίοι, παρεξίοιεν (II. 108. 125. IV. 120.) quas praesentis temporis formas etiam futuri significationem habere notum est, sed Herodotus dixit et ἐλεύσεσθαι I. 142. V. 125. VI. 9. 106. VIII. 130. IX. 37. cf. Lob. Phryn. p. 37 sq. — De imperfecti igitur forma Ionica ἤϊα, ἤϊε, ἤϊσαν ejusque constantia nostri in libris servanda, quamvis nunc quidem nemo facile moveat suspicionem, nisi quis plane ignorat Herodoteam rationem,

tamen raro tantum omnes libri in sincera forma exhibenda consenserunt, ita tamen, ut quum constet quid hoc in genere Ionicum Herodoteumque fuerit, nunc facile perspiciatur ipsis erroribus, librarios aliquando ubique illa genuina ἤϊα, ἤϊε, ἤϊσαν ante oculos habuisse, indeque vel aurium oculorumve culpa, vel ex ignorantia aberrasse. Et ἤϊα quidem habes I. 42 sine varietate et V. 62. I. 111 ἤϊα vulg. ἤια F. ἦα K. IV. 82 ἤια vulg. ἦα K. F. — ἤϊε I. 65. 85. 113. 119 bis. 210. II. 26. 103. III. 25 bis. 42. 51. 52. 128. 156. IV. 124. V. 49. 50. 51 bis. 55. 73. VI. 67. 73. 81. 125. VII. 41. 42. 58. 113. 115. 121 bis (item Suid. s. v. τριτημορίς· Ἡρόδοτος· ἑτέρη δὲ ἤϊε τοῦ στρατοῦ τριτημορὶς τὴν μεσόγαιαν). VII. 198. 205. VIII. 58. IX. 66. ἐξήϊε II. 139. VI. 125. διεξήϊε II. 103. V. 92, 6. VII. 40. 238. παρεξήϊε VII. 109 bis. 115. προσήϊε 92. περιήϊε II. 120. παρήϊε IV. 79. VII. 109. ἀπήϊε VI. 81. ἀνήϊε V. 108. — I. 122 ἤϊε vulg. εἴη S. (Schweigh. male ἦε, aut ἤε reponi voluit). — 109 ἤϊε nunc vulg. ἤει S. ἴη b. ἴει d, — 111 ἤϊε vulg. cum S. ἴηε d. ἦε F. — 116 ἐσήϊε Bekk. al. ἐσήει Gsf. et vulg., e codd. nihil est adnotatum. Ibid. διεξήϊε Schaef. Bekk. διεξήει Gsf. et vulg. VIII. 37 ἤϊε vulg. ἦε F. V. 12 παρεξήϊε bis vulgat. παρεξήει S. bis. I. 192 προσήϊε Bekk. προσήει Gsf. et vulg. III. 90 προσήϊε nunc vulg. cum S. V. Olim προσήει. προσείη P. — 91 προσήϊε nunc vulg. cum codd. S. V. bis. Olim προσήει. — 96 προσήϊε Bekk. al. cum S. Alii προσήει. Ibid. mox F. Bekk. al. προσήϊε, alii προσήει. VI. 46 προσήϊε bis nunc vulgat. cum S. V. προσήει F. προσείη P. V. 32 ἀπήϊε nunc vulg. cum M. P. K. F. Alii cum S. ἀπήει. — ἤϊσαν habes II. 30. III. 77. IV. 125. VI. 34. IX. 25. 34. 40. 59. περιήϊσαν IX. 102. ἐπήϊσαν IV. 122 (ἐποίησαν S.). ἐξήϊσαν IV. 146. — I. 104 (fin.) ἤϊσαν Bekk. ᾖσαν vulg. IV. 123 ἤϊσαν nunc vulg. ἦσαν S. V. P. VII. 233 ἤϊσαν vulg. ἦσαν Plut. de Malig. c. 33. IX. 56 ἤϊσαν vulg. ἦσαν F. IV. 140 ἤϊσαν nunc vulg. cum S. V. ἴησαν olim vulgat. ᾖσαν M. P. K. ἦσαν Suid. s. v. στιβία. III. 14 παρήϊσαν nunc vulg. παρήεσαν S. V. Wessel. παρῆσαν Ald. Gsf. al. cum F. f. a. c. — 19 μετήϊσαν nuperi e Valck. emendatione, μετήσαν Wessel. μετῆσαν edd. vett. — 28 μετήϊσαν nunc vulg. μετήσαν Ald. al. F. S. VII. 178 μετήϊσαν vulg. μετῆσαν K. F. b. IV. 201 ἐξήϊσαν nunc vulg. cum P. F. Paris. Alii cum S. ἐξήεσαν. IV. 203 ἀπήϊσαν Bekk. al. ἀπήεσαν Gsf. al. ἀπίεσαν F. c. II. 79 ἐξήϊσαν Bekk. ἐξήεσαν Gsf. et vulg. VIII. 130 προήϊσαν nunc recte vulg. cum P. Olim προίεσαν. προήεσαν S. V. a. προῆσαν K. προσῆσαν F. I. 43 ἤϊσαν vulgata; S. habet ἤεισαν. I. 191 ἐσήεσαν male Gsf. al. ἐσήϊσαν Bekk. al. cum F. I. 62 ἤϊσαν bis Bekk. Alii ᾖσαν. — 80 συνήϊσαν Bekk. συνήεσαν alii. — 104 (fin.) ἤϊσαν Bekk. Alii ᾖσαν vel ἦσαν. — 158 ἤϊσαν Bekk. ἤεσαν vulg. II. 163 ἤϊσαν Bekk. Alii ᾖσαν. ἦσαν Ald. F. III. 76 ἤϊσαν εὐξάμενοι Bekk. al. P. F. et forte Paris. ἤεσαν S. et edd. vett. Ibidem ἤϊσαν ἐπὶ τὰ βασιλήϊα Bekk. al. cum S. V. P. F.

ἤεσαν Ald. al. IX. 5 ἤϊσαν nunc vulg. Olim cum S. ἤεσαν. ἦσαν K. F. f. — 100 προσήϊσαν nunc vulg. cum M. K. F. a. b. d. προσίησαν Ald. V. c. προσίεσαν S. V. 92, 7 ἤϊσαν Bekk. al. ἤεσαν S. V. — 108 ἤϊσαν vulg. ἤεσαν V. ἴεσαν S. VII. 71 ἤϊσαν nunc recte vulg. cum S. V. Olim ἦσαν et F. VII. 210 ἐπεσήϊσαν Bekk. al. ἐπεσήεσαν S. V. — 211 ὑπεξήϊσαν Ald. Bekk. al. ὑπεξήεσαν codd. S. V. Ibid. ἐπήϊσαν Ald. Bekk. al. ἐπήεσαν S. V., sed mox βοῇ τε καὶ πατάγῳ ἐπήϊσαν sine varietate omnes. — 223 προσήϊσαν vulg. προσήεσαν S. V. Ibid. ἐπεξήϊσαν vulg. ἐπεξήεσαν S. VIII. 129 παρήϊσαν nunc vulg. Olim παρίεσαν, παρῆσαν K. παρῆσαν S. F. — 138 ἀπήϊσαν nunc vulg. cum P. ἀπίεσαν edd. vett. cum S. ἀπήεσαν a. ἀπῆσαν K. ἀπῆσαν F. — Hanc contractam poetisque (Hom. Od. 19, 445. Agath. in Etym. Mag. p. 301, 57.) relinquendam formam ᾖσαν quidam etiam in Thucydidis lib. I, 1 pro vulgato ἦσαν (ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτόν) substituere volunt, sed immerito; ἦσαν enim, quod est verissimum, etiam scholiastes agnoscit: ἀκμάζοντές τε ἦσαν, ἀντὶ τοῦ ἤκμαζον. Haec autem confusio verborum εἶμι, εἰμί et ἵημι latius patet, partim ex librariorum ignorantia profecta, partim falsa analogiae specie (cf. Lob. Phryn. p. 16 sq.) et mala interpretatione retenta. Sic Herodoti verba V. 108 ἐξαγγέλλεται στρατιὴν πολλὴν ἐς τὴν Κύπρον εἶναι et a sensu et a scriptura sunt sanissima, neque verbum εἶναι hoc loco pro ἰέναι (vel ἶναι) accipi debebat, quum hoc fere modo illa verba interpretanda sint: in via, in itinere esse ad Cyprum insulam; ut eodem capite paulo post haec leguntur verba: Ἴωνες τε δὴ παρῆσαν ἐς τὴν Κύπρον. Sed notior crebriorque est hic Graecorum usus, quam cujus plura etiam exempla hoc loco afferantur necesse sit; ac Ruhnk. recte opinor censuisse, in verbis Hesiodi (Opp. 351) καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι hoc προσεῖναι, adesse, ab εἰμί esse derivandum, et omnino ignorasse veteres infinitivi formam εἶναι ab εἶμι. Aequalitatem autem hujus membri, a Goettlingio si προσεῖναι ad εἰμί pertinere statuas desideratam, hic potius in repetita praepositione πρός, quacum utrumque verbum est compositum, et in similitudine utriusque verbi puto positam esse, atque Apollonii verba in lex. Hom. εἶναι, ὁ Ἡσίοδος ἀντὶ τοῦ ἰέναι, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι, magis ad hunc significatum verbi εἶναι, quam ad formam spectare. Idem judicium est de Schol. Ambros. ad Odyss. I, 406 et Schol. Il. ξ′ 107. Sed singularem formam εἶσι in verbis Hesiodi (Herc. Scut. 113) οἳ δή σφι σχεδὸν εἶσι, quamquam Heinrichii mutatio in εἰσί haud spernenda esse videtur, tamen cum Goettlingio malo pro schemate Boeotico accipi; praesertim quum haec loquendi ratio etiam alias apud Hesiodum genuina esse videatur, cf. Goettl. ad h. l., ad vs. 245. 254. ad Theog. 791. Ruhnk. ad Hym. in Cer. 499., et de aliis hujuscemodi locis vide Matth. gr. gr. I, p. 509, cujus interpretationi equidem prorsus adsentio. De optativi forma Homerica ἰείη Il. 19, 209, quae, quum iota hujus verbi littera radicalis remanserit, proba esse videtur,

vide Heyn. ad h. l., et de tertia singulari imperfecti κατεῖεν in Hesiod. scut. Hercul. 254 obvia, interppr. ad h. l., et ad Hesychii glossam εἶεν, ἐπορεύετο. De conjunctivi formis ἵῃ et ἱῇ permutatis jam supra est dictum (cf. et Interppr. ad Soph. Philoct. 767); ut de ἐξίει ab ἵημι dicto, et de fluviis in mare sese exonerantibus usurpato (cf. et Schweigh. lex. Herod. s. v. ἐξιέναι). Quare διαειμένος in Apoll. Rhod. (II, 372) verbis εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο ad δίημι malo referri, quam cum Buttmanno (gr. gr. I, p. 541) ad medium verbi εἶμι, εἰσάμην, εἶμαι.

Verbi εἰδέναι secunda persona singularis praesentis indicativi Ionice οἶδας formatur, ut apud Herodotum III. 72 scriptum exstat; quam quidem formam neque ipsis Atticis neque Atticorum imitatoribus fuisse infrequentem exempla docent a Lobeck. ad Phryn. p. 236 sq. allata. Huic Ionico οἶδας respondentes ab eodem Herodoto pluralis numeri formae usurpantur οἴδαμεν II. 17. IV. 46. VII. 214. συνοίδαμεν IX. 60 (ut ab Hippocrat. de liquidorum usu p. 425, 1. Sect. IV. οἴδαμεν et alibi). οἴδασι II. 43, quae si in Atticorum scriptis inveniuntur non valde probatae sunt veteribus grammaticis *), quamvis et analogia et usu quodam praestantissimorum Atticorum satis munitae **). Usitatiores vero ut apud Atticos ἴσμεν, ἴστε, ἴσασι, sic apud nostrum sunt formae ἴδμεν, ἴστε (IX. 42), ἴσασι, ex quibus Ionicum ἴδμεν, quamquam aliquot locis (velut I. 178. II. 12. IV. 152. 197) librarii et veteres editores ad Atticum ἴσμεν aberrarunt, vel ex cetera Herodotea loquendi ratione apparet ubique restituendum servandumque esse; id quod recte fecerunt qui e recentioribus sunt intelligentiores editores; neque ullo loco Bekkeriana editio Atticum ἴσμεν exhibet; vide praeter locos modo laudatos etiam I. 6. 14. 23. 94. 193. II. 68. III. 60. 94. 98. 122. IV. 17. 18. 30. 42. 46. 48. 58. 184. 187. V. 119. VI. 21. 112. VII. 20. 27. 111. 170. VIII. 105. 124. IX. 37. 64. 78.

Conjunctivus εἰδῶ ad similitudinem verborum in μι exeuntium formatus necesse est apud Herodotum vocalium diaeresin iis in personis subierit, ubi in ῶ contractio invenitur: εἰδέω, εἰδέωμεν, εἰδέωσι. Neque aliter scriptum legitur εἰδέω III. 140 omnium librorum consensu, quum altero loco II. 114 omnes male εἰδῶ aut ἰδῶ exhibeant, quod procul dubio in εἰδέω mutandum erat. Optativus eandem secutus est rationem apud nostrum ut apud alios, εἰδείην, εἰδείης (I. 206), εἰδείησαν III. 61. εἰδεῖεν IX. 42 (ubi alii male


---

*) cf. Thom. Mag. 186, 9 ἴσασιν οὐκ οἴδασιν. Moer. p. 205 (Piers.) ἴσασι ἀττικῶς, οἴδασι κοινῶς. Bekk. Anecd. I, p. 53, 15 οἴδατε, ἄμεινον τὸ ἴστε. Sed Suid. ἴδμεν, οἴδαμεν. ἴσμεν, οἴδαμεν.

**) cf. Matth. gr. gr. I, p. 566. Aristoph. Avv. 599 οἴδασι. Plat. Alcibiad. II, p. 141 E. οἴδαμεν. Euripid. Suppl. 1047 κατοίδατε. Xenoph. Oec. 20, 14 οἴδασιν. Anab. IV, 46 alii οἴδαμεν, alii ἴσμεν, vide ibi Popponem.

εἰδοῖεν). — Cum his conjunctivi et optativi formis εἰδέω et εἰδείην, quibus infinitivum εἰδέναι addas, conjungenda esse videtur futuri Ionica forma εἰδήσω Herod. VII. 234, et aoristi εἰδῆσαι ab Hippocrate usurpati, ut τιθέναι, τιθέω, τιθείην, θήσω.

Imperfecti autem hujus verbi quum vulgaris et Attica forma ac declinatio satis declarent id ad plusquamperfecti rationem propius accessisse, huic rationi convenienter etiam Herodotus ex suo more dixit ᾔδεα II. 150 (ᾔδε F.). συνῃδέατε IX. 58. ᾔδεε IX. 94. II. 157 et 100 (ubi quidem cod. S. male ᾔϊδε codd. V. d. ᾔδε). συνῄδεε VII. 164. VIII. 113 (ubi Gsf. male cum codd. S. P. F. συνείδεε, manifesto depravatum) ut jure mireris, Bekkerum demum I. 45 verum ᾔδεε, quod quidem jam Stephani margini erat adscriptum, nostro reddidisse, quum ᾔειδε codd. M. S. F. a. b. c. Gsf. al. εἶδε P. d. e. edd. vett. ἠείδεε Schaef. al. falso praebuerint. Epicis enim relinquenda sunt ἠείδη, ἠείδει, quae hac in longiore forma nunquam apud Homerum ultimam syllabam in εε solutam habent. — Tertia pluralis ᾔδεσαν VII. 175. VIII. 78 jam supra est commemorata p. 336.



QUAESTIONUM CRITICARUM

DE

DIALECTO HERODOTEA

LIBRI QUATTUOR.

SCRIPSIT

FERD. IUL. CAES. BREDOVIUS,
BEROLINENSIS,
PHILOS. DOCTOR ET AA. LL. MAGISTER.

LIPSIAE
SUMTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXLVI.